
Library of
INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
THE CANADA COUNCIL
December, 1966

The Institute of Mediaeval Studies
LIBRARY
Toronto

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/p1lettressecrtes03joha

BIBLIOTHÈQUE DES ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES ET DE ROME
PUBLIÉE
SOUS LES AUSPICES DU MINISTÈRE DE L'ÉDUCATION NATIONALE

LETTRES SECRÈTES ET CURIALES

DU PAPE

JEAN XXII

(1316-1334)

RELATIVES A LA FRANCE

PUBLIÉES OU ANALYSÉES D'APRÈS LES REGISTRES DU VATICAN

PAR

† AUGUSTE COULON ET S. CLEMENCET
ANCIENS MEMBRES DE L'ÉCOLE FRANÇAISE DE ROME

SIXIÈME FASCICULE

Tome III

PARIS
ÉDITIONS E. DE BOCCARD
1, Rue de Médicis, 1
—
1961

The Institute of Mediaeval Studies
LIBRARY
Toronto
28644
MAR 31 1967

JOANNIS PAPAE XXII

EPISTOLAE SECRETAE ET DE CURIA

ANNUS NONUS

2206 Avignon, 6 septembre 1324.

Petro Arquerii, decano ecclesiae Rothomagensis, mandat Johannes papa XXII ut Benedicto Roterii, civi Astensi, qui bona sua Apostolicae Sedi dedit, pro dictorum bonorum recuperatione unum florenum auri pro qualibet die solvat. (Reg. 113, fol. 107 v°, c. 767).

« *Dilecto filio magistro Petro Arquerii, decano ecclesie Rothomagensis, capellano nostro.* Cum dilectus filius Benedictus Rotharius, civis Astensis, dudum omnia bona sua mobilia, debita quoque et credita quecumque et ubicunque consistentia, nobis et Ecclesie Romane, pro sue salute anime, pure et libere cedenda duxerit ac etiam concedenda, nosque prefatum Benedictum ad petendum et exigendum bona et debita hujusmodi procuratorem deputaverimus illaque recipiendi ac detentores et debitores bonorum et debitorum hujusmodi ad restitutionem et solutionem eorum nobis et eidem Ecclesie integraliter faciendam compellendi, ac restituentes et assignantes de receptis et assignatis quitandi et solvendi per alias nostras diversas certorum tenorum litteras tibi concesserimus potestatem, nos volentes eidem Benedicto decenter in suis necessariis pro toto tempore quo in prosecutione hujusmodi negotii fuit hactenus et erit in posterum provideri, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus unum florenum auri quem pro diebus singulis quibus in prosecutione predicta fuit et jam erit a modo pro suis expensis et necessariis eidem tenore presentium deputamus de bonis predictis et debitis sibi solvere non ommittas. Datum Avinione, VIII idus septembris, anno IX ».

2207 Avignon, 6 septembre 1324.

Eidem Petro, ut praefato Benedicto pro maritanda et dotanda quadam filia sua, quingentos florenos auri de dictis bonis solvat. (Reg. 113, fol. 108, c. 768).

« *Eidem.* Volentes dilecto filio — Dat. ut supra ».

2208 Avignon, 7 septembre 1324.

Regi Franciae, de dilatione quadrimestris temporis ad praestationem homagii ei per Jacobum, regem Majoricarum debiti ad biennium prolongata gratias agit. (Reg. 113, fol. 17, c. 156).

« *Regi Francie.* Dilatione per regias responsales accepta quadrimestris temporis ad prestationem homagii tibi, fili carissime, debiti per carissimum

(1) Lorsque la mort surprit Auguste Coulon, celui-ci était sur le point de terminer ce sixième fascicule. Il restait seulement à réviser la copie de la dixième année du pontificat, travail dont a été chargée Madame S. Clémencet. — Ce fascicule comprend les lettres secrètes des neuvième et dixième années du pontificat, concernant la France, extraites du Registre 113 des Archives Vaticanes, dont voici l'*Incipit* : « *Rubrice registri litterarum secretarum sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Johannis divina providentia papae XXII que per ejus Cameram transierunt, annis pontificatus sui nono et decimo, et primo de anno nono* ».

in Christo filium nostrum Jacobum, regem Majoricarum illustrem, quam pridem pia patris exhortatione petivimus, nostre considerationis intuitu ad biennium prolongata, sic uberem regalis munificentie cumulum et quem filialiter nobis insinuas erga nos regium placide voluntatis affectum, paterna et exuberanti actione in Domino prosequimur gratiarum. Datum Avinione, VII idus septembris, anno nono ».

2209 Avignon, 13 septembre 1324.

Eidem regi Franciae, ut pro negotio inquisitionis contra Johannem de Pertigniaco, de haeresi suspectum, quasdam personas ad Romanam curiam mittat. (Reg. 113, fol. 1, c. 1 ; J.-M. Vidal, *Le sire de Parthenay et l'Inquisition*, dans le *Bulletin historique et philologique*, 1903, p. 431, n° XIV).

« *Regi Francie.* Cum in negotio inquisitionis contra nobilem virum Johannem Archiepiscopi, dominum de Pertiniaco, super crimine heresis apud Sedem Apostolicam inchoato, dilecti filii Johannes de Bordinaria, ordinis fratrum Predicatorum, Johannes de Foresio, conversus, qui ante conversionem suam Abraam de Perpiniano vocabatur, et Alanus Brito, morans Pertiniaci, dudum familiaris dicti nobilis, pro testibus credebantur multipliciter oportuni, celsitudinem regiam attentius deprecamur quatinus prenominatas personas et alias, si quas dilectus filius inquisitor heretice pravitatis eidem celsitudini duxerit super hoc nominandas, ad eandem Sedem celeriter et secrete, sicut ipsius qualitas exigit negotii, mittere non postponat. Datum Avinione, idibus septembris, anno nono ».

2210 Avignon, 15 septembre 1324.

Leopoldi, ducis Austriae, unionem cum Carolo, rege Franciae, gratam habens, eidem duci super provisione Metensis ecclesiae respondet eique nonnulla de liberatione Frederici, germani ejus, significat. (Reg. 113, fol. 40 v°, c. 327).

« *Nobili viro Lipoldo, duci Austrie et Styrie.* Benigne recepimus nobilitatis tue litteras nobis per dilectos filios magistros Nicolaum de Fronnenvelt et Fredericum de Ravensburg, canonicos Constantienses, tuos nuntios, novissime presentatas, ad quarum contenta breviter respondemus quod, super litteris germanorum tuorum non missis hactenus, tuam habemus circumspectionem providam probabiliter excusatam, quas cum te continget mittere recipiemus letanter, et que ad nos pertineant, more sublato dispendio, curabimus adimplere. Sicut autem tue nobilitati meminimus alias nos scripsisse, unio tua et carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, fuit, cum ipsam factam primum audivimus, et est admodum nobis grata, sperantes ex ea vobis mutua et reipublice desideranda commoda proventura. De Metensi ecclesia ad presens tuis nequimus annuere precibus, sed, dante Domino, in alia, cum se facultas offeret, personam pro qua supplicas, quam reputamus prudentem et idoneam, curabimus, dante Domino, promovere. Sane quia in calce litterarum hujusmodi petebat tua nobilitas prefatis nuntiis super hiis que nobis ex parte tua proponerent fidem credulam adhiberi, ipsique nobis duxerint sub dicta credentia exponendum quod nobilis vir Ludovicus, dux Bavarie, quendam comitem, familiarem tuum, ad tuam presentiam super pace inter te fratresque tuos et ipsum reformanda, ac liberatione magnifici viri Frederici germani tui, in regem Romanorum electi, duxerat destinandum, quibus sine nostro consensu renueras consentire, sed considerans quod a multis tibi posset ad inhumanitatem ascribi, si a liberatione germani tui predicti prorsus duceres retrahendum, viam unam cogitaveras per quam posses prefatum opprobrium evitare, videlicet quod liberationem germani tui predicti quasi sub quadam recredentia, absque pace alia, datis eidem duci Bavarie quibusdam castris tuis tuorumque fratrum patrimonialibus loco pignoris, procurares, sed adhuc viam istam nolebas prosequi absque nostra licentia speciali. Quibus diligenter auditis, super hoc quod sine nostro consensu ad ista non processeris, gratiarum tibi actiones non indigne uberes referentes, ne qua contingat nobis consentibus (*sic*) fieri per que possit principali negotio quod utique utilitatem concernit publicam tuoque statui quem intense successibus abundare prosperis cupimus, prejudicium aliquod generari, diversis tam cum prefatis nuntiis quam cum nonnullis aliis de quibus plene confidimus collationibus habitis, quia per ipsorum nuntiorum assertionem habuimus quod per viam predictam nec prefato negotio nec tuo statui prejudicaretur in aliquo, immo potius utique

favor accresceret et commoda varia provenirent, castraque talia intendebas eidem Ludovico tradere cum quibus tibi nequaquam posset molestus existere nec terram tuam aliam perturbare, quodque premissa intendebas regi prefato Francie nuntiare et de ejus exequi voluntate, nos, qui in hiis et aliis obtamus irreprehensibiliter te habere, tue circumspectioni provide que premissa potest certius noscere ac super ipsis plenius providere relinquimus ut, si modo premisso via tacta possit prosequi, ipsam prosequi studeas, et provide quantum ad te pertinet adimplere, ante omnia promissurus ne cum dicto Ludovico qui jure, si quod sibi ex electione sua quesitum fuerat, suis demeritis exigentibus, est privatus ac vinculo excommunicationis sententie innodatus, velut cum rege Romanorum vel in regem electo, ad premissa procedas, cum per processus nostros sicut te nosse credimus, contra talia presumentes pene varie sint inflicte. Datum Avinione, XVII kal. octobris, anno nono ».

2211 Avignon, 20 septembre 1324.

Comiti Boloniae regratiatur quod ipsi de processu prospero Vasconiae exercitus scripserit eique nuntiat se archiepiscopum Viennensem et episcopum Aurasicensem ad regem Angliae et regem Franciae pro pace inter eos procuranda destinasse. (Reg. 113, fol. 1 v°, c. 7 ; L. Guérard, *Doc. pontificaux sur la Gascogne*, t. II, n. 314, p. 140).

« *Comiti Bolonie.* Nobilitatis tue litteras statum et processum prosperum exercitus Vasconie nuntiantes benigne recepimus et in eis contenta pleno collegimus intellectu. Tuam itaque, fili, diligentiam super hiis necnon et affectionis pure zelum quem ad pacis bonum te habere prefate tue littere nuntiabant plurimum in Domino commendantes, eandem nobilitatem tuam volumus non latere quod nos qui pacem ipsam intensis affectamus desideriis, circa illam vigilanter intendere non cessamus, immo pro illa procuranda venerabiles fratres nostros G., archiepiscopum Viennensem, et H., episcopum Aurasicensem, nostros et Apostolice Sedis nuntios ad carissimorum in Christo filiorum nostrorum Caroli, Francie et Navarre, et Eduardi, Anglie regum illustrium presentiam de fratrum nostrorum consilio hiis diebus preteritis duximus destinandos. Datum Avinione, XII kal. octobris, anno nono ».

2212 Avignon, 21 septembre 1324.

Regi Franciae de tractatu apud Barrum cum Leopoldo, duce Austriae habito, et de responso nuntiis ejusdem ducis dato. (Reg. 113, fol. 1 v°, c. 8 ; Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 191, n. 400, extrait).

« *Regi Francie.* Noverit regia celsitudo quod dilectus filius nobilis vir Lippoldus, dux Austrie et Stirie, dilectos filios Nicholaum de Vronnenvelt et Fredericum de Ravesburs, canonicos Constantienses, suos nuntios ad nostram hiis diebus presentiam cum suis litteris destinavit, inter alia nobis per easdem litteras intimando quomodo cum excellentia regia in Baro se duxerat amicitia perpetua uniendum ac in fine subjungens quod dictis nuntiis vellemus super hiis que ex parte sua nobis proponerent fidem indubiam adhibere. Quid autem super credentia predicta nobis exposuerint quidque ipsis responsum per nos fuerit, venerabiles fratres nostri.. Attrabatensis et.. Vivariensis episcopi, regii nuntii, circumspectioni regie per suas debent litteras explicare, propter quod obmisimus in earum recitatione aures regias pregravare. Circa negotium principale intenditur sedule, ac circa illa que ad ejus felicem exitum oportuna noscuntur diligentia non tepescit cum litteram regiam de qua alias scripsimus quam prestolamur receperimus, que procul dubio nos ad procedendum celerius stimulabit. Laudamus autem quod supradicta littera consilium illorum de quibus scripsit providentia regia fuit postulatum. Gratia Dei in agendis te, fili carissime, dirigat et per longa tempora in bona prosperitate conservet. Datum Avinione, XI kal. octobris, anno nono ».

2213 Avignon, 21 septembre 1324.

Consulibus et populo Perpiniacensibus, ut circa executionem testamenti Sancii, regis Majoricarum assistant, jura Jacobi, ejusdem regis nepotis et successoris conservantes. (Reg. 113, fol. 27 v°, c. 233).

« *Dilectis filiis consulibus et populo Perpinianensibus.* Prudentiam vestram ignorare non credimus velut quod iterum non redit arbitrium testandi liberum esse stilum, illud vero vos latere non cupimus quod quamvis communiter prosint adjuvande presidio ultime decedentium voluntates,

ex illo tamen paterne caritatis affectu quo clare memorie Sancium, regem Majoricarum, specialiter sue laudabilitatis merito in vita dileximus, diligentes in morte, ipsius animam quantum nobis Dominus annuit, in salutis prosperitate prosequimur, et superstitem ejus memoriam paterne prosecutionibus effectibus amplexamur. Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente vosque nichilominus obsecramus in Domino Jhesu Christo quatinus circa executionem testamenti regis ejusdem, remoto impedimenti obstaculo, sic patenter, sic efficaciter prout decet et tante pietatis negotio expedit, assistatis, conservantes viriliter et potenter, sicut tenemini, jura carissimi in Christo filii nostri Jacobi, regis Majoricarum illustris, quem rex ipse defunctus vobis et toti regno nepotem et successorem suum velut ymaginarium stirpis regie dereliquit, quod non sine grato rependio apud Deum laudis et premii devotionem et fidem quam ad ipsum habuisse pretenditis in ejus postero puris operibus demonstretis. Datum ut superiori proxima. [Avinione, XI kal. octobris, anno nono] ».

2214 Avignon, 21 septembre 1324.

Episcopo Elnensi ut praefatum regem Jacobum, regem Majoricarum, commendatum habeat et ut ad executionem testamenti dicti Sancii, quondam regis, procurandam operam praebeat. (Reg. 113, fol. 27 v°, c. 234).

« *Venerabili fratri.. episcopo Elnensi.* Fervidum paterne caritatis — Datum ut supra ».

2215 Avignon, 21 septembre 1324.

Eidem episcopo, quid agere debeat in causa Johannis Alegre, canonici Elnensis, qui tam circa apostolicas quam circa Mariae reginae Majoricarum litteras, fraudes commisisse dicitur. (Reg. 113, fol. 108, c. 770).

« *Venerabili fratri.. episcopo Elnensi.* Innotuit nobis tuarum series litterarum quod propter quasdam fraudes, quas Johannes Alegre, canonicus Elnensis, tam circa nostras quam carissime in Christo filie nostre Marie, regine Majoricarum illustris, litteras dicitur commisisse, prefatum Johannem tuo detines carceri mancipatum, a nobis quid inde facere debeas postulando. Nos autem, tuis predictis litteris plenius intellectis, eidem fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus super predictis solerti diligentia te informans informationem et quicquid inde feceris nobis studeas fideliter intimare, prefatum Johannem, ab eodem prius cautione ydonea de stando et parendo juri coram nobis, si eam prestare potuit, alias juratoria sub penis et sententiis de quibus videris expedire receptis, a predicto carcere liberando, cui certum de quo tibi videbitur terminum infra quem apostolico conspectui personaliter se presentet, prefigere non postponas, nos de illo redditurus per tuas litteras vel instrumentum publicum harum seriem continentes nichilominus certiores. Datum Avinione, XI kal. octobris, anno IX ».

2216 Avignon, 21 septembre 1324.

Jacobo, episcopo Appamiarum, ut inquisitionem contra religiosos monasterii Bonifontis, Cisterciensis ordinis, Convenarum diocesis, perficiat. (Reg. 113, fol. 108 v°, c. 773 ; L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 140, n. 315).

« *Venerabili fratri Jacobo, episcopo Appamiarum.* Dudum super inquisitione — Datum Avinione, XI kal. octobris, anno nono ».

2217 Avignon, 27 septembre 1324.

Philippo, regi Franciae ut Johannem, Bohemiae regem, ad eligendam personam gratam et idoneam in ecclesia Olmucensi nominandam inducat. (Reg. 113, fol. 1, c. 6 ; Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 193, n. 404, extrait).

« *Eidem* [*regi Francie*]. Consueta benignitate recepimus regalis excellentie litteras per quas tua sublimitas nos rogavit ut ecclesie Olomucensi vacanti, quam carissimus in Christo filius noster Johannes, rex Bohemie illustris (*sic*), nobis nominandam duceret preficere dignaremur. Verum quia rex prefatus quamdam personam ad ipsius ecclesie regimen que magis ad actus bellicos quam pontificale officium exercendum apta et parata fore dicitur nominarit, serenitatem tuam attentius exhortamur, quatinus prefato regi suadeas ut personam sibi

gratam et ydoneam, que ad honorem Dei et ejusdem utilitatem ecclesie absque nostre lesione conscientie prefici valeat, in eadem nominare procuret, nam de tali tibi et sibi proponimus in hac parte quantum cum Deo poterimus complacere. Datum Avinione, V kal. octobris, anno nono ».

2218 Avignon, 30 septembre 1324.

Eidem regi de cervinae venationis dono ipsi a Stephano de Capella coco regio praesentatae gratias egit. (Reg. 113, fol. 1, c. 3 *bis*).

« *Regi Francie.* Obundans (*sic*) cervine venationis exennium tam coloris integri specie quam sapida salis temperie blandientis quod per dilectum filium Stephanum de Capella, familiarem nostrum, cocum tuum, nuper nobis regia largitas destinavit, eo magis gratanter et placide cum gratiarum debita actione recepimus, quo tue regalis munificentie munera reputamus in Domino precarissimis Sedis Apostolice filiis gratiora. Datum Avinione, II kal. octobris, anno nono ».

2219 Avignon, 30 septembre 1324.

Comiti Boloniensi qui ipsum de treuga inter C[arolum]. Franciae, et E[duardum], Angliae reges usque ad octabas instantis festi Resurrectionis Dominicae duratura certiorem fecerat, regratiatur. (Reg. 113, fol. 1, c. 4).

« *Comiti Boloniensi.* In festo beati Michaelis (1) nobilitatis tue letanter recepimus litteras treugam factam ac ejus formam et modum inter dilectos filios magnificos viros C. Valesii et Edmundum Cancie comites, carissimorum in Christo filiorum nostrorum C. Francie, et E. Anglie regum illustrium nomine, usque ad octabas instantis festi Resurrectionis Dominice (2) duraturam (3), super quo referentes gratias bonorum omnium Largitori, et in ipso sperantes quod interim in regum ipsorum mentibus pacis semina jaciat, fructum pacis a cunctis desiderande fidelibus productura, ac nobilitatis tue solicitudinem in promptitudine nuntiationis hujusmodi multipliciter commendantes, ispam dignis prosequimur actionibus gratiarum. Datum Avinione, ut supra ».

(1) 29 septembre.
(2) 14 avril 1325.
(3) Il manque ici un mot tel que *nuntiantes*.

2220 [Avignon, 5-30 septembre 1324].

Dominum de Suliaco de diligentia circa negotia sibi in Angliae partibus commissa habita commendat eumque de legatione G[uillelmi], archiepiscopi Viennensis, et H[ugonis] episcopi Aurasicensis, certiorem facit. (Reg. 113, fol. 1, c. 2).

« *Domino de Suliaco.* Nobilitatis tue litteris noviter nobis missis solita benignitate receptis et earum serie diligenter inspecta, diligentiam sedulam quam etiam ex litteris dilecti filii Hugonis de Engolisma, sacriste Narbonensis, Apostolice Sedis nuntii, circa negotia per nos tibi in Anglie partibus fiduciose commissa te habuisse percepimus, in Domino cum gratiarum actione multiplici commendamus, Super aliis que hujusmodi tue littere continebant placeret nobis dari conveniens aliquod temporis intervallum, quo medio posset ad pacem regum quos nosti discordes, citius deveniri, pro quorum reconciliatione, sicut jam nosse te credimus, venerabiles fratres nostros G., archiepiscopum Viennensem, et H., episcopum Aurasicensem, duximus destinandos qui suscepte legationis formam tibi debent reserare per seriem prout a nobis habent per speciales litteras in mandatis » (1).

2221 [Avignon, 5-30 septembre 1324].

Praefatis archiepiscopo et episcopo, ut legationis suae formam eidem domino de Suliaco reserant. (Reg. 113, fol. 1, c. 3).

(1) Ce document est sans date, mais il se trouve dans une partie du registre 113 où l'ordre chronologique est manifestement observé, au milieu de lettres toutes datées de septembre an IX, c'est-à-dire postérieures au 4 de ce mois en 1324 (cap. 1, 4-8, nos 2209, 2211, 2212...). Nous croyons pouvoir l'attribuer à cette même période. Nous savons d'ailleurs que cette mission de l'archevêque de Vienne et de l'évêque d'Orange date du 24 août 1324 (n. 2188 ; voir aussi nos 2194-2196, 2198, 2202, et ci-après no 2231). Le 30 du même mois, le pape s'étonnait qu'Henri de Sully, alors en Angleterre, ni lui eût pas écrit au sujet des négociations qu'il était chargé de poursuivre (no 2197). Ce dernier avait, comme on le voit par la lettre publiée ci-dessus, réparé cette négligence.

« *Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et H., episcopo Aurasicensi, Apostolice Sedis nuntiis.* Prout ante recessum vestrum pridem a nostro conspectu deliberasse meminimus, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus formam legationis per nos vobis commisse super reformatione pacis inter carissimos in Christo filios nostros C., Francie et Navarre, ac E., Anglie reges illustros (*sic*), dilecto filio nobili viro domino de Suliaco familiari nostro, seriosius reseretis, injuncta vobis et legationem premissam cum consilio dicti nobilis quamdiu sui copiam habere poteritis exequentes » (1).

2222 Avignon, 3 octobre 1324.

Reginae Franciae de litteris suis regratiatur eamque ad virtutis cultum hortatur. (Reg. 113, fol. 1 v°, c. 9).

« *Regine Francie.* Affectu benigno letoque animo serenitatis regie recepimus litteras nobis per dilectum filium magistrum Henricum de Dompnoretro (2), tuum clericum, presentatas ac tam que ipse littere continebant quam que idem magister Henricus proponere voluit pleno collegimus intellectu. Ex quibus gratitudinem tuam in referendis gratiis pro quibusdam que nos gessisse asseris tibi gratis, ac sincerum) quem ad nos et nostros affectum geris regium percepimus evidenter, hoc profecto, carissima filia, gaudenter et gratanter accepimus, et ea congruis prosequentes actionibus gratiarum, scire te volumus quod personam tuam gestantes et gestare volentes in visceribus caritatis, cum res exegerit, pro nobis et nostris ad tuam benivolentiam fiducialiter recurremus. Et quia tue salutem anime specialiter affectamus, celsitudinem tuam rogamus et hortamur in Domino, sano tibi consilio suadentes quatinus sic nobilitatem tui generis studeas in virtutibus germinare quo te illis omnino devovens, et ad illas plenis affectibus et conatibus totis intendas, sicque transire per bona temporalia studeas quod eterna, divina fulta potentia, non ammittas, sed cum vite finis advenerit ad illorum beatum participium feliciter, quod tibi concedat Altissimus, admittaris. Datum Avinione, V nonas octobris, anno nono ».

(1) Pour la date, voir ce que nous disons au sujet de la lettre précédente.

(2) *Sic.*

2223 Avignon, 3 octobre 1324.

Comiti Valesii respondet negotium Johannis Archiepiscopi, domini de Pertiniaco, celerius expediri non posse et excusationem petit. (Reg. 113, fol. 2, c. 12).

« *...comiti Valesii.* Nobilitatis tue litteris — Datum ut supra [Avinione, V nonas octobris, anno nono] ».

2224 Avignon, 4 octobre 1324.

Guardiano fratrum Minorum de Valriaco mandat ut quasdam litteras Ecclesiam Romanam contingentes, quas penes se habet, ad curiam Romanam apportet vel caute mittat. (Reg. 113, fol. 61, c. 470 ; — C. Eubel, *Bullarium franciscanum*, t. V, p. 271, n° 553).

« *Dilecto filio.. guardiano fratrum Minorum de Valriaco.* Cum sicut accepimus — Datum Avinione, IV nonas octobris, anno nono ».

2225 Avignon, 4 octobre 1324.

In e. m. vicario nostro de Valriaco vel ejus locum tenenti. Reg. 113, fol. 61, p. c. 470 ; — C. Eubel, *op. et loc. cit.*).

2226 Avignon, 4 octobre 1324.

Bona mobilia de quibus quondam Geraldus, Lemovicensis episcopus, non disposuit, reservat. (Reg. 113, fol. 109, c. 776).

« *Ad futuram rei memoriam.* Volentes de bonis — Datum Avinione, IV nonas octobris, anno nono ».

2227 Avignon, 4 octobre 1324.

Petro Danrocha, ut dicta bona petat et exigat Apostolicae Camerae transmittenda. (Reg. 113, fol. 109, c. 777).

« *Dilecto filio Petro Danrocha, preposito ecclesie Haentensis Lemovicensis diocesis.* Volentes de bonis — Datum ut supra ».

2228 Avignon, 5 octobre 1324.

Regi Franciae se quamdam ecclesiam nuntio reginae contulisse rescribit. (Reg. 113, fol. 1, c. 5).

« *Regi Francie.* Benigne recepimus regales excellentie litteras quibus nuntium carissime in Christo filie nostre Johanne, regine Francie et Navarre, consortis tue, nobis tua sublimitas recommendans, de aliquo competenti beneficio ecclesiastico sine cura per nos eidem provideri nuntio supplicasti. Verum cum ad presens quoad tale beneficium eidem nuntio conferendum nobis facultas minime se offeret, nos precum regiarum intuitu, de quadam ecclesia, quam cuidam magno viro proposueramus conferre, prefato nuntio duximus providendum. Datum Avinione, III nonas octobris, anno nono ».

2229 Avignon, 6 octobre 1324.

Eumdem regem de ipsius statu certiorem facit eique de venatione transmissa regratiatur. (Reg. 113, fol. 1 v°, c. 10).

« *Regi Francie.* Regalibus litteris benigne receptis, ecce, fili carissime, juxta precantis affectum qui de fonte caritatis emanat, nos divina gratia noveris statu hominis exterioris incolumes sed interioris hominis spiritu tempestate nimia mundani turbinis laborantes. Et quia nichil patri potest esse jocundius quam incolumitas filialis, quesumus ut de illa nos sepe letificet filii pagina pro nova semper insinuatione congaudii expectata. Ceterum venationem cervinam per dilectum filium Stephanum de Capella familiarem nostrum, cocum tuum, abunde nobis, ut assolet, a regia benignitate transmissam, gratanter accepimus que cum ex cure munditia et tempestiva salsugine (1), in quantum decet, recipientis aspectui blandiatur et gustui, grates in Domino uberes inde regi referimus transmittenti, remittentes eundem Stephanum, sicut cito potuimus, ad presentiam excellentie regie cum nostre benedictionis gratia expeditum. Datum Avinione, II nonas octobris, anno nono ».

(1) Ce mot ne figure pas dans le Glossarium de Du Cange qui donne seulement l'adjectif *salsuginatus*

2230 Avignon, 6 octobre 1324.

Eidem regi, quod de quadam dignitate in ecclesia Carnotensi Ademaro de Cros providere non duxit. (Reg. 113, fol. 2, c. 11).

« *Eidem.* Serenitatis regie litteras missas nobis pro dilecto filio Ademaro de Cros benignitate recepimus consueta. Sane cum ecclesiam Carnotensem, sicut et ceteras regni tui aliorumque citra montanorum regnorum ecclesias ultra vires suas, non sine compassione quadam nos conscientia nostra remordeat aggravasse, quare, carissime fili, ut si prefato Ademaro de dignitate in dicta eccelesia dignum ad presens hac ratione, ut petisti, providere non duximus, effusas pro ipso preces minus solito apud nos regia celsitudo non reputet efficaces. Datum ut supra ».

2231 Avignon, 8 octobre 1324.

Guillelmo, archiepiscopo Viennensi et Hugoni, episcopo Aurasicensi, ut non obstante treuga usque ad octabas instantis festi Paschae duratura, ad negotiorum sibi commissorum prosecutionem intendant ipsumque de quarumdam litterarum reginae Franciae praesentatione certiorem faciant. (Reg. 113, fol. 2, c. 13).

« *Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni, episcopo Aurasicensi.* Fraternitatis vestre litteras noviter nobis missas benigne recepimus, et que continebantur in eis pleno collegimus intellectu. Et licet super negotiis sollicitudini vestre commissis, treuge durature usque ad octabas instantis festi Pasche, sicut accepimus, sint indicte, non tamen videmus propter hoc per nos ab hujusmodi prosecutione negotii desistendum. Quocirca eidem fraternitati vestre mandamus quatinus eadem negotia solerter prosequi, juxta datam a Deo vobis prudentiam studeatis. Ceterum miramur admodum quod an litteras quas carissime in Christo filie nostre Johanne, regine Francie et Navarre illustri per nos destinasse meminimus, presentaveritis nichil nobis duxeritis rescribendum. Quare litteras ipsas, si jam presentate dicte regine non fuerint, presentantes, super hiis et aliis que nobis occurrerint, nos certiores reddere sepius procuretis. Datum Avinione, VIII idus octobris, anno nono ».

2232 Avignon, 8 octobre 1322.

Praedicto archiepiscopo, ut de hiis quae habuerat in instructione pro Johanna, regina Franciae, saepius rescribat (Reg. 113, fol. 2, c. 14).

« *Eidem archiepiscopo Viennensi.* Miramur, frater, quod super litteris et instructione quas carissime in Christo filie nostre Johanne, regine Francie et Navarre illusri, per te (1) mississe, teque super hac onerasse meminimus, ac de statu regine ipsius et aliis tibi specialiter super hiis impositis nichil nobis penitus rescripsisti. Quocirca fraternitati tue presentium tenore mandamus quatinus nos de premissis et aliis que tibis occurrerint, certiores efficere non postponas. Datum Avinione, VIII idus octobris, anno nono ».

2233 Avignon, 12 octobre 1324.

Hugoni de Burgundia regratiatur quia ad obsequia Ecclesiae Romanae se obtulit affectuose serviturum et ab eo excusationem petit ratione provisionis sacristiae monasterii monialium Romaricensis, ordinis sancti Benedicti, Tullensis diocesis, quam concedere nequit. (Reg. 113, fol. 2, c. 15).

« *Nobili viro Hugoni de Burgundia, militi.* Letanter recepimus tue — Datum Avinione, IV idus octobris, anno nono ».

2234 Avignon, 12 octobre 1324.

Item in e. m. nobili viro Richardo, comiti de Ruppe, Bisuntinae diocesis. (Reg. 113, fol. 2, p. c. 15).

2235 Avignon, 14 octobre 1324.

Heliam Talairandum ecclesiae Lemovicensi per obitum Geraldi episcopi, qui apud Sedem Apostolicam diem clausit extremum, vacanti, in episcopum praeficit. (Reg. 113, fol. 72, c. 529).

« *Dilecto filio Helie Talairando, electo Lemovicensi.* Nuper ecclesia Lemovicensi — Datum Avinione, II idus octobris, anno nono ».

(1) Ici semble manquer un mot tel que : « presentendas »

2236 Avignon, 16 octobre 1324.

Petrum Ricani et Guillelmum de Concossio de nonnullis pecuniarum summis ab ipsis Camerae Apostolicae assignatis quittat. (Reg. 113, fol. 66, c. 501).

« *Dilectis filiis Petro Ricani sacriste Avinionensis et Guillelmo de Concossio canonico Autisiodorensis ecclesiarum.* Cum vos de pecunia decimarum sexennalis per felicis recordationis Clementem, papam V, predecessorem nostrum, in consilio Viennensi pro subsidio Terre Sancte, ac triennalis per nos pro multis Ecclesie Romane necessitatibus utilius relevandis, dudum impositarum, a collectoribus et subcollectoribus decimarum ipsarum in Arelatensi, Aquensi, Viennensi, Lugdunensi, Ebredunensi, Bisuntinensi ac Tarantasiensi civitatibus, diocesibus ac provinciis deputatis per vos litterarum nostratum auctoritate recepta summas pecuniarum infrascriptas diversis vicibus nostre Camere duxeritis assignandas, videlicet die XIV mensis martii de anno Domini millesimo CCC°XXIIII^to^ sexcentas sex libras decem octo solidos septem denarios Julhatorum argenti ; quinque milia octingentas novem libras decem novem solidos unum denarium obolum coronatorum nigrorum ; trecentas septuaginta libras, decem septem solidos octo denarios Burgentium duplicium ; quingentas septuaginta sex libras duos solidos octo denarios Turonensium parvorum ; quadringentas quinquaginta duas libras septem solidos quinque denarios Malgoriensium ; viginti quinque libras unum solidum et undecim denarios Turonensium parvorum in obolis parvis ; et die XII mensis octobris dicti anni septuaginta duas libras octo solidos Julhatorum argenti ; decem septem libras sex solidos duos denarios Turonensium grossorum cum o longa, et mille ducentos triginta quatuor denarios ad agnum de auro necnon et die date presentium mille quingentas septuaginta libras, tres solidos et novem denarios Turonensium grossorum cum o rotunda, nos volentes vestris indempnitatibus paterna diligentia precavere, recognoscimus et fatemur vos easdem pecuniarum summas, sicut expresse sunt superius, prefate Camere assignasse. De quibus vos et omnia bona vestra in perpetuum absolvimus et quitamus. Datum Avinone, XVII kal. novembris, anno IX ».

2237 Avignon, 21 octobre 1324.

Carolo, regi Franciae, de missione Johannis de Foresio. (Reg. 113, fol. 3, c. 27).

« *Carolo, regi Francie.* Excellentiam regiam volumus non latere quod dilecti filii Adam Lobege ac Johannes de Bertollia et Johannes de Mende, presentium exhibitores, Johannem de Foresio conversum, de mandato regio per eos ad Apostolicam Sedem adductum, ibidem nostris gentibus die date presentium assignarunt ; super cujus missione celsitudini regie gratiarum referimus uberes actiones. Datum Avinione, XII kalendas novembris, anno nono ».

2238 Avignon, 21 octobre 1324.

Philippo de Majoricis, thesaurario ecclesiae beati Martini Turonensis ut, consiliariis quondam Sancii regis Majoricarum, in electione tutorum Jacobi, regis Majoricarum impuberis, discordantibus, ejusdem regni gubernationem suscipiat. (Reg. 113, fol. 28, c. 236 ; — J. Mollat, *Jean XXII et la succession de Sanche, roi de Majorque*, dans la *Revue d'histoire et d'archéologie du Roussillon*, 1905, p. 212, n. 11).

« *Dilecto filio Philippo de Majoricis, thesaurario ecclesie beati Martini Turonensis.* Noste, fili, quod clare memorie Sancio, rege Majoricarum, germano tuo, de Apostolice Sedis amplexibus, prodolor, violente mortis acerbitate sublato, ex tunc meditatio cordis nostris continue vertitur, ex tunc nobis imminet solicitudo propensior ut regnum ipsum ydoneo rectore non careat et sinistro, quod absit, non subjaceat casui, cum juxta Sapientis oraculum, « domus corruat ubi deficit gubernator ». Licet enim rex ipse premortuus sed premissus, in ultimo testamento seu codicillis ejusdem, carissimo in Christo filio nostro Jacobo, regi Majoricarum illustri, nepoti suo et tuo jam fragranti diffusius in sinu Sancte Romane matris Ecclesie ad oportunum regimen tutores ydoneos, sicut fertur, et etiam tua nobilitas ignorare non debet, per suos olim consiliarios eligi et sibi tanquam impuberi dari mandaverit, nescimus tamen que cause impedimenti se ingerant, quod ipsi, prout audivimus, in electione tutorum hujusmodi non concordant. Unde prefatum regnum merito languet et clamitat, dum[a] debito rectore non regitur, magnum et grave insuper sibi potest imminere periculum dum subditus populus velut navis in pelago se gubernaculo proprio reputat destitutum, de quo si contingeret, quod avertat Altissimus, quandiu res ita se habeat directe, nullum in conscientia teneri procul dubio novimus, nisi te, ut Deo reddas pro ipsius regni subditis tanquam tibi domesticis rationem, cum ex propinquioribus regis predicti superstitibus, nisi tu, fili, hodie sibi nullus utilior, nemo expedientior reputetur ; quid plura ? te vocat iste labor ad quem sicut prima ratione supponimus, post (1) ceteris suos habent iidem subditi oculos, animos dirigunt et affectus, et sub quo justitie regulam ac tutelam securitatis expectant, velut sub illo qui versa vice de regia domo pretendit ad eos stirpem vere dominicam, et rationabiliter grata sibi propagine redigit amorem omnium in naturam. Et quia demum solertior a veris domesticis quam extraneis, quorum minorem inde censemus affectum, custodia geritur prediorum, discretionem tuam rogamus et hortamur attente, teque nichilominus in remissionem peccaminum obsecramus quatinus, premissa et alia que ad bonum statum prefati nunc regis et dicti regni ac subditorum hujusmodi faciunt, prudenter advertens, illos habeas caritate propitia commendatos, oportunum immo necessarium, quesumus, eorum gubernationem et regimen benivolentia et affectione qua teneris naturali suscipias et prout ex alto tibi ministraverit Dominus, ac donec fuerit opus, et ipse tibi permiserit, sic illud laudabiliter administres ut nostros inde cogitatus allevians, multa solicitudine anxios non permittas pro defectu ejusdem gubernationis atque regiminis, rex, regnum ipsi et subditi minantibus inde subjacent detrimentis, super quibus et nos in te laudabilem tue domus affectum reputemus in Domino digne laudis preconio attollendum. Datum Avinione, XII kal. novembris, anno nono ».

2239 *Vacat.*

2240 Avignon, 22 octobre 1324.

Regi Franciae, ut senescallum Tolosae ad amovendam manum regiam in quadam Gastonis, domini Fuxensis, terra impositam, praetextu terrae Garsiae Arnaldi de Noalhiis compellat. (Reg. 113, fol. 2, c. 16 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 143, n. 316).

(1) Corr : *prae* ?

« *Regi Francie.* Audivimus, fili carissime, quod quamvis certa terra dilecti filii nobilis viri Gastonis, comitis Fuxensis, pretextu terre dilecti filii nobilis viri Garsie Arnaldi de Noalhiis, qua ipsum destituit quondam (1) prefati comitis avia, et pro certis dampnis per eam sibi, sicut fertur, illatis, manum regiam ibi per senescallum Tholosanum contra intentionem tuam dudum impositam amoveri mandaveris et super illis justitiam fieri predicto Garsie, idem tamen senescallus ipsius mandati restringens in hac parte censuram, de predicta terra ipsius comitis, in ejus grave dispendium manum regiam non amovit hujusmodi, sed suspendit, permittendo videlicet quod officiales dicti comitis juridictionem in dicta terra exerceant usque ad certi temporis spatium breviter finiendum. Et quia maxime circa ipsam justitiam que sine alicujus injuria redundat incommodum subditorum, inefficaces esse non condecet regias jussiones, rogamus excellentiam regiam et hortamur attente quatinus predicto senescallo firmiter et expresse per litteras regie serenitatis injungas ut precise ac libere de predicta terra sibi ut prefertur impositam manum regis amoveat, et officialibus ejusdem comitis, in illa dicte juridictionis exercitium liberum derelinquat, faciens ipsi destituto seu dampna passo justitiam prout juste auctoritas regia noscitur alias injunxisse. Datum Avinione, XI kalendas novembris, anno nono ».

2241 Avignon, 22 octobre 1324.

Eidem in favore praedicti comitis ut quarumdam condempnationum solutiones per terminos dividat et quasdam terras ei restituat. (Reg. 113, fol. 2 v°, c. 17 ; L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 141, n. 317).

« *Eidem.* Solet, carissime fili, benignitas innata (2) principibus considerare aliquando personas et causas quarum evidentibus meritis agat benigniter cum subjectis. Sane audivimus quod dilectus filius nobilis vir Gasto, comes Fuxi, pro certis dampnis dudum per nobiles et alios homines de Vearnio illatis in loco de Sancto Marcello (3) certas ex persona quondam genitoris ejus condempnationes pecuniarias tibi debet, quibusdam terris suis ad manus regie curie propterea revocatis, cumque dictus comes, velut ex arduis et diversis agendis in multas et graves olim distractus expensas, in quibus eidem affectu paterno compatimur, condempnationes ipsas ad presens minus possibiliter solvere sit paratus, excellentiam regiam rogamus et hortamur attente quatinus benigne ageres contemplatione nostri et ex compassione regia cum eodem solutiones condempnationum hujusmodi sic per competentes et habiles terminos dividas quod illas commode, sine rerum suarum dispendio, idem comes valeat explicare, mandans nichilominus terras, consideratione premissa, sibi restitui cum effectu, ita quod comes a primevis juventutis sue primitiis in regia fide ac devotione succrescens, per benignitatis et gratie tue suffragium se tibi sentiat potius obligatum nosque super hoc benivolentiam regiam dignis in Domino gratiarum actionibus prosequamur. Datum ut supra ».

2242 Avignon, 22 octobre 1324.

Johannae, reginae Franciae ut regem ad manum regiam de praedicti Gastonis terra amovendam inducat. (Reg. 113, fol. 3, c. 28 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 145, n. 318, analyse).

« *Johanne, regine Francie et Navarre illustri.* Super amovenda manu — Datum Avinione, XI kalendas novembris, anno nono ».

2243 Avignon, 22 octobre 1324.

In e. m. Carolo, comiti Valesii. (Reg. 113, fol. 3, p. c. 28).

2244 Avignon, 22 octobre 1324.

In e. m. Roberto de Atrabato. (Reg. 113, fol. 3, p. c. 28).

2245 Avignon, 22 octobre 1324.

In e. m. comiti Ebroicensi. (Reg. 113, fol. 3, p. c. 28).

---

(1) Reg. : *quendam.* Il s'agit de Marguerite de Béarn. Cf. Guérard, *op. et loc. cit.*

(2) Reg. : *ignata.*

(3) Après *Marcello*, le scribe a répété : « *Sane audivimus.. dampnis dudum illatis* ».

2246 Avignon, 22 octobre 1324.

Episcopo Appamiarum, ne, praetextu cujusdam consuetudinis, officiales Gastonis, comitis Fuxensis, in jurisdictione causarum civilium inter laicos civitatis Appamiarum vexari vel inquietari ab officialibus suis permittat. (Reg. 113, fol. 4, c. 32).

« *Venerabili fratri.. episcopo Appamiarum.* Significavit nobis dilectus filius nobilis vir Gasto, comes Fuxensis, quod quamvis progenitores ejus et ipse per se sive officiales suos juridictionem causarum civilium inter laicos civitatis sue Appamiarum exercuerint et exercere debeant ab antiquo, officiales tamen tui prescriptionem in hac parte cujusdam nove consuetudinis pretendendo, indebite ac de facto usurpant sibi juridictionem eandem, trahendo coram se dictos laicos in causis hujusmodi ac propterea officiales dicti comitis tibi contra solitam administrationem et debitam juridictionis ipsius parere nolentes, multipliciter impediunt et molestant. Sane mirati quamplurimum, cum adhuc quadraginta seu triginta ut dicitur completi anni non sint, quod tua Appamiensis ecclesia erecta est in ecclesiam cathedralem, nec propterea subsecuta prescriptio fuerit ex qua possit aut debeat consuetudo hujusmodi de jure pretendi vel etiam allegari, fraternitatem tuam requirimus et hortamur quatinus, nisi sit aliud rationabile quod obsistat, pretextu talis consuetudinis prefatum comitem seu dictos officiales ipsius aut quosvis alios in premissis vexari vel inquietari quomodolibet non permittas, quinimmo in irritum revocari facias si quid est inde in contrarium attemptatum, ita quod super hiis non supersit alicujus querele juste materia, tuque possis propterea dignis in Domino laudibus commendari. Datum Avinione, XI kalendas novembris, anno nono ».

2247 *Vacat.*

2248 Avignon, 23 octobre 1324.

Johannae, comitissae Fuxensi, ut in controversia inter ipsam et Gastonem, comitem Fuxensem, natum suum, agat pie sine alio mediatore. (Reg. 113, fol. 17, c. 157; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 145, n. 319).

« *Dilecte in Christo filie nostre [nobili] mulieri Johanne, comitisse Fuxensi,* Ignorare non debes — Datum Avinione, X kal. novembris, anno nono ».

2249 Avignon, 23 octobre 1324.

Gaucelmo Martini, quod fructus beneficiorum suorum in absentia percipere possit concedit, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis. (Reg. 113, fol. 115 v°, c. 804).

« *Dilecto filio magistro Gaucelmo Martini, canonico ecclesie de Sancto Aredio, Lemovicensis diocesis, scriptori nostro.* Licet Apostolica Sedes — Datum Avinione, X kal. novembris, anno nono ».

2250 Avignon, 23 octobre 1324.

Judicibus, ut praedictos fructus eidem Gaucelmo assignent. (Reg. 113, fol. 115 v°, c. 805).

« *Judicibus.* Quocirca mandamus quatinus — Datum ut supra ».

2251 Avignon, 25 octobre 1324.

Johanni Milhassa a Gasberto, archiepiscopo Arelatensi camerario apostolico idoneo reperto, tabellionatus officium concedit. (Reg. 113, fol. 109, c. 778).

« *Johanni Milhassa, clerico Nemausensis diocesis, non conjugato.* Ne contractuum memoria — ego etc. (1) ».

2252 Avignon, 25 octobre 1324.

In e. m. Berengario de Pereto, clerico Biterrensis diocesis. « Datum Avinione, VIII kal. novembris, anno nono ». (Reg. 113, fol. 109 v°, p. c. 778).

2253 Avignon, 26 octobre 1324.

Consulibus villae Perpiniani et incolis communitatis Rossilionis in e. m. ac juratis et probis hominibus civi-

(1) La date est donnée après l'acte suivant.

tatis Majoricensis et incolis insulae Majoricarum scribit de sollicitudine adhibenda ut regnum Majoricarum per personas Deum timentes et diligentes justitiam gubernetur. (Reg. 113, fol. 28 v°, p. c. 238).

« *Consulibus villae Perpiniani et incolis communitatis Rossilionis* (1). Paternis zelantes affectibus quod carissimus in Christo filius noster Jacobus, rex Majoricarum illustris, ad Dei laudem et gloriam, et utilitatem rei publice regni[que] sui salubriter et utiliter in suis dirigatur actibus et regnum ac alie terre sue serenitate justitie et pacis ubertate letentur, nec non diligentius attendentes quod in felici predictorum regis et regni regimen vestra et aliorum ejusdem regis subditorum commoditas multipliciter procuratur, universitatem vestram rogamus attentius et hortamur quatinus premissis in scrutinio recte considerationis adductis, ut rex et regnum predicti alieque terre sub suo dominio constitute per personas Deum timentes ac diligentes justitiam salubriter et provide gubernentur operosam adhibere solicitudinem prout ad vos pertinuerit procuretis. Datum ut supra [Avinione, VII kal. novembris, anno nono] ».

2254 Avignon, 26 octobre 1324.

Item in e. m. consulibus communitatis et incolis terrae Vallispini. (Reg. 113, fol. 28 v°, p. c. 238).

2255 Avignon, 26 octobre 1324.

Item in e. m. consulibus Podii Ciritani et incolis communitatis Ciritaniae. (Reg. 113 fol, 28 v°, p. c. 238).

2256 Avignon, 26 octobre 1324.

Item in e. m. consulibus Villae Liberae et incolis terrae Confluentis. — Datum ut supra. (Reg. 113, fol, 28 v°, p. c. 238).

(1) Le texte qui suit est celui qui est transcrit dans le registre sous le n° 238.

2257 Avignon, 27 octobre 1324.

Regi Franciae, ut Jacobum, regem Majoricarum, qui ratione villae Montispessulani et aliarum terrarum infra regnum Franciae consistentium nonnulla expedire habet negotia, commendatum habeat. (Reg. 113, fol. 2 v°, c. 18).

« *Eidem* [*regi Francie*]. Ad ea, fili carissime, que Deo placere ac tuis honoribus convenire conspicimus libenter regiam celsitudinem nostris precibus invitamus. Cum itaque carissimus in Christo filius noster Jacobus, rex Majoricarum illustris, clare memorie Sancii regis Majoricarum nepos et heres, vinculo sanguinis tibi junctus, ratione ville Montispessulani et aliarum terrarum a te moventium et ad ipsum infra regnum tuum Francie spectantium, coram eadem celsitudine quedam habeat, sicut accepimus, expedire, regalem excellentiam duximus attentius deprecandam quatinus regem eundem, qui merito de tua benignitate confidit, suosque procuratores et gentes, pro Dei ac nostra et Apostolice Sedis reverentia tuique honoris decentia, super expeditione premissorum favorabili habere velit regia sublimitas propensius commendatos, taliter quod ipse rex propter hoc tuo culmini fiat semper devotior, et tua providentia dignis in Domino laudibus valeat commendari. Datum Avinione, VI kal. novembris, anno nono ».

2258 Avignon, 27 octobre 1324.

Comiti Valesii, de eisdem. (Reg. 113, fol. 2 v°, c. 19).

« *Comiti Valesii.* Pro carissimo in — Datum ut supra ».

2259 Avignon, 27 octobre 1324.

Eidem, quod antequam litterae suae per quas collationem de ecclesia de Bisano, Narbonensis diocesis, Johanni de Collomedio ab ordinario factam confirmari petebat, certae personae de eadem ecclesia dispositioni apostolicae reservata ipse providerat. (Reg. 113, fol. 2 v°, c. 20).

« *Eidem.* Magnificentie tue litteras — Datum ut supra ».

2260 Avignon, 27 octobre 1324.

Abbatem monasterii de Virziliaco ad praesentiam suam evocat. (Reg. 113, fol. 3, c. 21 ; — A. Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. I, p. 536, nº 1443).

« *..abbati monasterii de Virziliaco, ordinis sancti Benedicti, Eduensis diocesis.* Cum nos certis — Datum ut supra ».

2261 Avignon, 27 octobre 1324.

Decano ecclesiae Nivernensis ut litteras praedicto abbati directas praesentet et de praesentatione eadem publicum instrumentum fieri faciat. (Reg. 113, fol. 3, c. 22 ; — A. Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. I, p. 536, nº 1444).

« *..decano ecclesie Nivernensis.* Cum nos tibi — Datum ut supra ».

2262 Avignon, 29 octobre 1324.

Treugas inter Eduardum, comitem Sabaudiae, et Aymonem de Sabaudia, clericum, ex parte una, et Henricum, electum Metensem, ac Guigonem dalphinum Viennensem, ex altera, usque ad festum Resurrectionis Dominicae proxime venturum prorogat. (Reg. 78, cur., fol. 1, c. 1 ; — Reg. Aven. XXII, fol. 48, c. 1).

« *Ad futuram rei memoriam.* Etsi ad cunctorum corda fidelium pacis unitate servanda juxta debitum apostolice servitutis nostra suspiret intentio, magnates tamen et nobiles eo magis desideramus servare concordes quo illorum periculosa discordia animarum et corporum graviora producere dispendia consuevit. Sane dudum inter quondam Amedeum, tunc viventem, et dilectos filios nobilem virum Eduardum, comitem Sabaudie, et Aymonem de Sabaudia, clericum, ejus filios ex parte una, et dilectos filios Henricum, electum Metensem, et nobilem virum Guigonem, dalphinum Viennensem, ex altera, hoste pacis suasore discordie, qui nequitie sue venena ibi studet seminare diffusius ubi se magis obfuturum extimat, suadente, flamma (1) accensa gravium odiorum, volentes innumeris malis et scandalis que dictorum odiorum succensio, nisi occurretur eisdem per celeria et oportuna remedia verisimiliter minabatur, patris more benivoli salubriter obviare, inter eosdem comitem et Aymonem ac electum et dalphinum prefatos treugas quarum fedus amplectende pacis gerit imaginem, usque ad certi temporis spatium auctoritate apostolica induximus duraturas, eas postmodum diversis vicibus in ampliora tempora prorogando, in eosdem dissidentes et ipsorum quemlibet et omnes et singulos eorum adjutores, valitores, consiliarios, fautores, sequaces et subditos eorumdem et in hac parte adherentes eisdem, treugas non servantes easdem vel quomodolibet infringentes, excommunicationis sententiam promulgando, ac terras et loca ipsorum subjiciendo ecclesiastico interdicto, ex quarum indictione treugarum, licet inter partes predictas plene reconciliationis soliditas non fuerit subsecuta, interim tamen inter ipsas procella bellici turbinis et guerrarum pestilentium quiescente, alterna hinc inde cessavere dispendia et ex conversatione mutua subjectorum et hominum partium earumdem magna inter eos commoda provenerunt. Cum itaque finis ultime indictionis seu prorogationis dictarum treugarum instare noscatur, nos, prout ex apostolice servitutis urgemur officio, volentes ante tempus occurrere ingentibus gravibusque periculis que odia resumpta parturiunt, cum in mala preterita residuant, predictas treugas ab instanti festo beati Martini gloriosissimi confessoris usque ad festum Resurrectionis Dominice proxime venturum inter partes easdem ac omnes et singulos adjutores, valitores, consiliarios, fautores, sequaces et subditos eorundem et in hac parte adherentes, eisdem et eorum singulis inviolabiliter observandas auctoritate apostolica tenore presentium, prorogamus, in eosdem universos et singulos treugas hujusmodi non servantes vel quomodolibet infringentes easdem excommunicationis sententiam promulgando ac terras et loca ipsorum subjiciendo ecclesiastico interdicto, volentes sententias ipsas a die publicationis seu notificationis hujusmodi prorogationis treugarum ipsarum suum effectum plenius obtinere, non obstante si eis vel alicui ipsorum communiter vel divisim a Sede Apostolica sit indultum quod excommunicari ipsorumque loca et terre ecclesiastico interdicto supponi non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem et qualibet alia dicte Sedis

(1) Reg. : « *flamina* ».

indulgentia generali vel speciali, cujuscunque tenoris existat, per quam effectus presentium impediri possit quomodolibet vel differri. Nos insuper omnes promissiones et obligationes que inter alterutram ipsarum partium vel aliquem seu aliquos ex eadem et quosvis alios super nutrienda discordia inter eos, necnon colligationes, ligas, confederationes et pactiones que inter aliquam ipsarum partium et quosvis alios ut prefertur intervenissent occasione hujusmodi discordie nutriende, utpote contra bonum pacis in nostri Salvatoris offensam presumptas illicite et quascunque penas adjectas et juramenta prestita super illis sub quibuscunque modo, forma vel expressione verborum, presertim cum juramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, ex nunc fore nulla decernimus ac irrita, vacua atque cassa, eaque vacuamus, cassamus et irritamus ac revocamus omnino, ipsa carere viribus et ad eorundem observationem nullum teneri auctoritate apostolica decernentes. Ceterum, cum inobedientibus sicut debeat obesse contemptus quod in humilium prejudicium non redundet, volumus ut illam ex predictis partibus que treugas ipsas hujusmodi contempserit forsitan observare ac ei adherentes sic presens processus noster afficiat quod alteram partem, quantum in ea fuerit, treugas observare paratam in aliquo non contingat, sic quod nec ipsa vel adherentes eidem, vel eorum terre ligentur sententiis antedictis. Nulli ergo etc. nostrarum prorogationis, constitutionum, vacuationis, cassationis, irritationis, revocationis et voluntatum infringere etc. Datum Avinione, IIII kal. novembris, anno nono ».

2263 Avignon, 29 octobre 1324.

In e. m. episcopo Gratianopolitano et officiali archiepiscopi Viennensis, ut praefatas treugas in diocesibus suis publicent. (Reg. 78, Cur., fol. 1, p. c. 1 ; Reg. Aven. XXII, fol. 48, c. 1).

2264 Avignon, 5 novembre 1324.

Ludovico, comiti Flandrensi, quod Archambaudi, abbatis monasterii Virziliacensis vocatio ad curiam retardari non potest. (Reg. 113, fol. 3, c. 23 ; — A. Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. I, p. 537, n. 1446).

« *Nobili viro Ludovico, comiti Flandrensi.* Antequam per dilectum filium nobilem virum Guidonem Guinaldi, militem et nuntium tuum, nuper ad nostram presentiam venientem, essent nobis tue nobilitatis littere per quas sibi credentiam commiseras presentate, nos, certis et rationabilibus causis dilectum filium Archam[bau]dum, abbatem monasterii Virziliacensis, duxeramus ad nostram presentiam personaliter evocandum. Et licet idem miles quem, consideratione mittentis et ipsius missi probitatis obtentu, benigne receperimus et que sub dicta credentia voluit exponere audivimus et intelleximus diligenter, apud nos solerter institerit ut supersedere a vocatione hujusmodi dignaremur, nos tamen, quia littere super eadem vocatione quam eidem abbati perutilem ac tibi et tuis negotiis extimamus non modicum oportunam, jam a nostra emanaverant curia, prefati militis precibus in hac parte non duximus annuendum, quare nos habeat tua predicta nobilitas quasi excusatos. Datum Avinione, nonis novembris, anno nono ».

2265 Avignon, 5 novembre 1324.

Alphonso de Hispania super eodem. (Reg. 113, fol. 3, c. 24 ; — A. Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. I, p. 538, n. 1447).

« *Nobili viro Alfonso de Hispania.* Benigne recepimus nobilitatis — Datum ut supra ».

2266 Avignon, 5 novembre 1324.

Raymundo de Rapistagno, quod nuntii ejus Alanum Britonis gentibus ispius papae, de mandato regis Franciae assignarunt. (Reg. 113, fol. 3, c. 25).

« *Dilecto filio nobili viro Petro Ramundi de Rapistagno, senescallo Pictavensi, familiari nostro.* Nobilitatem tuam volumus non latere quod dilecti filii Dionisius de Strata et Garinus ac Guillotus Corbin, Alanum Britonis, per te de mandato carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris nobis missum, nostris gentibus apud Sedem Apostolicam die date presentium assignarunt, nobis tuas clausas litteras quas benigne recepimus super hoc nichilominus offerentes. Datum ut supra ».

2267 Avignon, 6 novembre 1324.

Mariae, reginae Majoricarum, ut Roberti, regis Siciliae, consiliis acquiescens, ad partes comitatus Provinciae se conferat. (Reg. 113, fol. 28 v°, c. 239).

« *Carissime in christo filie Marie, regine Majoricarum illustri.* Per litteras carissimi in Christo filii nostri Roberti, regis Sicilie illustris, germani tui, nobis missas noviter intellecto quod sui beneplaciti et ordinationis existit ut tu, filia carissima, pro majori consolatione tua, te ad terram comitatus Provincie ibidem in civitate Aquensi videlicet transferas, sicut ipse rex tibi per suas scribit seriosius litteras moratura, serenitatem regiam rogamus attentius et hortamur eidem nichilominus paterno consilio suadentes quatinus ejusdem regis in hac parte consiliis et beneplacitis acquiescens, decenter et honeste, prout statum tuum condecet, ad terram ejusdem comitatus Provincie non differas te conferre. Datum Avinione, VIII idus novembris, anno nono ».

2268 Avignon, 6 novembre 1324.

Jacobo, regi Majoricarum, ut praefatae reginae ad dicti comitatus Provinciae partes se transferenti de decenti comitiva et aliis necessariis provideri faciat. (Reg. 113, fol. 28 v°, c. 240).

« *Carissimo in Christo filio Jacobo, regi Majoricarum illustri.* Cum sicut accepimus — Datum ut supra ».

2269 Avignon, 6 novembre 1324.

Administratoribus regni Majoricarum super eodem. (Reg. 113, fol. 28 v°, c. 241).

« *Dilectis filiis administratoribus regni Majoricarum.* Cum carissima in — Datum ut supra ».

2270 Avignon, 6 novembre 1324.

Philippo de Majoricis super eodem. (Reg. 113, fol. 29 v°, c. 242).

« *Dilecto filio Philippo de Majoricis, abbati secularis ecclesie Sancti Pauli Narbonensis.* Cum sicut accepimus — Datum ut supra ».

2271 Avignon, 7 novembre 1324.

Johannen de Arpadella de diligentia in scribendo canonicis ecclesiae Cameracensis ac in aliis negotiis sibi commissis adhibita commendat. (Reg. 113, fol. 3, c. 26; A. Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. I, p. 538, n. 1448).

« *Magistro Johanni de Arpadella, decano ecclesie Xanctonensis, capellano nostro.* Sedulam diligentiam utique nobis gratam quam in scribendo dilectis filiis canonicis ecclesie Cameracensis, ac in hiis et aliis nostris et Ecclesie Romane negotiis adhibere prudenter et provide curavisti, multipliciter in Domino commendantes, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus super hiis et aliis que circa nostra et Ecclesie memorate negotia videris oportuna, sic continuare tue diligentie studium non omittas, quod amplius valeas merito commendari. Datum Avinione, VII idus novembris, anno nono ».

2272 Avignon, 9 novembre 1324.

Eduardo, comiti Sabaudiae, ut prorogationi ab instanti festo beati Martini usque ad festum Resurrectionis Dominicae proxime venturum treugarum inter se ac genitorem fratremque suos, ex una parte, et Henricum, electum Metensem, Guigonemque, dalfinum Viennensem, ex altera, prius indictarum acquiescere velit. (Reg. 113, fol. 61, c. 471).

« *Dicto comiti* [*Sabaudie*]. Attendentes quod ex dissentionibus presertim nobilium et magnatum, varia rerum dispendia ac corporum et animarum, quod est dolendum amarius, solent contingere detrimenta, quodque ex eorum pace et concordia tam sibi quam subditis consueverunt bona innumera provenire, quia treugarum, dudum indictarum auctoritate apostolica inter quondam genitorem ac te et fratrem tuos, ex parte una, et dilectum filium Henricum, electum Metensem, ac nobilem virum Guigonem, dalfinum Viennensem, et utrius valitores ex altera, nondum votive pacis subsecuta concordia finis instat, nos, ut partis utriusque obvietur peri-

culis que suborta dissensio, dudum hostis antiqui (1) procurante malitia, inter eas probabiliter comminatur, et utilius ac liberius interim valeat, actore Domino, pacis concordia procurari, predictas treugas que pacis ymaginem representent, ab instanti festo beati Martini usque ad festum Resurrectionis Dominice venturum proxime, sub certis penis et sententiis auctoritate predicta prorogavimus, sicut in litteris (2) apostolicis confectis super hoc, quas ad partes illas publicandas transmittimus, plenius continetur. Quocirca nobilitatem tuam rogamus attente et hortamur quatinus premissis (3) in scrutinio recte considerationis adductis, prorogationem hujusmodi pro nostra et Apostolice Sedis reverentia prompte ac benigne recipias et ei sine difficultate qualibet acquiescas, treugas ipsas firmaturus nichilominus, et per te tuosque fratrem et valitores et subditos sic inviolabiliter servaturus, quod tua providentia propter hoc debeat dignis in Domino laudibus commendari. Datum Avinione, Vidus novembris, anno IX ».

2273 Avignon, 9 novembre 1324.

Henrico, electo Metensi, de eadem prorogatione. (Reg. 113, fol. 61 v°, c. 472).

« *Dicto electo Metensi.* Attendentes etc. —

2274 Avignon, 9 novembre 1324.

In e. m. Guigoni, dalfino Viennensi. Datum ut supra. [Avinione, V idus novembris, anno nono]. (Reg. 113, fol. 61 v°, p. c. 472).

2275 Avignon, 13 novembre 1324.

Bernardum Amorosi, de quibusdam pecuniarum summis ex bonis bonae memoriae Petri, episcopi Carcassonensis, provenientibus et ab ipso Camerae Apostolicae assignatis, quittat. (Reg. 113, fol. 65, c. 495).

« *Dilecto filio Bernardo Amorosi, rectori ecclesie de Massolinchis, Carcassonensis diocesis.* Cum de residuis bonorum mobilium bone memorie Petri, episcopi Carcassonensis, quorum dispositionem certis ex causis nobis dudum duximus reservandam, per te litterarum nostrarum tibi directarum super hoc auctoritate collectis, septingentas nonaginta quinque libras sex solidos undecim denarios turonensium parvorum in summa tamen hujusmodi quinquaginta quatuor librarum novem solidorum turonensium parvorum, in quibus de resta cujusdam computi quod pridem cum dilecto filio magistro Hugone de Engolisma, sacrista ecclesie Narbonensis, ad eorundem bonorum custodiam per nostras certi tenoris litteras deputato, fecisti de administratione thesaurarie memorati episcopi, sicut asseris, tenebaris, inclusis in quingentis tribus denariis auri ad agnum, et trecentis triginta octo florenis auri ac duodecim denariis turonensium grossorum argenti cum o rotundo, et tresdecim denariis turonensium parvorum, singulis agnis pro viginti solidis duobus denariis turonensium parvorum, ac florenis singulis pro decem septem solidis, et dictis turonensibus grossis quolibet pro sexdecim denariis turo nensium parvorum computatis, nostre Camere duxeris assignandos, ac de dictis residuis per te collectis sexdecim libris quinque solidis turonensium parvorum, ultra summam assignatam hujusmodi, te utiliter pro eisdem residuis colligendis et assignandis computaveris expendisse, nos, tuis volentes indempnitatibus super hiis paterna solicitudine precavere, recognoscimus et fatemur te septingentas nonaginta quinque libras sex solidos undecim denarios turonensium parvorum predictos in dictis quingentis tribus denariis auri ad agnum ; trecentis triginta octo florenis auri duodecim turonensibus grossis argenti, ut superius exprimitur, computatis ac tresdecim denariis turonensium parvorum per manus tuas prefate Camere assignasse, de quibus necnon et de predictis sexdecim libris quinque solidis turonensium parvorum quas, ut premittitur, te asseris expendisse, te et omnia bona tua absolvimus in perpetuum et quitamus. Datum Avinione, idibus (1) novembris, anno nono ».

2276 Avignon, 14 novembre 1324.

Petro de Tofalhis et Guillelmo de Petrilia de tredecim millibus florenorum auri quos pro subsidiis ad expugna-

(1) Reg. : *antique.*
(2) Reg. : *litteris et apostolicis.*
(3) Reg. : *premissa.*

(1) ms : idus.

tionem Galeacii de Vicecomitibus ac fautorum suorum erogandis, a diversis prelatis recepta Camerae assignaverant, quittationem dat. (Reg. 113, fol. 66 v°, c. 502).

« *Dilectis filiis Petro de Thofalhis, canonico Agenensis, et Guillelmo de Petrilia, rectori de Salis Xanctonensis diocesis ecclesiarum.* Vestra nobis exhibita — Datum Avinione, XVIII kal. decembris, anno nono ».

2277 Avignon, 19 novembre 1324.

Johanni de Cabilone qui se ad Ecclesiae obsequia promptum obtulit, gratias agit petitionesque ejus se exaudisse nuntiat. (Reg. 113, fol. 3 v°, c. 31).

« *Dilecto filio nobili viro Johanni de Cabilone comiti Autissiodorensi.* Quod te promptum et benivolum ad nostra et Ecclesie Romane, matris tue, obsequiosa beneplacita, per transmissas nobis tue nobilitatis litteras, quas benigne recepimus, obtulisti, sinceritatem devotionis tue cum gratiarum actionibus multipliciter in Domino commendantes, nobilitatem eandem attentius deprecamur quatinus in hujusmodi laudabili proposito adeo stabiliter perseveres, quod nostram et Apostolice Sedis benedictionem et gratiam uberius propter hoc merearis. Petitiones autem tuas nobis oblatas ad exauditionis gratiam duximus favorabiliter admittendas. Datum Avinione, XIII kal. decembris, anno IX° ».

2278 Avignon, 19 novembre 1324.

Stephano de Diosido, ut legata a quondam Aiglina, uxore quondam Hugonis, domini Castrinovi, Caturcensis diocesis, percipiat et in pios usus convertat. (Reg. 113, fol. 110 v°, c. 786).

« *Dilecto filio Stephano de Diosido scolastico ecclesie Convenarum.* Auditui nostri apostolatus nuper innotuit quod dudum dilectus filius nobilis vir Hugo, dominus Castrinovi, Caturcensis diocesis, quondam Aigline, uxori sue, sexcentas libras turonensium parvorum de quibus pro sue nobilitatis arbitrio testari valeret, causa mortis donatione concessit, quodque predicta Aiglina, tam de dictis sexcentis libris quam nonnullis aliis bonis et jocalibus suis, nonnulla legata pro sue salute anime inde disposuit faciendi, residuum in pios usus convertendum juxta nostre dispositionis arbitrium relinquendo. Nos autem ad quos providere quod pie dispositiones descedentium (*sic*) compleantur noscitur pertinere, volentes quod dicta legata solvantur et residuum quantitatis dicte pecunie ac al[oru]m bonorum et jocalium predictorum in usus pios fideliter dispensetur, discretioni tue per apostolica [scripta] committimus et mandamus quatinus pecuniam, bona et jocalia supradicta tibi a quibuscumque illorum debitoribus seu detentoribus faciens integraliter assignari, contradictores per censuram ecclesiaticam, appellatione postposita, si necesse fuerit compellendo, ea in solutionem dictorum legatorum et in pios usus alios secundum quod dilecti filii Arnaldus, Sancti Eustachii diaconus cardinalis, et nobilis vir Petrus Dueza, vicecomes Caramanni, Tholosane diocesis, quondam dicte Aigline genitor, qui de nostra intentione super hiis existunt plenius informati, tibi duxerint injungendum, solvere ac fideliter dispensare procures. Volumus autem quod assignantes tibi pecuniam ac bona et jocalia supradicta possis absolvere plenius et quitare de hiis que ab ipsis recipere te continget. Sic te in predictis et circa illa solerter et fideliter habiturus quod preter mercedis celestis premium, a nobis debeas propter hoc merito commendari. Datum Avinione, XIII kal. decembris, anno nono ».

2279 Avignon, 21 novembre 1324.

Archambaldum, comitem Petragoricensem, de matris suae obitu consolatur. (Reg. 113, fol. 3 v°, c. 29).

« *Dilecto filio nobili viro Archambaldo, comiti Petragoricensi, familiari nostro.* Tibi dolenti, fili, super obitu matris tue, quem nobis per tuas litteras nuntiasti, non absque multe compassionis condolemus affectu, quamvis tibi cui de illo gaudendum erat, si voluntatis instinctus rationis subiceretur imperio, gaudere potius deberemus quia, licet carorum divisio, presertim matris et filii, secundum modum conditionis humane acerba (1) noscatur existere nimium et amara, considerato tamen quod nature fragilitas cunctis indicta mortalibus sic omnes equaliter sub regula mortalitatis inclusit,

(1) Reg. : « *acerva* ».

quod ab ejus sententia neminem dignitate vel privilegio liberavit, est cum patientia tolerandum quod in humane sortis eventu statuit divina providentia in cujus manu permanent sortes nostre, hunc maturius et hunc tardius sui sapientis arbitrii dispositione subducens, sed quando, qualiter et ubi, apud homines ignoratur. Verum cum eadem mater tua, que juste vivere studuit ac finem suum cognitione Dei, vera cordis contritione, oris confessione et aliorum sacramentorum ecclesiasticorum devota receptione, velut catholica, ut letanter audivimus muniens, ab hac vita temporali que mors est potius dicenda quam vita, et presentis seculi laboribus et erumpnis ad vitam perennem et celestis quietem patrie transiverit, sicut pie creditur, predictis evasit periculis, non mortua sed premissa, nobilitatem tuam paterno rogamus et hortamur affectu quatinus, abstersis lacrimis, abjectis meroribus ac suspiriis et tristitia prorsus omissis, consolationis robore mentem tuam munias et exaltes, fratres et amicos tuos alios propter hoc desolatos tanquam vir fortis et magnanimus nichilominus dulciter consolando. Nos autem qui te domumque tuam sincere dilectionis favore prosequimur, in tuis oportunitatibus propitios reperies et benignos. Datum Avinione, XI kal. decembris, anno nono ».

2280 Avignon, 21 novembre 1324.

Doctoribus et scholaribus Parisius commorantibus quasdam constitutiones in scholis legendas mittit. (Reg. 113, fol. 120, c. 825 ; — H. Deniffle et E. Chatelain, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. II, p. 276, n° 833 ; C. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 290, n. 557).

« *Dilectis filiis doctoribus et scolaribus universis Parisius commorantibus.* Contra latratus nonnullorum, errores et insanos (1) qui os suum ponentes in celum, lingua eorum transeunte falsidica super terram detrahere nostris constitutionibus, quarum una incipit : « Ad conditorem canonum », et alia : « Cum inter nonnullo[s] », veritatemque catholicam quam continent obfuscare ausu sacrilego presumpserunt, ut fertur, constitutionem quandam que incipit : « Quia quorundam », cum fratribus nostris Sancte Romane Ecclesie cardinalibus multisque aliis viris tam prelatis quam aliis sacris et utriusque juris litteris eruditis diligenter deliberatione prehabita, et de eorundem fratrum consilio duximus promulgandam, quam vobis una cum aliis constitutionibus predictis necnon et quadam alia per nos dudum edita materiam tangente predictam, que incipit : « Quia nonnunquam », de quibus quamvis diu ante editionem ultime constitutionis hujusmodi promulgate fuerint ac etiam publicate, an tamen ad vos pervenerint esitamus, sub bulla nostra per latorem presentium destinamus, universitati vestre in virtute sancte obedientie districtius injungentes quatinus prefatas constitutiones legatis sicut ceteras decretales in scolis. Datum Avinione, XI kal. decembris, anno nono ».

(1) *Sic*, *Corr.* insanias.

2281 Avignon, 21 novembre 1324.

In e. m. doctoribus et scolaribus universis Tholosae commorantibus. (Reg. 113, fol. 120, p. c. 825 ; — H. Deniffle et E. Chatelain, *op. et loc. cit* ; C. Eubel, *op. et loc. cit.*).

2282 Avignon, 24 novembre 1324.

Bernardo Amorosi transigendi cum quibusdam debitoribus bonae memoriae Petri, episcopi Carcassonensis, facultatem concedit. (Reg. 113, fol. 116, c. 808).

« *Dilecto filio Bernardo Amorosi, rectori ecclesie de Mossolinchis, Carcassonensis diocesis.* Tue relationis assertione nobis innotuit quod cum tu, auctoritate litterarum nostrarum dudum tibi super exigendis et recipiendis debitis bone memorie Petri, episcopi Carcassonensis, que una cum aliis suis bonis mobilibus dispositioni nostre ex certis et rationabilibus causis dudum reservavimus directarum, a quibusdam personis illarum partium quedam debita que ad summam sexcentarum nonaginta trium librarum duodecim solidorum et novem denariorum turonensium parvorum, in quibus eas pro redditibus carnaliorum et bladorum dicti episcopi de anno millesimo CCC°XIII° per instrumenta publica reperiebas efficaciter obligatas, petere et exigere Camere nostre nomine procurares, prefate persone obligate quasdam rationes coram te proponentes per quas se dicebant ad solutionem debitorum hujusmodi non teneri,ad Sedem Apostolicam, ne contra eas posses ulterius procedere appellarunt. Sed posmodum tecum dicte Camere nomine super eisdem

debitis transigere cupientes, medietatem debitorum ipsorum per viam transactionis hujusmodi, si de medietate liberarentur, alia tibi dicto nomine reddere et solvere certis competentibus terminis obtulerunt, tu vero ad hoc facienda et complenda sufficiens a nobis mandatum non habens, ad nos recurrere super hiis curavisti. Nos autem premissis plenius intellectis cum eisdem personis in hac parte volentes agere gratiose, ut cum ipsis vel earum procuratoribus ad hoc sufficiens mandatum habentibus, modo predicto transigere, ac eis cum de medietate debitorum predictorum tibi dicto nomine satisfactionem integram duxerint impendendam, instrumenta super debitis ipsis confecta restituere, ipsasque de hiis que ab eis receperis absolvere valeas et quitare plenam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Datum Avinione, VIII kal. decembris, anno nono ».

2283 Avignon, 28 novembre 1324.

Johannam, comitissam Boloniae, de obitu Roberti comitis, viri sui, consolatur. (Reg. 113, fol. 3 v°, c. 30).

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Johanne, comitisse Bolonie.* Audito, filia, premature mortis occasu bone memorie Roberti, Bolonie comitis, quo ex nature debito percussa, doles et sauciata tristaris, ex paterne caritatis affectu compatimur et condolemus tibi quampluriumm ; utpote qui surreptum nostris et Sedis Apostolice brachiis tam dilectum tamque carum inspicimus filium, et sublatum attendimus, pro dolor, tibi virum. Decet tamen attendere, filia, quod cum ex communi lege a primis parentibus conditioni humane fragilitatis indicta, mortis munus tanquam universale tributum Deo pro vita hominis debeatur, ipse Deus eundem comitem, qui, sicut audivimus, recte vivens, dies suos laudabiliter finiit, de hujus mundi miseria misericorditer ad celestem gloriam evocavit, remanente nobis et tibi ad solaminis cumulum ejus ymagine atque memoria, per clementie divine suffragium, in plurali et gemino superstitum numero filiorum. Quocirca nobilitatem tuam rogamus et monemus in Domino Jhesu Christo quatinus, concepti doloris abjecta mestitia ex qua te proculdubio lederes simul et tuum offenderes Creatorem, assumas inde una nobiscum spiritum consolationis in Domino et in celestibus gaudenti congaudeas viro tuo, recurrens ad nos in tuis et ipsorum filiorum tuorum oportunitatibus confidenter, ad quorum commoda, quantum licet, nos paratos offerimus velut qui benivolentiam spiritualis patris exuberem a defuncto ad posteros libentissime derivamus. Datum Avinione, IIII kal. decembris, anno nono ».

2284 Avignon, 29 novembre 1324.

Philippo de Majoricis regratiatur quia tutelam Jacobi regis Majoricarum, nepotis sui, prompte acceptavit, eumque hortatur ut dictam tutelam prudenter gerat. (Reg. 113, fol. 29, c. 243).

« *Dilecto filio Philippo de Majoricis, abbati secularis ecclesie Sancti Pauli Narbonensis.* Sinceritatis et devotionis — Datum III kal. decembris, anno nono ».

2285 Avignon, 29 novembre 1324.

Juratis et populo Majoricarum ut eidem Philippo circa praedictum regimen auxiliis et consiliis assistant nec credant ipsum papam codicillos Sancii, regis Majoricarum, non valere dixisse. (Reg. 113, fol. 29, c. 244).

« *Dilectis filiis juratis et populo Majoricarum.* Nuper ambassiatores et nuntii carissimi in Christo filii nostri Jacobi, regis Majoricarum illustris, in nostra presentia constituti vos et ipsos ad bonum et utile regimen prefati regis pupilli et regni Majoricarum recte intentionis zelum habere multipliciter pretendentes, demum per vos cum eis deliberatione habita de persona que pro tutela dicti regis et regimine (1) regni predicti magis accomoda (2) videretur, ipsi nobis dilectum filium Philippum de Majoricis, abbatem secularis ecclesie Sancti Pauli Narbonensis, dicti regis patruum, super hoc nominarunt. Et licet nos ejus moribus et conditione pensatis vix speraremus quod ipse qui contemplationi et orationibus vacat, libenter vellet recipere tantum onus, ipsum tamen ad dictam suscipiendam tutelam inducendum per nostras litteras duximus et hortandum, qui postmodum per suas responsales litteras nobis scripsit se paratum utilitatem preferendo suis privatis commodis publicam, onus suscipere supra-

(1) Reg. : « *regimen* ».
(2) Reg. : « *accommodi* ».

dictum, illudque cum consilio prelatorum, baronum, nobilium, communitatum et peritorum aliorum dicti regni diligenter et utiliter, prout sibi Dominus permiserit, gerere, credens ex hoc mereri(1) non modicum apud Deum, quod utique nobis desideranter affectantibus quod rex predictus ad laudem divini nominis et subditorum commodum et quietem dirigatur salubriter, et in eodem regno pacis vigeat serenitas et cultus justitie observetur gratum extitit et existit plurimum et acceptum. Verum cum vos sicut miranter accepimus, quedam ab eodem Philippo circa predicte tutele regimen exigere nitamini, que juri obviant nec conveniunt rationi, sed ex illis potius, si concederentur per eum, posset impediri rei publice utilitas et regionis illius status pacificus perturbari, universitatem vestram rogamus attentius et hortamur, vobis nichilominus paterno consilio suadentes quatinus, ab hujusmodi petitionibus penitus desistentes, eidem Philippo circa predictum regimen adeo constanter et prompte auxiliis, consiliis et oportunis favoribus assistatis quod apud Deum et Sedem Apostolicam prefatumque regem de solita fidelitate vestra possitis merito commendari. Ad hec displicenter audito quod prefati ambassiatores vobis vel quibusdam aliis, nescimus quo ducti spiritu, retulerunt nos codicillos inclite memorie Sancii, regis Majoricarum, non valere dixisse, scire vos volumus quod nunquam ab ore nostro verba talia processerunt ; verum est tamen quod eisdem ambassiatoribus de tutela dicti regis pupilli loquentibus et conferentibus coram nobis, eis recolimus nos dixisse quod prefatus Sancius rex, qui dicti pupilli nec pater nec avus erat, in testamento suo nequivit, secundum jura, tutorem legitimum sibi dare ; quare, filii, quibusvis assertionibus contrariis non credatis. Datum ut supra ».

2286 Avignon, 29 novembre 1324.

In e. m. consulibus et populo Perpiniani. (Reg. 113, fol. 29 v°, p. c. 244).

2287 Avignon, 29 novembre 1324.

Item praelatis et nobilibus regni Majoricarum ut dicto Philippo in praefato regimine constanter et prompte assistant. (Reg. 113, fol. 29 v°, c. 245).

(1) *Il manque un mot* : premium ?

« *Item venerabilibus fratribus.. Majoricensi et.. Elnensi episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus ceterisque personis ecclesiasticis necnon vicecomitibus, prelatis, baronibus, nobilibus, militibus et populis Majoricarum, Elne, Perpiniani ac terrarum Rossilionis, Ceritanie et Confluentis.* Nuper ambassiatores et — Datum ut supra ».

2288 Avignon, 1er décembre 1324.

Guillelmo, archiepiscopo Senonensi, de publicatione processuum contra Ludovicum, ducem Bavariae, gratias agit eumque de ipsius statu certiorem facit. (Reg. 113, fol. 74 v°, c. 551).

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Senonensi.* Fraternitatis tue litteras nostro apostolatui novissime presentatas per quas, inter cetera, de statu nostro effici certior petiisti, solita benignitate recepimus et contenta in eis intelleximus diligenter, tuam solicitudinem super hiis de caritatis et devotionis affectu, quem ad nos gerere dinosceris, prodeuntem, necnon et diligentiam operosam per te circa nostrorum publicationem processuum contra Ludovicum, ducem Bavarie, nuper factorum exhibitam, multipliciter in Domino commendantes. Sane quantum ad statum nostrum scire, te, frater, volumus quod inter fluctuationes negotiorum varias et turbines procellosas continuis vexationibus agitati, faciente et assistente salutis Actore, corporis sospitate letamur, adesse tibi super tuis oportunitatibus, quantum cum Deo poterimus, intendentes. Datum Avinione, kalendis decembris, anno nono ».

2289 *Vacat.*

2290 Avignon, 7 décembre 1324.

Alphonso de Hispania Petrum de Cuniho a Bernardo Jordani, domini de Insula, missum ejusque negotia commendat. (Reg. 113, fol. 4, c. 33 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 147, n. 321).

« *Nobili viro Alfonso de Hispania.* Dilectum filium Petrum de Cuniho, exhibitorem presentium qui ad

partes illas de mandato dilecti filii nobilis viri Bernardi Jordani, domini de Insula, familiaris nostri, pro nonnullis agendis accedit necnon et agenda eadem per eum tibi seriosius explicanda, nobilitati tue affectione qua possumus commendamus. Datum Avinione, VII idus decembris, anno nono ».

2291 Avignon, 8 décembre 1324.

Johanni de Arpadella, ut quasdam constitutiones apostolicas noviter promulgatas doctoribus et scholaribus Parisius praesentet easque in studio Parisiensi publicari faciat. (Reg. 113, fol. 4, c. 34 ; — H. Deniffle et E. Chatelain, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. II, p. 276, n. 834 ; C. Eubel, *Bullarium francisc.*, t. V, p. 281, n. 558).

« *Magistro Johanni de Arpadella, decano Xanctonensi, capellano nostro.* Cum quasdam constitutiones nostras, quarum una tenoris inclusi presentibus a nobis extitit noviter promulgata, dilectis filiis doctoribus et scolaribus Parisius commorantibus, ab eis legendas sicut ceteras decretales in scolis, quibus super hoc per alias litteras nostras scribimus (1), tibi per dilectum filium Petrum de Cunio, latorem presentium, destinemus, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus ipsis prefatas constitutiones et litteras presentare ac, ut constitutiones ipse publicentur et legantur in scolis, adhibere studeas operam efficacem, rescripturus nobis quicquid actum fuerit in hac parte. Datum Avinione, VI idus decembris, anno nono ».

2292 Avignon, 9 décembre 1324.

Littera de securo conductu pro Aymone de Serravalle (2) utriusque juris professore, canonico Lugdunensi, et Johanne Bertrandi, nuntiis Eduardi, comitis Sabaudiae, ab Apostolica Sede recedentibus. (Reg. 113, fol. 115, c. 802).

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbiteris, plebanis, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis ipsorumque vices gerentibus, capitulis quoque conventibus ceterisque personis ecclesiasticis secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, Cisterciensis, Cluniacensis, Premostratensis, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum, ac domorum Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, Sancte Marie Teutonicorum, Calatravensis et Humiliatorum magistris, preceptoribus ac prepositis, necnon nobilibus viris, ducibus, principibus, marchionibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, senescallis, justiciariis, potestatibus, capitanis, rectoribus, bajulis, officialibus ceterisque dominis temporalibus, universitatibus quoque et communitatibus civitatum, castrorum, terrarum et aliorum quorumcumque locorum ac aliis universis et singulis ad quos presentes littere pervenerint.* Cum dilecti filii — Datum Avinione, V idus decembris, anno IX° ».

2293 Avignon, 10 décembre 1324.

Episcopo Wintoniensi, ut cum episcopo Norwicensi, Johanne de Britannia, comite Richemundiae, et Henrico de Bellomonte pro pace reformanda a rege Angliae ad regem Franciae mandatis, ad hoc negotium perficiendum sollicite instet. (Reg. 113, fol. 18 v°, c. 171).

« *Venerabili fratri.. episcopo Wyntoniensi.* Cum una cum venerabili fratre nostro.. episcopo Norwycensi ac dilectis filiis nobilibus viris Johanne de Britania, comite Richemundie, et Henrico de Bellomonte pro pace reformanda inter inclitos principes carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, et E., Anglie reges illustres, quam pacis emulus periculose nimium perturbavit, ad prefati regis Francie, sicut per venerabilium fratrum nostrorum Guillelmi, archiepiscopi Viennensis, et Hugonis, episcopi Aurasicensis, Apostolice Sedis nuntiorum, intelleximus litteras, presentiam destineris, fraternitatem tuam requirimus et rogamus attente quatinus quam sit predicte pacis reformatio Deo grata, partibus accomoda et utriusque subditis, immo cunctis christicolis oportuna, quamque ipsa dissensio actori sit pacis infesta, ipsis regibus indecens ac eorum molesta subditis et cunctis christiane religionis professoribus inimica consideranter attendens, instes ad pacem ipsam reformandam solicite ac intendas intente, vias et modos una cum eisdem collegis tuis cogitans attentius ac ipsos proponens et prosequens sic humiliter et prudenter quod

(1) N° 2280.
(2) Index : *Caravalle.*

omnium bonorum que ex ipsa pace provenient, participatio[ne] non frustreris, nostramque qui hoc admodum gratum habebimus et Apostolice Sedis gratiam habundantius merearis. Datum Avinione, IIII idus decembris, anno nono ».

2294 Avignon, 10 décembre 1324.

In e. m. episcopo Norwycensi. (Reg. 113, fol. 18 v°, p. c. 171).

2295 Avignon, 10 décembre 1324.

In e. m. dicto comiti Richemundiae, verbis competenter mutatis. (Reg. 113, fol. 18 v°, p. c. 171).

2296 Avignon, 10 décembre 1324.

In e. m. dicto Henrico de Bellomonte, verbis competenter mutatis. Datum ut supra. (Reg. 113, fol. 18 v°, p. c. 171).

2297 Avignon, 11 décembre 1324.

Regi Franciae ut praefatos nuntios regis Angliae ad ipsum pro pace facienda accedentes benigne recipiat. (Reg. 113, fol. 4, c. 35).

« *Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Venerabilium fratrum nostrorum Guillelmi, archiepiscopi Viennensis, et Hugonis, episcopi Aurasicensis, quos in Angliam destinandos duximus, innotuere, fili carissime, littere novissime nobis misse quod carissimus in Christo filius noster E., rex Anglie illustris, pacem tecum habere non indigne desiderans, ad zizaniorum que hostis pacis inter te et ipsum jecerat semina supputanda pacisque reformanda federa decrevit venerabiles fratres nostros Wyntoniensem et Norwicensem episcopos, ac dilectos filios nobiles viros Johannem de Britannia, comitem Richemundie, et Henricum de Bellomonte ad regalem presentiam destinare, quod utique ad ingens gaudium nec immerito nobis cessit, cum nuntiorum status et conditio premissorum quos supponimus indubie pacis hujusmodi fervidos zelatores, spem pacis ejusdem quam intensis desideriis affectamus tum propter innumera bona que ex ea procul dubio speramus subsequi, tum propter dispendia gravia non facile numeranda quibus per eam obviari credimus, repromittant. Quocirca regalem magnificentiam hortamur et deprecamur attente quatinus premissa commoda et incommoda necnon quam indecens sit inter principes conjunctos adeo per congressus bellicos sua negotia terminari cogitans et recogitans diligenter, ob reverentiam Illius cujus adventum in mundum recolimus, qui, ut pacem humano redderet generi, de sinu Patris ad ima mundi descendere crucisque patibulum ascendere non expavit, nuntios ipsos benivolentia regia benigne curet recipere, patienter audire ac ad ea que pacis sunt animum regium inclinare, ut elisis bellorum turbinibus ad transmarinum passagium et alia negotia grandia ad que regia excellentia creditur aspirare, se in totum possit colligere, et, conflatis viribus, ea prosequi viriliter et potenter, nec ad regalem memoriam reducere ommittendum credimus expedire quam gradu proximo proles prefati regis Anglie tue magnificentie sit conjuncta quantisque dotibus excellentibus ipsius primogenitum illustraverit Largitor bonorum omnium, sicut fertur, quam utique necnon et illius gaudii assecutio quod pacis mentibus consilia sapiens repromittit, ad pacem et concordiam debent regalem animum non mediocriter inclinare. Et quia nostris prefatis injungimus nuntiis ut ad prosequendum intendant sedule, providentiam regiam deprecamur ut ipsis aurem benignam prebeat eorumque salutaribus monitis acquiescat. Datum Avinione, III idus decembris, anno nono ».

2298 Avignon, 11 décembre 1324.

Carolo, comiti Valesii, super eodem. (Reg. 113, fol. 4 v°, c. 36).

« *Magnifico viro Carolo, regis Francie filio, comiti Valesii* Non absque ingenti — Datum Avinione, III idus decembris, anno nono ».

2299 Avignon, 11 décembre 1324.

Magistro Johanni de Cerchamont, decano Pictavensi, regis Franciae cancellario, super eodem. (Reg. 113, fol. 4 v°, c. 37).

« *Magistro Johanni de Serchamont, decano Pictavensi, carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, cancellario.* Litterarum series venerabilium — Datum Avinione, ut supra ».

2300 Avignon, 11 décembre 1324.

Nuntiis apostolicis mandat ut ad pacem inter regem Angliae et regem Franciae laborare diligenter non cessent, tenorem litterarum regi Franciae, Carolo, comiti Valesii, ambaxiatoribus regis Angliae caeterisque directarum mittit nonnullaque solutionem stipendiorum ipsis debitorum tangentia significat. (Reg. 113, fol. 4 v°, c. 38).

« *Dictis Apostolice Sedis nuntiis* [*Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni, episcopo Aurasicensi*]. Grata litterarum vestrarum nobis missarum noviter lectione percepto quod carissimus in Christo filius noster E., rex Anglie illustris, super pace reformanda inter ipsum et carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, vestris monitis et exhortationibus gratanter auditis et plenius intellectis, suos solennes nuntios, videlicet venerabiles fratres nostros.. Wyntoniensem et .. Norwycensem episcopos, et dilectos filios nobiles viros Johannem de Britania, comitem Richemundie, ac Henricum de Bellomonte providit ad ejusdem regis Francie presentiam destinandos, super quibus et aliis per vos gestis laudabiliter in hac parte vestre circumspectionis solicitudinem multipliciter in Domino commendantes, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus circa prosecutionem tam perutilis toti christiane religioni negocii vestra diligentia quamdiu expediens fuerit non tepescat, sed potius viis et modis quibus expedire noveritis laborare diligentius ut negotium hujusmodi, Deo pacis actore, votivum sortiatur exitum non cessetis. Et ecce quod nos pacis reformationem hujusmodi desiderabiliter affectantes, eidem regi Francie ac dilecto filio magnifico viro Carolo comiti Valesii dictisque ambaxiatoribus regis Anglie, ac aliis de quibus expedire vidimus, per alias nostras scribimus litteras juxta formam quam continet cedula presentibus interclusa. Vos autem de omnibus et singulis que super predictis gesta fuerint quovismodo nos de die in diem studeatis efficere certiores. Ceterum quia in vestris litteris subjunxistis ut ordinaremus quod non solum prelati per quorum dioceses transibitis vestra solvant stipendia, sed etiam vicini contribuant in eisdem, ne onus quod multis esse leve poterit, paucis qui gravarentur nimium imponatur, volumus quod vos de circumvicinis eisdem, modis et conditionibus quibus hoc melius fieri poterit, informetis. Datum ut supra ».

2301 Avignon, 13 décembre 1324.

Danieli, episcopo Nannetensi de salmonibus transmissis regratiatur. (Reg. 113, fol. 5, c. 39).

« *Venerabili fratri Danieli, episcopo Nannetensi.* De salmonibus nobis a tua fraternitate copiose transmissis gratiarum tibi referimus uberes actiones, petitione pro parte tua nobis oblata nichilominus ad exauditionis gratiam favorabiliter introducta. Datum Avinione, idibus decembris, anno nono ».

2302 Avignon, 13 décembre 1324.

Hugonem de Engolisma, nuntium apostolicum, de diligentia in negotio pacis inter regem Franciae et regem Angliae adhibita commendat eique mandat ut quasdam constitutiones noviter promulgatas, in studiis regni Angliae publicari faciat. (Reg. 113, fol. 19, c. 172).

« *Dilecto filio magistro Hugoni de Engolisma, sacriste ecclesie Narbonensis, Apostolice Sedis nuntio.* Litterarum venerabilium fratrum nostrorum Guillelmi, archiepiscopi Viennensis, et Hugonis, episcopi Aurasicensis, nuntiorum Sedis Apostolice, grata nuper lectione percepto quod carissimus in Christo filius noster E., rex Anglie illustris, super reformanda inter ipsum et carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem concordia, suos solennes nuntios videlicet venerabiles fratres nostros .. Wintoniensem et ..Norwycensem episcopos, ac dilectos filios nobiles viros Johannem de Brittania, comitem Richemundie, et Henricum, dominum de Bellomonte, providit in Franciam destinare, predictorum nuntiorum nostrorum et tuam super predictis adhibitam diligentiam, sicut per easdem litteras nobis innotuit, plurimum in Domino commendamus. Et quia pacis ejusdem commodis et dissensionis dispendiis consideranter attentis, ad ipsius pacis federa quam plurimum afficimur reformanda, mox

prefato regi Francie ac dilecto filio magnifico viro Carolo, comiti Valesii dictique regis Anglie nuntiis et aliis de quibus expedire vidimus dirigere curavimus super hoc exhortatoria scripta nostra. Ceterum cum quasdam constitutiones nostras quarum unam noviter promulgavimus ad studia regni Anglie sub bulla nostra, ut ibidem legantur in scolis sicut decretales alie, destinemus, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, ut constitutiones predicte dilectis filiis doctoribus et scolaribus studiorum presententur ipsorum ibique legantur et publicentur solenniter, adhibere sedulam diligentiam non postponas, rescripturus nobis nichilominus quicquid actum fuerit in hac parte. Datum Avinione, idibus decembris, anno nono ».

2303 Avignon, 13 décembre 1324.

Margaritae, uxori Arnaldi Dueza, indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 113, fol. 115, c. 803).

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Margarite, consorti dilecti filii nobilis viri Arnaldi Dueza* (1), *militis, nepotis nostri.* Puritas devotionis et — Datum Avinione, idibus decembris, anno nono ».

2304 Avignon, 18 décembre 1324.

Stephano, episcopo Parisiensi, de caseis, allecibus et pannis una cum suis litteris per Johannem Amici, capellanum suum, praesentatis, regratiatur. (Reg. 113, fol. 5, c. 40).

« *Venerabili fratri Stephano, episcopo Parisiensi.* De devotione quam — Datum Avinione, XV kal. januarii, anno nono ».

2305 Avignon, 18 décembre 1324.

Seguino de Borbotano, qui prioratum ecclesiae de Manso, Condomiensis diocesis, una cum ecclesia parrochiali de Varanhano, Sancti Papuli diocesis, ac canonicatu et praebenda in ecclesia Agennensi, decima de Cancorio, Agennensis diocesis, annua quoque pensione quadraginta librarum turonensium parvorum in ecclesia Sancti Caprasii Agennensis per quadriennium absque dispensatione retinuerat, habilitationem concedit praedictaque beneficia de novo confert. (Reg. 113, fol. 116 v°, c. 809).

« *Dilecto filio Seguino de Borbotano, priori secularis ecclesie de Manso, Condomiensis diocesis.* Exhibita nuper nobis — Datum Avinione, XV kal. januarii, anno nono ».

2306 Avignon, 18 décembre 1324.

Sybiliae de Baucio indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 113, fol. 117, c. 811).

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Sybilie de Baucio, consorti dilecti filii nobilis viri Ademari de Pictavia.* Exposcit devotionis tue — Datum Avinione, XV kal. januarii, anno nono ».

2307 Avignon, 18 décembre 1324.

Carolo, comiti Valesii, centum millia librarum turonensium parvorum ex biennali decima regi Franciae concessa percipiendarum largitur. (Reg. 113, fol 120 v°, c. 826).

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, filio regis Francie, comiti Valesii.* Nuper laudabili proposito quod carissimus in Christo filius noster Carolus, rex Francie et Navarre illustris, nepos tuus, ad serviendum Deo ejusque sponse Sancte matri Ecclesie gerit intense...(1) quantacunque prefulgeant dignitate seu cujuscunque sint preminentie conditionis aut status, religionis vel ordinis, preterquam a dilectis filiis magistris et fratribus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, quos prestatione hujusmodi certis ex causis exemptos et liberos fore volumus et immunes.. ...Quam quidem biennalem decimam prefatis terminis exolvendam eidem regi, exceptis et retentis centum milibus libris turonensium parvorum, quas tibi presentialiter conferimus quamquam ex tunc ipsas duxerimus conferendas... Ceterum nostre intentionis existit et

(1) Index : *Dueze.*

(1) Les passages supprimés ici se retrouvent *mutatis mutandis* dans la lettre suivante adressée au roi de France (n° 2308).

volumus quod tu predicta centum milia librarum turonensium parvorum habeas et recipias de dicta decima in Remensi, Bituricensi, Senonensi, Rothomagensi et Turonensi provinciis colligenda... integraliter assignando. Nulli ergo etc. Datum Avinione, XV kal. januarii, anno nono ».

2308 Avignon, 18 décembre 1324.

Carolo, regi Franciae, biennalem decimam concedit, retentis centum millibus librarum turonensium parvorum Carolo comiti Valesii persolvendis. (Reg. 113, fol. 121, c. 827; Arch. nat., J 717, n° 8[1], orig. scellé sur soie; Bibl. nat., ms. fr. 4425, fol. 215, copie).

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Nuper, fili carissime, laudabili proposito quod ad serviendum Deo ejusque sponse Sancte matri Ecclesie geris intense coram nobis et fratribus nostris Sancte Romane Ecclesie cardinalibus pro parte tua exposito provide et prudenter ostenso, necnon et subjuncto quod huic tuo ferventi desiderio grandia onera debitorum, que ex causis insolitis te subire oportuit queque tibi ex causis aliis dinoscuntur incumbere, que nobis ac nonnullis ex dictis fratribus nota credis, obicem possent opponere et tuo prefato desiderio, cum res exigeret, obviare, [nobis pro parte tua extitit humiliter supplicatum] ut ne tuum predictum desiderium effectu votivo frustrari contingeret vel differri ad premissa sublevanda ac facilius supportanda presentialiter onera providere tibi de paterna benivolentia et speciali gratia dignaremur, nos itaque, attendentes quod clare memorie christianissimi reges et principes progenitores tui, sicut exacti temporis antiquitas fidelis intitulat, velut ad Deum et Ecclesiam Sanctam suam zelum habentes fervidum, ecclesias personasque regni sui bona et libertates eorum regalis potentie clipeo protexerunt, ipsas nichilominus multis libertatibus ampliantes, ac pro dicta Sancta Romana Ecclesia contra ejus persecutores et emulos murum defensionis, spretis personarum periculis ac laboribus et sumptibus non vitatis, se opponere intrepide crebrius curaverint, firmamque fiduciam obtinentes quod, sicut illis te natura successorem constituit, sic te curabis in virtutibus et Deo gratis actibus illis ostendere non minorem, necnon et delectabiliter recensentes grata servitia que dilectus filius nobilis vir Carolus, filius regis Francie, comes Valesii, patruus tuus, dudum prompte prefate Romane Ecclesie prestitit, expensis ac laboribus et periculis variis non vitatis, desiderium quoque quod ad similia exequenda se habere frequenter nobis curavit exponere, licet ad hoc exequendum onera debitorum, tam occasione prefati servitii quam aliorum laudabilium actuum que honeste vitare non potuit, huic suo proposito non leviter obviarent, nos tantos et tales defensores ac pugiles Ecclesie oportunos admodum merito arbitrantes ipsosque in prefatis nutrire desideriis ac premissis utrumque obstaculis obviare volentes, et insuper ad memoriam reducentes quod clare memorie Philippus, rex Francie et Navarre, germanus et predecessor tuus in regnis, tuque post ejus obitum nobis cum instantia suplicastis ut eidem comiti curaremus super premissis de aliquo oportuno subsidio providere, teque supponentes indubie in suis prosperitatibus prosperari, tam tibi quam sibi, de dictorum fratrum consilio et grato prelatorum omnium regni Francie tunc in Romana curia presentium, quos ad hoc de fratrum ipsorum consilio evocari fecimus, accedente consensu, juxta modum subscriptum decrevimus providendum : videlicet quod decimam omnium ecclesiasticorum proventuum et reddituum ab omnibus archiepiscopis et episcopis ceterisque personis ecclesiasticis quibuscunque, exemptis et non exemptis regnorum et terrarum tuorum, quantacunque prefulgeant dignitate seu cujuscunque sint preminentie, conditionis aut status religionis vel ordinis, quibus et eorum alicui nulla privilegia vel indulgentias sub quacunque verborum forma vel expressione concessa volumus suffragari, preterquam a dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani qui contra hostes fidei christiane exponunt jugiter se et sua, quos propter hoc ab ejusdem prestatione decime exemptos et liberos fore volumus et immunes, solvendam et per metropolitanos et dioceses in regnis et terris constitutos predictis secundum formam per quam ipsos ad hoc per alias litteras nostras providimus deputandos, de omnibus fructibus, redditibus et proventibus ecclesiasticis eorundem, juxta modum et morem ac consuetudinem in exactione et collectione hujusmodi hactenus observatos usque ad biennium connumerandum ab instanti festo nativitatis beati Johannis Baptiste, sub moderatione et forma infra scriptis decernimus, constituimus et volumus in duobus terminis singulis annis dicti biennii, videlicet in festivitatibus Sanctorum Omnium et

Assentionis (*sic*) Dominice, quartam partem in quolibet termino exigendam; quam quidem biennalem decimam prefatis terminis exolvendam tibi, ex[c]eptis et retentis centum millibus librarum turonensium parvorum, quas de ipsis decimis pro dicto comite retinemus, duximus de speciali gratia et eorundem fratrum consilio concedendam, eadem centum milia librarum turonensium retenta, sicut predicitur, eidem comiti liberaliter et de ipsorum fratrum consilio concedentes in prefatis terminis, videlicet vigintiquinque milia librarum turonensium in eorum singulis persolvenda. Volumus autem quod diocesani predicti ab hujusmodi solutione decime quoscunque exemptos et non exemptos ipsius decime debitores in suis civitatibus et diocesibus per censuram ecclesiasticam ac etiam sequestrationem fructuum, reddituum et proventuum ecclesiasticorum, quos ejusdem decime debitores in eisdem civitatibus et diocesibus contigerit obtinere, si expedire viderint, appellatione remota, compellant, ita quod diocesani predicti ad fructus, redditus et proventus alios ecclesiasticos extra suas civitates et dioceses consistentes hujusmodi compulsionis officium non extendant, nec ad executionem hujusmodi auxilium invocent brachii secularis, nisi predictorum non solventium contumacia exigente aliud circa hoc per Sedem Apostolicam fuerit ordinatum, et ne de moneta in qua decime predicte fiet solutio et debebit fieri valeat esitari vitenturque gravamina que alias propter hoc viri ecclesiastici sunt perpessi, per singulos diocesanos predictos et alios subcollectores eorum ipsam decimam ad monetam communiter currentem levetur et etiam exigatur juxta constitutionem super hoc editam in consilio Viennensi, sic quod pretextu alterius cambii debitores et solutores dicte decime non graventur. Iidem tamen diocesani et quilibet ejusdem decime collectores illam eandemque monetam quam recipient vel recipi facient solvere tenebuntur. Dicti etiam diocesani, sive per se sive per alios collectores, levatores seu exactores quoscunque quos ad id in suis civitatibus et diocesibus duxerint deputandos, hujusmodi decimam exigent secundum taxationem in suis civitatibus et diocesibus hactenus factam vel, ubi nulla certa taxatio fuerit, secundum consuetudinem in solutione et exactione hujusmodi hactenus observatam, attentius provisuri ut circa hoc constitutionem ejusdem Viennensis consilii observando pro hujusmodi decima calices, libros et alia ornamenta ecclesiarum divinis officiis deputata, ex causa pignoris vel distractionis capere seu recipere, distrahere seu quomodolibet occupare per se vel alios non presumant. Eisdem quoque diocesanis et eorum singulis nichilominus contradictores et rebelles si qui fuerint, qui censuram ecclesiasticam contempnendo, in solutione dicte decime fuerint contumaces, citandi peremptorie ad Romanam curiam et certum eis peremptorium terminum prefigendi, quo personaliter apostolico conspectui se presentent super hiis , si expediens fuerit, pro meritis recepturi, ac diem citationis hujusmodi et prefixionis termini supradicti nobis per eorum litteras et proprios nuntios referendi, plenam per nostras litteras concedimus facultatem. Volumus insuper quod iidem diocesani et singuli eorundem omnium redditum et proventuum ecclesiasticorum suorum decimam fideliter et integre secundum taxationem ipius decime, si secundum illam solvere consueverint, alioquin juxta consuetudinem in exactione hujusmodi hactenus observatam, solvere studeant in terminis supradictis; quod si forsan aliquis eorum in ipsis terminis deficeret in solutione decime supradicte, taliter deficientem similes sententias quas per ipsos vel subcollectores deputandos ab ipsis, ad eandem decimam in suis civitatibus et diocesibus colligendam, in non solventes eam predictis terminis proferri contigerit incurrere volumus ipso facto, a qua post satisfactionem debitam per aliquem ex vicinioribus episcopis predicta excommunicationis sententia non ligatum et alias gratiam et communionem Apostolice Sedis habentem, facta sibi fide de satisfactione hujusmodi, possint absolutionis beneficium obtinere. Ceterum nostre intentionis existit et volumus quod dictus comes patruus tuus dicta centum milia librarum turonensium parvorum recipiat et habeat de dicta decima in Remensi, Bituricensi, Senonensi, Rothomagensi et Turonensi provinciis colligenda, sicut expressum est superius, in terminis supradictis, ita quod diocesani provinciarum predictarum quicquid de decimis memoratis in eisdem singulis terminis collegerint, suis metropolitanis transmitteri sine mora fideliter teneantur, et ipsi metropolitani summam viginti quinque milium librarum turonensium parvorum, videlicet ipsorum singuli quinque milia librarum in eisdem terminis dicto comiti vel illi seu illis de quibus ipse inter vivos seu in ultima voluntate in solidum vel pro parte mandaverit, tradant liberaliter et assignent in usus de quibus ipse disposuerit

convertenda, residuum quod ab eisdem suis suffraganeis de predictis decimis habuerint et collegerint ac etiam a se ipsis, tibi vel illi seu illis quem vel quos ad hoc deputaveris integraliter assignando. Nulli ergo etc. — Datum Avinione, XV kal. januarii, anno nono ».

2309 Avignon, 18 décembre 1324.

Remensi, Bituricensi, Senonensi, Rothomagensi et Turonensi archiepiscopis, de decimae et summae praedictarum perceptione et solutione. (Reg. 113, fol. 122, c. 828).

« *Venerabilibus fratribus Remensi, Bituricensi, Senonensi, Rothomagensi et Turonensi archiepiscopis eorumque suffraganeis.* Nuper laudabili proposito quod carissimus in Christo filius noster etc. usque ad illum locum : in eorum singulis persolvenda, verbis competentibus (*sic*) mutatis (1). Quocirca universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attente, vobis per apostolica scripta districte precipiendo mandantes quatinus vos et singuli vestrum prefatam decimam de vestris redditibus et proventibus ecclesiasticis, secundum taxationem decime si secundum illam solvere consueveritis, alias secundum consuetudinem in exactione hujusmodi observatam hactenus solvere per dictum biennium in eisdem terminis studeatis. Quod si forsan aliquis vestrum in ipsis defecerit in solutione decime supradicte, taliter defficientem similes sententias quas per vos vel subcollectores deputandos a vobis ad eandem decimam in vestris civitatibus et diocesibus colligendam in non solventes eam prefatis terminis proferri contigerit incurrere volumus ipso facto, a qua, post satisfactionem debitam, per aliquem ex vicinioribus episcopis predicta excommunicationis sententia non ligatum et alias gratiam et communionem Apostolice Sedis habentem, facta sibi fide de satisfactione hujusmodi, possit absolutionis beneficium obtinere, ipsamque decimam in singulis vestris civitatibus et diocesibus per vos vel alium seu alios a quibuslibet personis ecclesiasticis secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis civitatum et diocesum predictarum, preterquam ab eisdem magistro et fratribus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, de universis proventibus et redditibus ecclesiasticis quos habent et obtinent in civitatibus et diocesibus vestris predictis, secundum taxationem decime in eisdem vestris civitatibus et diocesibus hactenus factam, vel, ubi nulla esset certa taxatio, secundum consuetudinem alias observatam in talibus, levetis ac etiam exigatis in predictis terminis quolibet anno biennii supradicti, ad solutionem ipsius quoscunque exemptos et non exemptos ejusdem decime debitores in eisdem vestris civitatibus et diocesibus consistentes per censuram ecclesiasticam, et etiam sequestrationem fructuum, reddituum et proventuum ecclesiasticorum consistentium in eisdem vestris civitatibus et diocesibus, si expedire videritis, appellatione postposita, compellendo, ita quod ad fructus, redditus et proventus ecclesiasticos alios extra vestras civitates et dioceses consistentes hujusmodi compulsionis officium nullatenus extendatis nec ad exactionem hujusmodi faciendam in aliquo casu per vos vel per alium seu alios invocetis auxilium brachii secularis, nisi, non solventium contumacia exigente, aliud contingeret circa hoc per Sedem Apostolicam ordinari. Et ne de moneta in qua decime predicte fiet solutio valeat esitari vitenturque gravamina que propter hoc viri ecclesiastici hactenus sunt perpessi, per vos et singulos vestrum et subcollectores vestros ipsa decima ad monetam currentem communiter levetur ac etiam exigatur juxta constitutionem super hoc editam in consilio Viennensi, ita quod pretextu alterius cambii debitores et solutores dicte decime non graventur, ac vos et subcollectores predicti eandem monetam quam receperitis tenebimini assignare, attensius (*sic*) provisuri quod circa hoc consitutionem ejusdem Viennensis consilii observantes, ad calices, libros et alia ornamenta ecclesiarum divinis officiis deputata, ex causa pignoris vel distractionis ea occupando, capiendo seu retinendo manus nullatenus extendantur. Ceterum cum nostre intentionis et voluntatis existat quod idem comes dicta centum milia librarum turonensium parvorum recipiat et habeat de dicta decima in vestris, fratres archiepiscopi, provinciis in predictis terminis, eodem durante biennio colligenda, ita quod vos, fratres suffraganei, quicquid per vos et subcollectores vestros, singuli vestrum videlicet in vestris singulis civitatibus et diocesibus, de decima predicta in singulis predictis terminis a vobis et aliis duxeritis colligendum, fideliter et sine mora teneamini, quilibet suo metropolitano videlicet assignare, vosque prefati archiepiscopi in quolibet termino viginti quinque

(1) Cf. n° 2308.

milia librarum turonensium, quilibet vestrum scilicet quinque milia librarum turonensium ejusdem monete, memorato comiti vel illi seu illis de quibus ipse inter vivos seu in ultima voluntate, in solidum vel pro parte, mandaverit et ordinaverit, liberaliter persolvatis in usus de quibus ipse disposuerit convertenda, ejusdem decime residuum prefato regi vel illi seu illis quem vel quos ad hoc deputaverit integraliter assignando, vobis archiepiscopis predictis ad assignandum vobis hujusmodi decime pecuniam, postquam in predictis terminis collecta fuerit et exacta, vos predictos suffraganeos auctoritate nostra, si necesse fuerit, appellatione postposita, compellendi potestatem plenariam concedentes; per hoc tamen alias litteras nostras super collectione hujusmodi decime aliisque predictis, vobis prefatis archiepiscopis et suffraganeis singulariter in singulis predictis provinciis sub certa forma directas, non intendimus revocare, sed volumus quod vel illarum aut presentium seu utriusque auctoritate, possitis in predictis procedere sicut videritis oportunum. Porro quia presentes littere nequirent forsan propter viarum discrimina vestrum singulis commode presentari, volumus quod per vos, archiepiscopi predicti, dictarum litterarum tramsumpta manu conscripta publica vestrisque communita sigillis vobis predictis suffraganeis transmittantur, quibus per vos adiberi (*sic*) volumus, tanquam originalibus, plenam fidem. Ut autem super solutione et exactione hujusmodi decime aliisque premissis impedimentum afferi nequeat, vel obstaculum interponi, vobis et vestrum singulis contradictores et rebelles quoslibet in hac parte auctoritate nostra, appellatione postposita, compellendi plenam concedimus tenore presentium facultatem, non obstantibus si vobis... mentio sit habenda. Datum ut supra ».

2310 Avignon, 18 décembre 1324.

Universis archiepiscopis et episcopis per regna Franciae et Navarrae constitutis, facultatem concedit absolvendi illos quos pro retardatione solutionis predictae decimae excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententiis involvi contigerit, etc. (Reg. 113, fol. 144, c. 921; — Arch. nat., J 718, n. 12[2], orig. scellé sur cordelette de chanvre; — Bib. nat., ms. fr. 4425, fol. 234).

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis per regna Francie et Navarre constitutis.* Cum collectionem decime quam certis ex causis carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, sub certis retentionibus, modis, conditionibus et formis, de fratrum nostrorum consilio nuper usque ad biennium connumerandum ab instanti festo nativitatis beati Johannis Baptiste concessimus, vobis per alias nostras certi tenoris litteras duxerimus committendam, ut vos et singuli vestrum in singulis vestris civitatibus et diocesibus, per vos vel alium seu alios omnes illos quos pro retardatione solutionis ejusdem decime vel impedimento alio prestito super ea seu alias circa commissum vobis super predictis officium exercendo (1) excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententiis involvi contigerit, vel eorum ecclesias sive loca ecclesiastico interdicto supponi, possitis, post satisfactionem condignam, juxta Ecclesie formam absolvere, ac interdicta hujusmodi relaxare, necnon et cum eis qui dictis ligati sententiis, celebrando divina vel immiscendo se illis, non tamen in contemptum clavium, irregularitatis maculam contraxerint, auctoritate nostra misericorditer dispensare, injuncto eis quod de jure fuerit injungendum plenam vobis concedimus auctoritate presentium facultatem. Sane quia presentes littere nequirent forsan propter viarum discrimina vestrum singulis commode presentari, volumus quod vos, fratres archiepiscopi, dictarum litterarum transumpta manu conscripta publica vestrisque communita sigillis, vestris suffraganeis transmittatis, quibus per eos adhiberi volumus velut originalibus plenam fidem. Datum Avinione, XV kal. januarii, anno IX ».

2311 Avignon, 18 décembre 1324.

Archiepiscopo Bituricensi ejusque suffraganeis, ut juxta tenorem concessionum regi Franciae et comiti Valesii factarum, de biennali decima ab ipsis solvenda, quinque millia librarum turonensium parvorum certis terminis eidem comiti Valesii tradant, residuum dicto rege Franciae assignantes. (Reg. 113, fol. 151 v°, c. 954).

« *Venerabili fratri archiepiscopo Bituricensi ejusque suffraganeis.* Nuper laudabili proposito quod carissimus in Christo filius noster Carolus, rex Francie et Navarre illustris ad serviendum Deo (2)..

(1) Reg. : *exedendo.*

(2) Les passages supprimés se retrouvent, *mutatis mutandis*, dans la lettre publiée ci-dessus, n° 2308.

nobis pro parte sua extitit humiliter supplicatum ut, ne suum predictum desiderium... volumus suffragari preterquam a dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani qui contra hostes fidei christiane exponunt jugiter se et sua, quos propter hoc ab ejusdem prestatione decime exemptos et liberos fore voluimus et immunes, exigendam, ac per vos et singulos vestrum quos in singulis vestris civitatibus et diocesibus collectores hujusmodi decime auctoritate presentium deputamus, sicut per alios archiepiscopos eorumque suffraganeos regnorum et terrarum predictorum et eorum singulos ad collectionem hujusmodi decime in singulis civitatibus et diocesibus eorundem similiter per alias nostras deputatos de omnibus redditibus et proventibus ecclesiasticis vestris et personarum predictarum exemptarum et non exemptarum, secundum modum et morem ac consuetudinem in exactione et collectione hujusmodi hactenus observatos, usque ad biennium connumerandum ab instanti festo Nativitatis beati Johannis Baptiste, sub moderatione et forma infrascriptis, decrevimus, constituimus et voluimus in duobus terminis singulis annis dicti biennii, videlicet in festivitatibus Omnium Sanctorum et Ascensionis Dominice quartam partem in quolibet termino colligendam. Quam quidem biennalem decimam prefatis terminis exolvendam prefato regi, exceptis et retentis centum milibus librarum turonensium parvorum quos de ipsis decimis pro dicto comite retinuimus, duximus de speciali gratia et eorundem fratrum consilio concedendam, eadem centum milia librarum turonensium retenta sicut predicitur prefato comiti liberaliter et de ipsorum fratrum consilio concedentes in prefatis terminis, videlicet vigintiquinque milia librarum turonensium in eorum singulis persolvenda. Quocirca universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attente (1)... preterquam ab eisdem magistro et fratribus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani de universis proventibus et redditibus ecclesiasticis quos habent et obtinent in civitatibus et diocesibus vestris predictis, levetis ac etiam exigatis in predictis terminis quolibet anno biennii supradicti... Et, ne de moneta in qua decime predicte fiet solutio et fieri debebit, valeat hesitari vitenturque gravamina que propter hoc viri ecclesiastici hactenus sunt perpessi, per vos et singulos vestrum et subcollectores vestros ipsa decima ad monetam currentem communiter levetur ac etiam exigatur, juxta constitutionem super hoc editam in consilio Viennensi, ita quod pretextu alterius cambii debitores ac solutores dicte decime non graventur, illam tamen eandemque monetam quam recipietis vel recipi facietis, teneamini assignare. Hujusmodi vero decimam exigetis et exigi facietis secundum taxationem in vestris civitatibus et diocesibus hactenus factam vel, ubi nulla hujusmodi certa taxatio fuerit, secundum consuetudinem in exactione et solutione hujusmodi hactenus observatam, attentius provisuri ut vos et singuli vestrum, per vos et alios, exactionem et collectionem predicte decime in singulis vestris civitatibus et diocesibus faciatis absque aliquo onere illorum a quibus hujusmodi decima exigetur, nisi eis forte deficientibus in solutione dicte decime in terminis supradictis ob hujusmodi eorum defectum expense fieri oporteret, ad quarum restitutionem eos teneri volumus et astringi, quodque circa hoc constitutionem ejusdem Viennensis consilii observantes, calices, libros et alia ornamenta ecclesiarum divinis officiis deputata, ex causa pignoris vel distractionis, capere seu recipere, distrahere seu quomodolibet occupare per vos vel per alios minime presumatis. Vobis tamen et singulis vestrum contradictores et rebelles, si qui fuerint ecclesiasticam contempnendo censuram in solutione dicte decime contumaces, citandi ex parte nostra peremptorie ad Romanam Curiam et certum eis peremptorium terminum prefigendi, quo personaliter apostolico conspectui se presentent super hiis, si expediens visum fuerit, pro meritis recepturi, ac diem citationis hujusmodi et prefixionis termini supradicti nobis per vestras litteras et proprios nuntios referendi plenam concedimus facultatem, non obstantibus si vobis aut vestrum aliquibus et predictis personis ecclesiasticis vel quibuscunque aliis communiter vel divisim a dicta sit Sede indultum quod ad solutionem alicujus decime minime teneamini, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possitis per litteras apostolicas que de indulto hujusmodi et toto ejus tenore de verbo ad verbum ac propriis ordinum, locorum et personarum vestrorum nominibus plenam et expressam non fecerint mentionem, et quibuslibet privilegiis, indulgentiis, exemptionibus et litteris apostolicis quibuscunque dignitatibus seu ordinibus eorundem et specialiter Cisterciensi, Premonstratensi, Cluniacensi, Cartu-

(1) Pour les passages supprimés, voir la lettre ci-dessus, n° 2309.

siensi, Grandimontensi vel ipsorum universitatibus aut personis singularibus generaliter vel specialiter sub quacunque forma vel conceptione verborum a memorata Sede concessis, de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in nostris litteris specialis plena et expressa mentio sit habenda. Ceterum quia nostre intentionis et voluntatis extitit et existit quod dictus comes, ejusdem regis patruus, dicta centum milia librarum turonensium parvorum recipiat et habeat de predicta decima in tua Bituricensi, frater archiepiscope, ac Remensi, Senonensi, Rothomagensi et Turonensi provinciis in dicto biennio, predictis terminis colligenda, volumus quod vos predicti suffraganei quicquid de decimis memoratis in eisdem terminis collegeritis, tibi, prefato archiepiscopo, transmittere et assignare fideliter teneamini, sine mora, tuque predicte archiepiscope, quinque milia librarum turonensium parvorum de ipsa pecunia decime supradicte in singulis predictis terminis eidem comiti vel illi seu illis de quibus ipse inter vivos seu in ultima voluntate in solidum vel pro parte mandaverit, tradas liberaliter et assignes, in usus de quibus ipse disposuerit convertenda, ejusdem decime residuum prefato regi vel illi seu illis quem vel quos ad hoc deputaverit integraliter assignando, tibi archiepiscopo predicto ad assignandum tibi hujusmodi pecuniam decime vos predictos suffraganeos auctoritate nostra, si necesse fuerit, appellatione postposita, compellendi potestatem plenariam concedentes. Porro quia presentes littere nequirent forsan propter viarum discrimina vestrum singulis commoda presentari, volumus quod per te, frater archiepiscope, dictarum litterarum transcriptum manu conscriptum publica, tuoque communitum sigillo vobis predictis suffraganeis transmittatur, cui adhiberi nos volumus velut originalibus plenam fidem. Datum Avinione, XV kal. januarii, anno nono ».

2312 Avignon, 18 décembre 1324.

In e. m. archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis. (Reg. 113, fol. 153, p. c. 954).

2313 Avignon, 18 décembre 1324.

In e. m. archiepiscopo Rothomagensi ejusque suffraganeis. (Reg. 113, fol. 153, p. c. 954).

2314 Avignon, 18 décembre 1324.

In e. m. archiepiscopo Turonensi ejusque suffraganeis. (Reg. 113, fol. 153, p. c. 954).

2315 Avignon, 18 décembre 1324.

In e. m. archiepiscopo Senonensi ejusque suffraganeis. (Reg. 113, fol. 153, p. c. 954).

2316 Avignon, 18 décembre 1324.

In e. m. archiepiscopo Burdegalensi ejusque suffraganeis usque : « in eorum singulis », et postponitur « de pecunia ipsius decime colligenda in certis provinciis persolvenda etc. » usque : « ceterum nostre intentionis et voluntatis extitit et existit quod vos et singuli vestrum dictam pecuniam decime in predictis singulis terminis prefato regi vel illi seu illis quem vel quos ad hoc deputaverit integraliter assignetis. Porro quia et cetera ut supra ». — Datum ut supra. (Reg. 113, fol. 153, p. c. 954).

2317 Avignon, 18 décembre 1324.

In e. m. archiepiscopo Lugdunensi ejusque suffraganeis. (Reg. 113, fol. 153, p. c. 954).

2318 Avignon, 18 décembre 1324.

In e. m. archiepiscopo Narbonensi ejusque suffraganeis. (Reg. 113, fol. 153, p. c. 954).

2319 Avignon, 18 décembre 1324.

In e. m. archiepiscopo Tholosano ejusque suffraganeis. (Reg. 113, fol. 153, p. c. 954).

2320 Avignon, 18 décembre 1324.

In e. m. archiepiscopo Auxitano ejusque suffraganeis. — Datum ut supra. (Reg. 113, fol. 153, p. c. 954 ; — Bibl. nat., ms. fr. 4425, fol. 220).

2321 Avignon, 18 décembre 1324.

Episcopo Pampilonensi super eodem. (Reg. 113, fol. 153, c. 955).

« *Venerabili fratri.. episcopo Pampilonensi.* Nuper laudabili proposito quod carissimus etc. ut supra (1) usque exigendam, ac per te quem in tuis civitate et diocesi ac aliarum diocesum partibus in regno predicto Navarre consistentibus collectorem hujusmodi decime auctoritate presentium deputamus, sicut per alios prelatos regnorum et terrarum predictorum etc., usque : in eorum singulis de pecunia ipsius decime colligenda in certis provinciis persolvenda. Quocirca fraternitatem tuam — Datum Avinione, XV kal. januari, anno nono ».

2322 Avignon, 18 décembre 1324.

Episcopo Aniciensi super eodem. (Reg. 113, fol. 153 v°, c. 956).

« *Venerabili fratri.. episcopo Aniciensi.* Nuper laudabili proposito — Datum Avinione, XV kal. januarii, anno nono ».

2323 Avignon, 18 décembre 1324.

Parisiensi et Belvacensi episcopis ac abbati Sancti Dyonisii in Francia mandat ut dictam decimam levent et exigant in partibus quorumdam provinciarum et diocesum extra regna et terras regis Franciae existentium. (Reg. 113, fol. 154, c. 957 ; Arch. nat., J 717, n° 8[2], orig. scellé sur chanvre).

« *Venerabilibus fratribus Parisiensi et Belvacensi episcopis et dilecto filio abbati monasterii Sancti Dionisii in Francia, Parisiensis diocesis.* Nuper laudabili proposito etc. (2) usque exigendam, ac per eosdem archiepiscopos et episcopos quos in singulis suis civitatibus et diocesibus collectores hujusmodi decime per alias nostras certi tenoris litteras duximus deputandos, de omnibus redditibus et proventibus ecclesiasticis suis et personarum predictarum exemptarum et non exemptarum secundum modum et morem etc., usque : in eorum singulis, de pecunia dicte decime que colligetur in certis regni predicti provinciis persolvenda. Cum itaque nonnulli archiepiscopi et episcopi, extra dicta regna et terras dicto regi subdita constituti, infra ea suarum provinciarum et diocesum certas partes, et nonnulle alie persone ecclesiastice seculares et regulares extra et infra dicta regna et terras similiter consistentes, et in dictis provinciarum et diocesum partibus monasteria, prioratus, ecclesias et capellas, grangias, domos, possessiones et alia bona habere noscantur, de quorum proventibus et redditibus est eidem regi juxta concessionem hujusmodi decima persolvenda, qui quidem archiepiscopi et episcopi ac persone ecclesiastice in litteris nostris eisdem archiepiscopis et episcopis infra regna et terras consistentibus prelibata directis includi minime dinoscuntur, nostreque intentionis sit et fuerit quod decima omnium ecclesiasticorum proventuum et reddituum dictorum regnorum et terrarum ab archiepiscopis et episcopis et personis ecclesiasticis quibuscunque, exemptis et non exemptis, tam infra quam extra ea constitutis pro dicto tempore, ut premittitur, exigatur, predictis magistro et fratribus dumtaxat exceptis, discretioni vestre per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel per alium seu alios, a predictis archiepiscopis et episcopis consistentibus extra regna et terras predictas, habentibus infra dicta regna et terras suarum provinciarum et diocesum certas partes, necnon a personis aliis quibuscunque sive extra sive infra regna et terras predicta consistentibus, secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, pro monasteriis, prioratibus, ecclesiis et capellis, grangiis, domibus, possessionibus et bonis aliis quibuscunque infra regna et terras predicta in dictis tamen provinciarum et diocesum partibus constitutis, decimam omnium suorum proventuum et reddituum ecclesiasticorum in dictis terminis anno quolibet dicti biennii levetis et etiam exigatis, predictis magistro et fratribus dicti Hospitalis exceptis. Ad solutionem autem ejusdem decime archiepiscopos et episcopos ac personas alias supradictas, exemptas et non exemptas, per censuram ecclesiasticam ac etiam sequestrationem fructuum, redditum et proventuum ecclesiasticorum consistentium infra regna et terras predicta, si expedire videritis, appellatione postposita, compellatis, ita quod ad fructus, redditus et proventus ecclesiasticos alios eorundem extra regna et terras predicta consistentes, hujusmodi exactionis et compulsionis officium nullatenus extendatis nec ad exactionem hujusmodi faciendam in aliquo casu per vos vel per alium seu alios invocetis auxilium brachii secularis nisi predictorum non solventium

(1) N° 2311.
(2) Cf. n° 2311.

contumacia exigente, aliud circa hox per Sedem Apostolicam fuerit ordinatum. Et ne de moneta... vel alios presumatis. Vobis tamen et singulis vestrum contradictores et rebelles... concedimus facultatem, non obstante si eis... exemptionibus et littetis etc. usque : ceterum nostre intentionis et voluntatis extitit et existit quod dicte pecuniam decime in predictis singulis terminis prefato regi, vel illi seu illis quem vel quos ad hoc deputaverit assignetis seu faciatis integraliter assignari. Datum Avinione, XV kal. januarii, anno IX ».

2324 Avignon, 19 décembre 1324.

Hugoni de Mirabello et Bernardo de Sancto Mauritio exactionem decimae sexennalis a Clemente V in concilio Viennensi impositae, in Elnensi et Majoricensi diocesibus committit. (Reg. 113, fol. 123, c. 829).

« *Dilectis filiis Hugoni de Mirabello, preposito Mimatensis, et Bernardo de Sancto Mauritio, precentori Autissiodorensis ecclesiarum, Apostolice Sedis nuntiis.* Volentes quod pecunia — Datum Avinione, XIIII kal. januarii, anno nono ».

2325 Avignon, 19 décembre 1324.

Eisdem, ut pecuniam de praedicta decima in praefatis diocesibus jam collectam ad Cameram Apostolicam deferant vel transmittant. (Reg. 113, fol. 33, c. 266).

« *Dilecto filio Hugoni de Mirabello, preposito Mimatensis, et Bernardo de Sancto Mauritio, precentori Autissiodorensis ecclesiarum, Apostolice Sedis nuntiis.* Cum per alias — Datum XIIII kal. januari, anno nono ».

2326 Avignon, 20 décembre 1324.

Ademaro de Pictavia, quod prioratus de Vagnactio Raymundo de Alesio conferri non potuit. (Reg. 113, fol. 61 v°, c. 473).

« *Ademaro de Pictavia.* Longo diutius quam ad nos tue nobilitatis littere quas consueta benignitate recepimus pervenirent, de prioratu de Vagnactio vacante per obitum bone memorie Plefortis, tituli Sancte Anastasie presbyteri cardinalis, de quo, sicut de beneficiis ecclesiasticis vacantibus taliter non (1) consuevimus aliis providere personis, duximus ordinandum. Quare si de prioratu predicto conferendo dilecto filio Raymundo de Alesio, ordinis Cluniacensis (2), ex hoc tuis nequivimus annuere precibus, tua nos habeat nobilitas excusatos. Datum Avinione, XIII kal. januarii, anno nono ».

2327 *Vacat.*

2328 Avignon, 20 décembre 1324.

Carolum, regem Franciae, ad pacem cum Eduardo, rege Angliae, reformandam iterum hortatur. (Reg. 113, fol. 5, c. 41).

« *Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Nuper non absque ingenti percepto gaudio quod carissimus in Christo filius noster E., rex Anglie illustris, tecum pacem habere non indigne desiderans, suos solennes nuntios ad tuam propter hoc decreverat presentiam destinare, nos qui pacem ipsam per quam innumera bona proventura et malis ac periculis variis obviari supponimus, desiderabiliter affectantes, per alias nostras litteras celsitudinem regiam affectuosius duximus exhortandam ut, causis expressis in eisdem litteris plenius in consideratione deductis, prefatos nuntios benivolencia regia benigne reciperet ac patienter audiret et ad ea que pacis sunt regium animum inclinaret ut, sic subductis bellorum turbinibus, ad transmarinum passagium et alia grandia negotia circa que tua ferri creditur intentio, te posses in totum colligere ac utilius conflatis viribus ea prosequi viriliter et potenter. Sane quia prefate pacis reformatio admodum insidet cordi nostro, nos preces addentes precibus et exhortationes exhortationibus cumulantes, regiam providentiam eo affectuosius quo sepius deprecamur quatinus nostris monitis et persuasionibus salubribus aliisque predictis in omnibus in prefatis contentis litteris plenius intellectis, ad ejusdem pacis reformanda federa clementer et provide regia circumspectio taliter se disponat quod Regis merearis

(1) *Corr* : *nos.*
(2) Ms. : Crudacensis.

pacifici filius merito nuncupari. Datum Avinione, XIII kal. januarii, anno nono » (1).

2329 Avignon, 20 décembre 1324.

Carolo, comiti Valesii, super eodem. (Reg. 113, fol. 5, c. 42).

« *Carolo, comiti Valesii.* Pridem gratis relatibus intellecto quod carissimus in Christo filius noster E., rex Anglie illustris, super pace inter ipsum ac carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, actore Domino reformanda, suos solennes nuntios ad ejusdem regis Francie decreverat presentiam destinare, nos pacem ipsam intensis desideriis affectantes, tuam magnificentiam hortandam duximus per alias nostras litteras et rogandam ut, attentis pacis ipsius commodis et dissensionis incommodis cogitatis, ad ejusdem pacis federa reformanda tuum coaptares animum, et mentem procurares regiam inclinari ut prefatus rex, cessantibus bellorum fremitibus, circa passagium transmarinum et alia grandia negotia circa que sua fertur intentio, sicut creditur, conflatis in totum viribus utilius possit prosequi quam dispersis. Verum, fili, quia circa pacis reformationem ejusdem, per quam malis et periculis innumeris, que predicta dissensio comminatur, obviare credimus, nostra versatur intensio (*sic*) illam desiderabiliter affectantes, preces precibus addere ac exhortationes cumulare super hoc exhortationibus non cessamus. Quocirca magnificentiam tuam eo affectuosius quo sepius deprecamur quatinus, premissis omnibus in scrutinio recte considerationis adductis, ad pacis querendas semitas et dissensionum devia declinanda velis tua providentia operose solicitudinis studium adhibere, sciturus quod sive pacis tractatus votive processerit, quod concedat Altissimus, sive ipsum impediri contingat, quod utinam pacis Actor non sinat, tue magnificentie, post regem ipsum, et impedimentum forsitan ante ipsum communiter ascribetur. Datum ut supra ».

2330 Avignon, 20 décembre 1324.

Magistro Johanni de Cerchamont, decano Pictavensi, regis Franciae cancellario, super eodem. (Reg. 113, fol. 5 v°, c. 43).

(1) D'après l'index cette lettre serait adressée à la reine, ce qui est une erreur manifeste.

« *Magistro Johanni de Serchamont, decano Pictavensi, dicti Francie regis cancellario.* R (1). Quia nuntios carissimi — Datum ut supra ».

2331 Avignon, 20 décembre 1324.

Comiti Richemundiae, qui ad regis Franciae praesentiam destinatur, ut ad praedictae pacis reformationem operosum studium adhibeat. (Reg. 113, fol. 19, c. 173).

« *Dicto comiti Richemundie.* Ad ea que te desiderare supponimus nobilitatem tuam fiducialiter invitamus, monitaque monitis et exhortationes exhortationibus cumulamus, ideoque, cum ad pacem reformandam inter carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, et E., Anglie reges illustres una cum certis collegis aliis per regem predictum Anglie ad prefati regis Francie presentiam destineris, quam te tuosque collegas appetere credimus puro corde, licet hiis diebus nobilitati tue direxerimus scripta nostra, quia tamen nostris affectibus intensius insidet reformatio dicte pacis, adhuc exhortationes et preces denuo eo affectuosius quo sepius iteramus ut circa reformationem pacis hujusmodi, utique Deo grate et honorabilis, partibus earumque subditis, immo toti religioni christicole nimium oportune, sedule cures operosum studium ac studiosam operam adhibere. Datum Avinione, XIII kal. januarii, anno nono ».

2332 Avignon, 20 décembre 1324.

In e. m. Henrico de Bellomonte. (Reg. 113, fol. 19, p. c. 173).

2333 Avignon, 20 décembre 1324.

In e. m. episcopo Wyntoniensi, mutatis mutandis. (Reg. 113, fol. 19, p. c. 173).

2334 Avignon, 20 décembre 1324.

In e. m. episcopo Norwycensi. (Reg. 113, fol. 19, p. c. 173).

(1) R[ubrica].

2335 Avignon, 21 décembre 1324.

Johannae, reginae Franciae, ut ad eamdem pacem promovendam studium adhibeat. (Reg. 113, fol. 5 v°, c. 44).

« *Johanne, regine Francie et Navarre illustri.* Presentate nuper nobis, filia carissima, serenitatis tue littere tanto majoris profusione gaudii nostra precordia recrearunt, quanto per ipsas accensam devotionem regiam et promptam sollicitudinem ad reformationem pacis inter carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, virum tuum, et E., Anglie reges illustres, promovendam sedule descripsisti, super quibus magnificentiam regiam multe commendationis titulum attollentes, illam rogamus et hortamur attentius quatinus, in devotione predicta laudabili prosecutione persistens, bonis innumeris ex reformatione pacis hujusmodi proventuris ac variis scandalis et periculis quibus per eam obviari credimus, consideranter attentis, circa pacem ipsam pro qua rex prefatus Anglie suos, ut letanter audivimus, nuntios solennes pacis ejusdem fervidos zelatores destinare providit in Franciam, adhibere solertis diligentie studium non postponas, ut apud Deum, cui gratum super hoc exhibebis obsequium, illa merearis assequi gaudia que sapiens ineuntibus pacis consilia repromittit. Nos equidem pacem ipsam intensis affectantes desideriis, prefato regi Francie, viro tuo, et aliis de quibus expedire vidimus, sepius scripsimus super ea et nunc etiam scripta super hoc eisdem exhortatoria iteramus, intendentes assidue interponere, sicut oportunum videbimus, apostolice solicitudinis partes nostras. Datum Avinione, XII kal. januarii, anno nono ».

2336 Avignon, 22 décembre 1324.

Mathildi, comitissae Atrebatensi, de pannis scarleti albis et rubeis missis regratiatur. (Reg. 113, fol. 5 v°, c. 45).

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Matildi, comitissi (sic) Atrabatensi.* De pannis scarleti — Datum Avinione, XI kal. januarii, anno IX° ».

2337 Avignon, 22 décembre 1324.

Archiepiscopum Auxitanum hortatur ut Armengaudum de Pezolis, archidiaconum in ecclesia Auxitana, et Augerium de Pezolis, canonicum Ronacensem, ad partes ipsas pro certis negotiis exequendis missos, dirigat, et ut cum capitulo Auxitano benivole se gerat. (Reg. 113, fol. 17, c. 158 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 148, n. 322).

« *..archiepiscopo Auxitano.* Ad partes ipsas — Datum Avinione, XI kal. januarii, anno nono ».

2338 Avignon, 22 décembre 1324.

Edmundo, comiti Cantiae, ne sinat Pontium et Guillelmum Amanevi de Madalhano fratres invicem dissidentes, periculosam duelli viam experiri. (Reg. 113, fol. 17, c. 159).

« *Edmundo, comiti Cantie.* Ad nostri apostolatus auditum perduxit nuper infeste relationis assertio quod dudum dilectis filiis nobilibus viris Pontio et Guillelmo Amanevi de Madalhano, fratribus, hoste pacis antiquo satore discordie procurante, vehementis calore iracundie invicem concitatis, prefatus Pontius eundem Guillelmum, germanum suum, ad duelli cruentum spectaculum evocavit, quodque responsione ab eodem Guillelmo super hoc subsecuta, dictum duellum judicatum per tuam curiam extitit inter eos ad duellandum sibi certo termino nichilominus assignato. Sane, fili, cum via duelli per quod temptatur Altissimus et multipliciter irritatur, et in quo plerumque, nescitur quo Dei occulto judicio, periclitatur justitia et succumbit inter quosvis fideles et presertim eos qui tam proxima connexitate junguntur sanguinis sicut fratres, pacis Actori et caritatis Amatori existat nimium displicibilis et exosa, nobilitatem tuam rogamus attentius et hortamur quatinus, premissis et aliis que ad hoc debent tuum animum inclinare consideranter attentis, non sinas fratres ipsos vires tam periculosi certaminis experiri, sed potius per vias pacificas aut juris semitas questiones suas facias pertractari, sic super hiis pro divina reverentia de oportuno remedio provisurus quod inde, preter laudis humane preconium, valeas divine propiciationis abundantiam uberius promereri. Datum Avinione, XI kal. januarii, anno nono ».

2339 Avignon, 22 décembre 1324.

Dicto Pontio de eodem, ut questiones quas cum fratre suo habet per vias pacificas vel juris semitas, duelli

pretermisso certamine, permittat terminari. (Reg. 113, fol. 17 v°, c. 160).

« *Pontio Amanevi de Madalhano.* Displicenter audivimus hiis diebus quod hostis humani generis cunctorum malorum incentor te ac dilectum filium nobilem virum Guillelmum Amanevi de Madalhano, germanum tuum, adeo procuravit calore iracundie concitari (1), quod tu et ipse qui vos debebatis invicem fraterna caritate diligere, ac mutuis collocutionibus et tractatibus confovere, ad cruenti provocationem duelli inhumaniter et improvide processistis. Sane cum hujusmodi via duelli etc.... ut supra usque attentius. Quatinus predicta necnon quod in te tuumque genus redundaret fratris tui predicti confusio consideranter attendens, questiones quas cum fratre tuo habere dinosceris per vias pacificas aut juris semitas permittas juxta tuorum amicorum consilium, duelli pretermisso certamine, terminari, sic quod inter te dictumque fratrem tuum pacis Actoris suffragante gratia, tantis sublatis periculis et scandalis evitatis, lesa caritas valeat reformari. Datum ut supra ».

2340 Avignon, 22 décembre 1324.

In e. m. Guillelmo Amanevi de Madalhano. (Reg. 113, fol. 17 v°, p. c. 160).

2341 Avignon, 22 décembre 1324.

Regi Angliae, qui nuntios ad pacem cum rege Franciae habendam destinarat, regratiatur; eum rogat ut ad eandem pacis reformationem se habilitet et de quarumdam ipsius precum exauditione ei gratias agit. (Reg. 113, fol. 18, c. 168).

« *Regi Anglie.* Non absque ingenti gaudio nuper, fili carissime, percepimus quod ad pacem inter te ac carissimum in Christo filium nostrum C., regem Francie et Navarre illustrem, quam perturbare studuit pacis emulus, reformandam, tuos solempnes nuntios ejusdem pacis fervidos zelatores destinare ad ejusdem regis Francie presentiam providisti, super quo tue sublimitatis providentiam quamplurimum in Domino commendamus, celsitudinem regiam attentius deprecantes eidemque fideliter consulentes quatinus ad eandem pacem habendam cum prefato rege Francie, tanto tibi vinculo consanguinitatis et affinitatis conjuncto, te habilites et disponas, et si qua forsan circa premissa tuis nuntiis minus plene commissa fuerint in hac parte vel in tractatu pacis habendo contigerit aliqua dubia suboriri, ad omissa supplenda hujusmodi et dubia resecanda intendat circumspectio regalis sedule curetque super illis, ut votive pacis subsequantur commoda, providere. Rursus tam de grata nuntiorum nostrorum receptione quam de prompta et benivola circa facta venerabilis fratris.. episcopi Londoniensis, et dilecti filii nostrorum R., Sancte Marie in Cosmedin diaconi cardinalis, precum nostrarum exauditione, et responsione super casu et aliis per dictos nuntios nostros pro parte nostra coram te propositis excellentie regie gratiarum referimus uberes actiones. Datum Avinione, XI kal. januarii, anno nono ».

2342 Avignon, 22 décembre 1324.

Reginae Angliae, ut ad dictam pacem procurandam operosae diligentiae studium adhibeat. (Reg. 113, fol. 18 v°, c. 169).

« *Regine Anglie.* Letanter et benigne, filia carissima, recepimus serenitatis tue litteras nostro apostolatui presentatas per quas quantum ad pacem inter carissimos in Christo filios nostros E. Anglie virum et C. Francie et Navarre germanum tuos, reges illustres, quam pacis hostis deformare studuit, providentia regalis afficitur reformandam, quamque sit prompta pro pace hujusmodi assequenda labores subire varios descripsisti. Super quibus tuum salubre desiderium et laudabile propositum multipliciter in Domino commendantes, providentiam regiam rogamus attentius et hortamur quatinus, ut desiderium et propositum hujusmodi votivum consequantur effectum, regalis prudentia sedule curet intendere et operose diligentie studium adhibere. Nos autem qui pacem ipsam intensis appetimus desideriis, ad hoc idem, dante Domino, vacare intendimus et interponere apostolice solicitudinis, sicut expedire videbimus, partes nostras. Datum ut supra ».

(1) Reg. : *calore ira tum die concitavit.*

2343 Avignon, 22 décembre 1324.

Eduardo, regis Angliae primogenito, se ad eandem pacem plurimum affici rescribit eumque hortatur ut in devotione erga Deum et Ecclesiam persistat. (Reg. 113, fol. 18 v°, c. 170).

« *Edwardo, regis Anglie primogenito.* Tanto letiori manu nobilitatis tue litteras nostro apostolatui presentatas recepimus, quanto grata ipsarum lectio tue juventutis virtuosa primordia clarius indicabat, affectum quem ad pacis federa inter carissimos in Christo filios nostros E., Anglie, progenitorem, et C., Francie et Navarre, avunculum tuos, reges illustres, geris, ut habet litterarum ipsarum series, reformanda, multipliciter in Domino commendantes teque, fili carissime, scire volentes quod nos ad eandem pacem plurimum affigimur (*sic*) et ut affectus tuus in hac parte non frustretur effectu, prompti sumus et esse, Domino disponente, intendimus operosum studium adhibere. Ad hoc devotionem quam ad Deum et Ecclesiam habere te asseris multe commendationis titulis attollentes, nobilitatem tuam rogandam duximus in Domino attentius et hortandam quatinus in devotione hujusmodi exequendo que Deo sunt placita, et que sibi displicibilia noveris devitando, persistere stabiliter et sedule non postponas, ut in annis juvenilibus sic secundum Deum te dirigas, sic virtuosis actibus acquiescas et tuam in hiis solides juventutem quod dum etatis provectioris fueris et curis majoribus occupatus portes assueta suavius, et in tam piis actibus magis ac magis cotidie (*sic*) delecteris. Datum ut supra ».

2344 Avignon, 28 décembre 1324.

Praeposito Rivensis ecclesiae et Raymundo Bernardi de Sancta Artemia, ut de quibusdam redditibus et decimis quas decanus et capitulum ecclesiae Beati Martini de Insula, ac Bernardus Jordani ejusdem loci de Insula Tholosanae diocesis, volunt invicem permutare, se informent et quid in hac parte repererint rescribant. (Reg. 113, fol. 119 v°, c. 824 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 148, n. 323).

« *Judicibus.., preposito, et Raymundo Bernardi de Sancta Artemia canonico ecclesie Rivensis.* Pro parte dilectorum — Datum Avinione, V kal. januarii, anno nono ».

2345 Avignon, 31 décembre 1324.

Carolo, comiti Valesii, Petrum Silvanectensem episcopum de curia redeuntem commendat, et eumdem comitem hortatur ut ad pacem inter regem Angliae et regem Franciae reformandam partes suas interponat. (Reg. 113, fol. 5 v°, c. 46).

« *Dilecto filio magnifico viro Carolo, regis Francie filio, comiti Valesii.* Venerabilis frater noster Petrus, Silvanectensis episcopus, qui aliquandiu in Romana curia sedulus circa ea que tuos respicerent honores et commoda moram traxit, ad suam redit memoratam ecclesiam, quem tue magnificentie commendamus, per quem super illo negotio de quo nobis tam per eum quam per dilectum filium Radulphum de Preellis scripseras, poterit eadem magnificentia seriosius informari. Ad hec, quia pacis reformatio quam hostis pacis inter carissimos in Christo filios nostros.. Francie et.. Anglie reges illustres periculose nimium perturbavit cordi nostro non mediocriter insidet sicut tue nobilitati per alias binas nostras litteras duximus intimandum ; adhuc tuam providentiam rogamus et hortamur attente quatinus, consideratis commodis que pacis ipsius reformatio necnon dispendiis que dicta dissensio regum ipsorum subditis ac etiam toti reipublice repromittunt, super reformatione ipsa non ommittas interponere efficaciter ac sedule partes tuas, sic quod bonorum omnium inde cedentium dici particeps merearis. Super hiis autem et nonnullis aliis quedam commisimus prefato episcopo sublimitati tue oretenus explicanda, qui te de illis plenius poterit informare. Datum Avinione, II kal. januarii, anno nono ».

2346 Avignon, 31 décembre 1324.

Officiali Sancti Papuli, ut bona Petri Bodeti, cantoris ecclesiae Vaurensis, qui, morte praeventus, de nonnullis receptis rationem plene non reddidit, ad manum apostolicam ponat. (Reg. 113, fol. 123, c. 830).

« *Dilecto filio .. officiali Sancti Papuli.* Ad nostram notitiam — Datum Avinione, II kal. januarii, anno nono ».

2347 Avignon, 31 décembre 1324.

Eidem officiali, ut ea quae de commissis quondam dicto Petro Bodeti rectori ecclesiae de Heremo, Tholo-

sanae diocesis, circa recuperationem bonorum quondam Bernardi, episcopi Sancti Papuli, complenda restant, exequi studeat, praefata bona recuperando Cameraeque Apostolicae transmittendo. (Reg. 113, fol. 123 v°, c. 833).

« *Dilecto filio .. officiali Sancto Papuli.* Olim post obitum — Datum Avinione, II kal. januarii, anno nono ».

2348 Avignon, 1er janvier 1325.

Gaufridum monasterio Burgidolensi vacanti et hac vice dispositioni apostolicae reservato in abbatem praeficit. (Reg. 113, fol. 72 v°, c. 534).

« *Dilecto filio Gaufrido, abbati monasterii Burgidolensis, ordinis sancti Benedicti, Bituricensis diocesis.* Dudum monasterio Burgidolensi — Datum Avinione, kalendis januarii, anno IX° ».

2349 Avignon, 1er janvier 1325.

Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni, episcopo Aurasicensi, nuntiis apostolicis, quod expensas ipsis necessarias a praelatis et personis ecclesiasticis Senonensis, Remensis et Rothomagensis provinciarum recipere valeant ac illas inter ipsos dividere. (Reg. 113, fol. 123, c. 831).

« *Venerabilibus fratribus Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni, episcopo Aurasicensi, Apostolice Sedis nuntiis.* Cum vos, pro prosecutione negotiorum vobis a Sede Apostolica commissorum oporteat Parisius vel in circumvicinis partibus per aliqua tempora, ut creditis, immorari, nos, volentes de expensis vobis necessariis provideri ac attendentes quod divisa in partes onera levius perferuntur, ut quamdiu Parisius vel in eisdem circumvicinis partibus vos morari pro hujusmodi prosecutione contigerit, a venerabilibus fratribus nostris Senonensi, Remensi et Rothomagensi archiepiscopis eorumque suffraganeis, ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis seu eorum loca tenentibus capitulis quoque et conventibus et aliis ecclesiasticis personis religiosis et secularibus, exemptis et non exemptis, Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, Grandimontensis, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum, necnon Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, Beate Marie Teutonicorum et Calatravensis magistris, prioribus et preceptoribus Senonensis, Remensis et Rothomagensis provinciarum expensas hujusmodi recipere ac illas inter ipsos dividere prout vobis videbitur valeatis, contradictores etc. — Datum Avinione, kalendis januarii, anno IX° ».

2350 Avignon, 1er janvier 1325.

Praelatis et personis ecclesiasticis per Senonensem, Remensem et Rothomagensem provincias constitutis, ut eisdem nuntiis de dictis stipendiis respondeant. (Reg. 113, fol. 123 v°, c. 832).

« *Venerabilibus fratribus Senonensi, Remensi et Rothomagensi archiepiscopis eorumque suffraganeis, ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archypresbiteris et aliis ecclesiarum prelatis seu eorum loca tenentibus, capitulis quoque et conventibus et aliis ecclesiasticis personis religiosis et secularibus, exemptis et non exemptis, Cisterciensis, Cluniacensis, Premostratensis, Grandimontensis, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum, necnon Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, Beate Marie Teutonicorum et Calatravensis magistris prioribus et preceptoribus per Senonensem, Remensem et Rothomagensem provincias constitutis.* Cum venerabiles fratres — Datum [Avinione] ut supra ».

2351 Avignon, 5 janvier 1325.

Mariam, Majoricarum reginam, iterum hortatur ut Roberti, regis Siciliae, germani sui, consiliis acquiescens, ad comitatum Provinciae in civitate Aquensi moratura se transferat. (Reg. 113, fol. 31 r°, c. 254).

« *Carissime in Christo filie Marie, regine Majoricarum illustri.* Dudum tibi, filia — Datum Avinione, nonis januarii, anno nono ».

2352 Avignon, 5 janvier 1325.

Jacobo, regi Majoricarum, super eodem scribit eique regratiatur quia eamdem Mariam reginam honorifice pertractare studet. (Reg. 113, fol. 31 v°, c. 255).

« *Jacobo, regi Majoricarum illustri.* Nuper carissime in — Datum ut supra proxime ».

2353 Avignon, 5 janvier 1325.

In e. m. Philippo de Majoricis, thesaurario ecclesiae Beati Martini Turonensis, praefati regis patruo et tutori. (Reg. 113, fol. 31 v°, p. c. 255).

2354 Avignon, 5 janvier 1325.

Universis personis ecclesiasticis Majoricensis et Elnensis diocesum, ut subsidium contra haereticos Italiae gratiose velint concedere fidemque Hugoni de Mirabello, praeposito Mimatensis, et Bernardo de Sancto Mauritio, praecentori Autissiodorensis ecclesiarum, Apostolicae Sedis nuntiis, adhibeant. (Reg. 113, fol. 140 v°, c. 907).

« *Venerabilibus fratribus Majoricensi et Elnensi episcopis, ac dilectis filiis.. abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, plebanis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis et rectoribus, capitulis quoque, collegiis et conventibus Cisterciensis, Cluniacensis, Premostratensis, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum, ceterisque personis ecclesiasticis tam secularibus quam regularibus, exemptis et non exemptis, nec non domorum Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, Sancte Marie Theotonicorum et Calatravensis magistris, prioribus et preceptoribus eorumque loca tenentibus per civitates et dioceses Majoricenses et Elnenses constitutis.* Si uno membro — Datum Avinione, nonis januarii, anno nono ».

2355 Avignon, 9 janvier 1325.

Regi Franciae ut ipsius intuitu praestationem homagii a Jacobo, rege Majoricarum, pro certis terris debiti, usque ad validam et legitimam dicti Jacobi aetatem differri permittat, vel ad id procuratorem idoneum admittere velit. (Reg. 113, fol. 6, c. 49).

« *Dicto regi Francie.* Debet excellentie regie carissimus in Christo filius noster Jacobus, rex Majoricarum illustris, pro certis terris suis homagium et fidelitatis pariter sacramentum. Sane cum idem rex citra metas pubertatis existat, nec alias membra ejus adhuc virilitate convaleant, quin ipsius delicata teneritas equitatui et laborioso itineri eum fore inhabilem attestetur, pro ipso rege ad quem ex imbecillitate status ipsius affectu paterne pietatis afficimur, magnitudinem regiam rogamus et hortamur attente quatinus prestationem homagii et sacramenti hujusmodi de humanitate regia, nostro intuitu, differas usque ad valida et legitima etatis tempora dicti regis, vel saltem ad id velis admittere procuratorem prefati regis ydoneum qui tibi, fili carissime, vel senescallo Bellicadri aut alii, tuo nomine, homagium et sacramentum hujusmodi pro rege prestare valeat memorato, ita quod super hoc regie benignitatis affectum dignis prosequamur in Domino actionibus gratiarum. Datum Avinione, V idus januarii, anno nono ».

2356 Avignon, 9 janvier 1325.

Comiti Valesii, super eodem. (Reg. 113, fol. 6, c. 50).

« *Dilecto filio magnifico viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Valesii.* Debet etc. — Datum ut supra ».

2357 Avignon, 9 janvier 1325.

Reginae Siciliae nuntiat se praefatas litteras dicto regi Franciae dictoque comiti Valesii super homagio regis Majoricarum scripsisse eamque de ipsius statu certiorem facit. (Reg. 113, fol. 56, c. 426).

« *Regine Sicilie.* Super homagio carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, debito per carissimum in Christo filium nostrum Jacobum, regem Majoricarum illustrem, nepotem tuum, serenitatis tue litteris solita benignitate receptis, tamquam annuentes tuis precibus inde benigniter ad eundem regem Francie et Navarre necnon ad dilectum filium magnificum virum Carolum, comitem Valesii, super dicto homagio fieri fecimus litteras oportunas, parati ad hoc et etiam dicti nepotis tui negotia, juxta requisitionem tuam, quantum cum Deo licet, promovenda solicite ad illa speciali et paterna solicitudine alias intendamus. Et quia te credimus avidam

super jugi notitia status nostri, noveris, carissima filia, quod, favente salutis universalis Actore, a quo recognoscimus vite munus, corporea, qua te diu perfrui cupimus sospitate perfruamur, quamquam, premente nos gravi apostolatus officio, nimis mentaliter anxiemus, attente petentes ut de tuorum prosperitate successuum nos reddas vice mutua letiores. Datum Avinione, V idus januarii, anno nono ».

2358 Avignon, 11 janvier 1325.

Bernardi, archiepiscopi Narbonensis, zelum in publicatione processuum quos ei ipse transmisit commendat eumque hortatur ut per se suosque suffraganeos ea quae adhuc agenda sunt compleat. (Reg. 113, fol. 6, c. 51).

« *Venerabili fratri Bernardo, archiepiscopo Narbonensi.* Que tua fraternitas — Datum Avinione, III idus januarii, anno nono ».

2359 Avignon, 12 janvier 1325.

Bertrando, abbati monasterii Sancti Florentii de Salmuro, ut ejusdem monasterii gubernationem suscipiat. (Reg. 113, fol. 72 v°, c. 533).

« *Dilecto filio Bertrando, abbati monasterii Sancti Florentii de Salmuro, ordinis sancti Benedicti, Andegavensis diocesis.* Vacante nuper monasterio — Datum Avinione, II idus januarii, anno nono ».

2360 Avignon, 17 janvier 1325.

Regi Franciae ut homagium et juramentum fidelitatis ei ab Helia, electo Lemovicensi, qui apud Sedem Apostolicam pro certis causis immorari habet, praestanda, usque ad unum annum prorogare velit. (Reg.113, fol. 6, c. 52 ; — Arch. Nat, J 706, n. 229, orig. scellé sur chanvre).

« *Dicto regi Francie.* Eo libentius pro devotis nostris sublimitati regie porrigimus preces nostras, quo per eam ad exauditionis effectum illas confidimus favorabilius introduci. Sane cum dilectus filius Helias, electus Lemovicensis, qui certis ex causis tibi, fili carissime, sicut accepimus, homagium et juramentum fidelitatis prestare tenetur, apud Sedem Apostolicam pro certis causis de nostro beneplacito habeat immorari, excellentiam regiam affectione qua possumus deprecamur quatinus [super] hujusmodi homagii et juramenti fidelitatis prestatione usque ad unum annum proximum venturum velit dilationem electo predicto, nostrorum interventione precaminum, gratiose concedere regia celsitudo. — Datum Avinione, XVI kal. febroarii, anno nono ».

2361 Avignon, 18 janvier 1325.

Philippo, comiti Cenomanensi, respondet quod, ejus interventu precaminum, Johannem de Cabilone, consobrinum ejus, commendatum habere intendit. (Reg. 113, fol. 6 v°, c. 53).

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, comiti Senomanensi* (1). Novissimas sicut et — Datum Avinione, XV kal. febroarii, anno nono ».

2362 Avignon, 18 janvier 1325.

Guillelmo, episcopo Valentinensi, ut infra viginti dierum spatium ad curiam veniat pro pace inter ipsum et abbatem Crudatensem, ordinis sancti Benedicti, Vivariensis diocesis, reformanda. (Reg. 113, fol. 124 v°, c. 838).

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Valentinensi et Diensi.* Questionem inter te — Datum ut supra [Avinione, XV kal. febroarii, anno nono] ».

2363 Avignon, 18 janvier 1325.

Rectori et Universitati studii Parisiensis, de constitutionibus eis missis, quae non tantum decretorum sed thelogicae facultatis magistri in scholis legere debent. (Reg. 113, fol. 124 v°, c. 839 ; — H. Deniffle et E. Chatelain, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. II, p. 279, n. 836 ; C. Eubel, *Bullarium franciscanum*, t. V, p. 282, n. 564).

« *Dilectis filiis rectori et Universitati studii Parisiensis.* Cum certas constitutiones nostras, quarum

(1) Index : *Cenomanensi.*

una incipit : *Ad conditorem canonum*, et alia : *Cum inter nonnullos*, altera vero : *Quia quorundam*, et reliqua : *Quia nonnunquam*, legendas sicut ceteras decretales in scolis dudum vobis sub bulla nostra duxerimus transmittendas, placet nobis et volumus quod non solum decretorum, sed theologie facultatis magistri etiam ibidem legentes de mane, constitutiones easdem, quarum contenta facultates eorum tangere non modicum dinoscuntur, possint legere de mane vel in nonis, seu alia hora que sibi videbitur oportuna, quibuscunque studii vestri Parisiensis seu aliis statutis et consuetudinibus contrariis, juramento, confirmatione Sedis Apostolice vel alia quacunque firmitate vallatis, nequaquam obstantibus, aut aliis privilegiis indulgentiis et litteris apostolicis, de quibus quorumque tenoribus de verbo ad verbum in presentibus specialis et expressa mentio sit habenda. Datum Avinione, XV kal. febroarii, anno nono ».

2364 Avignon, 19 janvier 1325.

Nuntiis apostolicis quod, circa negotia ipsis commissa pacem inter regem Franciae et regem Angliae tangentia, remaneant quamdiu dicto regi Franciae erit gratum rescribit, eisque facultatem expensas de Remensi et Rothomagensi provinciis sibi ministrari faciendi concedit. (Reg. 113, fol. 6 v°, c. 54).

« *Venerabilibus fratribus Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni, episcopo Aurasicensi, Apostolice Sedis nuntiis.* Fraternitatis vestre litteras per quas et nuntiorum carissimi in Christo filii nostri E., regis Anglie illustris, adventum in Franciam, ac ipsorum propositionem factam coram carissimo in Christo filio nostro Carolo, rege Francie et Navarre illustri, et tractatoribus super pace regum ipsorum cum eis per eundem regem Francie deputatis, necnon reditum alterius nuntiorum ipsorum, videlicet venerabilis fratris nostri.. episcopi Wyntoniensis in Angliam nobis innotescere curavistis, benigne recepimus et que continebantur in eis intelleximus diligenter. Sane quia super mora per vos in illis partibus contrahenda vel vestro regressu ad curiam edoceri de nostro beneplacito postulastis, vobis super hoc breviter respondemus quod, cum multa possent occurrere in quibus vestra presentia utilis posset esse, volumus quod predicti nuntii de Anglia reditum expectetis ibidem usque tunc ac etiam postmodum, quamdiu expedire videritis moraturi, nec inde absque ipsius regis Francie beneplacito recessuri. Rursus ne prelati provincie in qua moram trahitis pro ministratione vestrarum expensarum, quas ab ipsis debetis, juxta tenorem litterarum apostolicarum vobis concessarum super hoc recipere, nimium pregraventur, per alias litteras nostras quas vobis mittimus duximus concedendum quod, tam de illa quam Remensi et Rothomagensi provinciis, vobis possitis dictas expensas facere ministrari, super quibus ordinetis prout rationabiliter cognoveritis faciendum, rescripturi nobis sepius quecunque super predictis et aliis noveritis rescribenda. Datum Avinione, XIIII kal. febroarii, anno nono ».

2365 Avignon, 19 janvier 1325.

Johanni de Arpadella, quod patentes litteras magistris decretorum et theologicae facultatis Parisius directas super certis constitutionibus legendas, eisdem praesentare curet, si expedire viderit. (Reg. 113, fol. 6 v°, c. 55).

« *Magistro Johanni de Arpadella, decano ecclesie Xanctonensis, capellano nostro.* Diligentiam tuam in procurando ea que nobis misisti adhibitam plurimum in Domino commendantes, illius qui tibi circa premissa procuranda tibi astitit acceptum habemus servitium, quod oportuno tempore ostendere proponimus, Domino concedente. Rursus gratum nobis accedit admodum quod non solum decretorum sed theologice facultatis magistri etiam legentes mane Parisius legant in mane vel in nonis constitutiones nostras quas eis nuper misisse recolimus, multa que facultates predictas tangere dinoscuntur non modicum continentes, super quibus eis litteras nostras patentes dirigimus, quas cures sibi, si expedire videris, presentare. Placebit nobis etiam quod illam scripturam de qua fiebat in tuis litteris mentio, si eam habere poteris, nobis mittas, rescribasque nobis sepius que tibi super predictis et aliis occurrerint rescribenda. Datum ut supra ».

2366 Avignon, 23 janvier 1325.

Ludovico, episcopo Lingonensi, ad levanda onera quae pro manutenendis et recuperandis ecclesiae suae juribus

ac certis acquisitionibus factis subiit, subsidium moderatum in diocesi, fratribus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani dumtaxat exceptis, imponendi facultatem concedit. (Reg. 113, fol. 125, c. 843).

« *Venerabili fratri Ludovico, episcopo Lingonensi.* Ex tue devotionis — Datum Avinione, X kal. februarii, anno nono ».

2367 Avignon, 23 janvier 1325.

Judicibus, ut eidem episcopo praefatum subsidium ministrari faciant. (Reg. 113, fol. 125 v°, p. c. 843).

« *Judicibus.* Mandamus quatinus vos — Datum ut supra ».

2368 Avignon, 24 janvier 1325.

Ferrico, duci Lothoringiae, subsidium quod ad insistendum Ecclesiae obsequiis petierat concedi non posse respondet. (Reg. 113, fol. 44 v°, c. 353).

« *Nobili viro Ferrico, duci Lothoringie.* Veniens nuper ad — Datum Avinione, IX kal. febroarii, anno nono ».

2369 Avignon, 24 janvier 1325.

In e. m. Johanni, comiti Barensi. (Reg. 113, fol. 45, p. c. 353).

2370 Avignon, 24 janvier 1325.

Alphonso de Hispania, ut hinc ad primam dominicam instantis quadragesimae matrimonium cum Beatrice, nata quondam Johannis de Claromonte, domini de Cadrellis, contrahere possit. (Reg. 113, fol. 126, c. 846).

« *Dilecto filio nobili viro Alfonso de Ispania.* Quia ex eo quod certis temporibus sollemnisari matrimonia sacri canones interdicunt, impedimentis supervenientibus aliis, bonum matrimonii sepius impeditur, Sedis Apostolice circumspecta benignitas rigorem canonum relaxare super hiis inter magnates et nobiles consuevit interdum, presertim cum causa rationabilis ingerit et utilitas id exposcit. Sane, cum tu, sicut accepimus, cum dilecta in Christo filia nobili muliere Beatrice, nata quondam Johannis de Claromonte, domini de Cadrellis, intendas matrimonialiter copulari, ut hinc ad primam dominicam instantis Quadragesime inclusive, inter te et ipsam Beatricem possit alias tamen licite celebrari et solemnizari matrimonium hujusmodi, prohibitione canonum non obstante, tibi et eidem Beatrici auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo etc. Si quis autem etc. Datum Avinione, IX kal. febroarii, anno nono ».

2371 Avignon, 27 janvier 1325.

Carolo, comiti Valesii, quod contenta in certis litteris in lucem deduci debent rescribit, praelatos regni Franciae commendat nonnullaque quoddam ejus negotium tangentia significat. (Reg. 113, fol. 6 v°, c. 56).

« *Carolo, comiti Valesii.* De scripturis autenticis ac benivolis litteris nobis, fili, a tua magnificentia hiis diebus transmissis, gratiarum eidem referimus uberes actiones, moram autem mittendi scripturas predictas ratio dilationis provida et providentia super hoc adhibita circumspecta ipsam non solum reddunt excusabilem sed utique multiplici laude dignam. Sane, fili, multum decet et expedit ne contenta in dictis litteris sub modio ramaneant amplius, sed in lucem taliter deducantur quod innocentibus inviolata sua servetur innocentia, et ne deinceps innocentia coinquinari presumatur per talia sed tuta sit inter improbos de oportuno remedio providere. Prelatos Francie ac eorum negotia tue, fili, magnificentie fiducialiter commendamus, ipsos quidem qui presentes in curia aderant in tue magnitudini gratia facienda promptos reperimus et absentes, ut tenemus indubie, reperissemus similiter, si adessent, sicut lator presentium latius explicare poterit oraculo vive vocis, quem de mora diutius protracta in curia excusare cum veritate possumus. Pro suo quidem reditu cum optata expeditione negotii pro quo venerat, nedum oportune institit, sed etiam sepius importune. De impedimentis autem expeditionis prefati negotii ipse tuam magnificentiam poterit reddere certiorem. Datum Avinione, VI kal. febroarii, anno nono ».

2372 Avignon, 27 janvier 1325.

Jacobo de Narbonna tabellionatus officium concedit. (Reg. 113, fol. 126, c. 847).

« *Dilecto filio Jacobo Narbone, clerico Sancti Pontii Thomeriarum diocesis, non conjugato nec in sacris ordinibus constituto.* Ne contractuum memoria — Datum Avinione, VI kal. febroarii, anno nono ».

2373 Avignon, 31 janvier 1325.

Bochardo, comiti Vindocinensi, ut Hugonem Biso, familiarem suum, cujus testimonium in certis negotiis necessarium est, ad curiam mittat. (Reg. 113, fol. 7, c. 57).

« *Dilecto filio nobili viro Bochardo, comiti Vindocinensi.* Cum testimonium dilecti — Datum Avinione, II kal. febroarii, anno nono ».

2374 Avignon, 31 janvier 1325.

Officiali Castrensi super eodem, ut praefatum Hugonem ad comparendum in curia citet. (Reg. 113, fol. 7, c. 58).

« *Dilecto filio officiali Castrensi.* Cum testimonium etc. — Datum ut supra ».

2375 [Avignon, décembre 1324 - janvier 1325].

Guidoni de Castellione litteras suas a Radulpho de Praellis praesentatas se recepisse et suas quas potuit exaudisse petitiones respondet. (Reg. 113, fol. 6, c. 47).

« *Dilecto filio nobili viro Guidoni de Castellione, comiti Blesensi.* Nobilitatis tue litteras per dilectum filium magistrum Radulphum de Praelis nostro apostolatui presentatas benigne recepimus, et que dictus Radulphus sub credentia per easdem litteras sibi commissa pro parte tua voluit exponere audivimus et intelleximus diligenter. Verum, cum tua devotio de statu nostro effici certior per ipsas litteras inter cetera petiisset, providentiam tuam volumus non latere quod nos, quamvis curis anxiemur innumeris et continuis negotiorum fluctuationibus agitemur, Ejus tamen assistente gratia qui mestorum est consolator et laborantium fortitudo, corporis sospitate letamur, intendentes te fratremque tuum oportunis favoribus habere sicut cum Deo poterimus, commendatos. Illas autem de tuis nobis oblatis petitionibus quas honeste potuimus ad exauditionis gratiam favorabiliter duximus admittendas » (1).

2376 [Avignon, décembre 1324 - janvier 1325].

Guillelmo, episcopo Dolensi, ut ipsum de statu suo et de contingentibus novis ipsarum partium informet. (Reg. 113, fol. 6, c. 48).

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Dolensi.* Fraternitatis tue litteras solita benignitate receptis, ex caritatis affectu congaudemus tibi mentaliter de sospitate corporea, quod a molestis vero et gravibus pateris interne compatimur, et de insinuatione novorum que per litteras ipsas accepimus tue diligentie studium multipliciter in Domino commendamus. Illud denique a te, frater, solicite flagitantes ut in adversis tibi munus patientie vendicans, de statu tuo quem ecclesie tue preesse diu affectamus incolumem, nos sepe letifices et de contingentibus novis ipsarum partium quas Altissimus prosperet jugiter nos informes » (2).

2377 Avignon, 1er février 1325.

Hugoni de Mirabello, quod beneficiorum suorum fructus, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, usque ad triennium recipere possit. (Reg. 113, fol. 136, c. 894).

« *Dilecto filio Hugoni de Mirabello, preposito ecclesie Mimatensis, capellano nostro.* Meritis tue devotionis — Datum Avinione, kalendis febroarii, anno IXo ».

---

(1) Document non daté, mais transcrit entre des actes du mois de décembre (nos 2290-2291, 2297-2301, 2304, 2328-2330, 2335-2336, 2345) et du mois de janvier (nos 2355-2356, 2358, 2360-2361). En outre, Radulphus de Praellis est cité dans l'acte 2345, du 31 décembre 1324.

(2) Pour la date approximative du document, cf. *supra*, no 2375, note 1.

2378 Avignon, 1er février 1325.

Judicibus, ut praefato Hugoni eosdem fructus ministrari faciant. (Reg. 113, fol. 136 v°, p. c. 894).

« *Judicibus.* Mandamus quatinus vos — Datum ut supra ».

2379 Avignon, 2 février 1325.

Episcopo Vivariensi quod hinc ad primam diem instantis quadragesimae unum matrimonium inter personas Ecclesiae devotas celebrare possit. (Reg. 113, fol. 127 v°, c. 855).

« *Venerabili fratri Petro, episcopo Vivariensi.* Quia ex eo — Datum Avinione, IIII nonas februarii, anno nono ».

2380 Avignon, 5 février 1325.

Gauchero de Castellione respondet quod ad praesens non vacat aliqua praelatura de qua possit Henrico de Bena, monacho monasterii Sancti Remigii Remensis pro quo scripserat, provideri. (Reg. 113, fol. 7, c. 59).

« *Dilecto filio nobili viro Gauchero de Castellione, comiti Portuensi, constabulario Francie.* Missas noviter nobilitatis — Datum nonis febroarii, anno IX° ».

2381 Avignon, 5 février 1325.

Carolo, regi Franciae, de acceleratione causae Carnotensis ecclesiae. (Reg. 113, fol. 7, c. 60).

« *Carolo, regi Francie et Navarre.* Regalis excellentie litteris super acceleranda causa Carnotensis ecclesie solita benignitate receptis, magnitudinem regiam latere non cupimus quod nos, hujusmodi causa commissa, ejus auditorem jam solicitavimus ad tuorum precum instantiam ut celerem super illa justitiam administret. Datum ut supra proxime ».

2382 Avignon, 10 février 1325.

Domino de Insula, ut circa prosecutionem negotii Jacobi, regis Majoricarum, apud regem Aragonum laborare non postponat. (Reg. 113, fol. 17 v°, c. 161 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 150, n. 324).

« *Domino de Insula.* Litterarum nobilitatis tue quas benigne recepimus grata lectione percepto quod carissimus in Christo filius noster Jacobus, rex Aragonum illustris, suique nati te receperunt favorabiliter et honorifice pertractarunt, quodque tu, fili, super negotio carissimi in Christo filii nostri Jacobi regis Majoricarum illustris, per viam amicabilem terminando prefato (1) regi Aragonum fuisti locutus, inde letamur admodum et tue solicitudinis studium plurimum in Domino commendamus, providentiam tuam attentius exhortantes quatinus apud eundem regem Aragonum laborare circa prosecutionem dicti negotii sicut expedire videris non postponas, nobis super hiis et aliis tibi occurentibus prout oportunum noveris rescripturus. Datum Avinione, IIII idus febroarii, anno nono ».

2383 Avignon, 10 février 1325.

Philippo de Majoricis, ut in tutela regni Majoricarum laudabiliter se habeat, non obstante quod consules Perpigniani et aliquorum aliorum locorum ipsam tutelam injuste conentur impedire. (Reg. 113, fol. 33 v°, c. 272).

« *Philippo de Majoricis.* Ad insinuationem noviter — Datum Avinione, IIII idus febroarii, anno nono ».

2384 Avignon, 10 février 1325.

Consulibus et populo Perpiniani, ut dictum Philippum non impediant sed ei humiliter et devote pareant. (Reg. 113, fol. 33 v°, c. 273).

« *Consulibus et populo Perpiniani.* Nostis, o filii — Datum ut supra ».

---

(1) Reg. : *prefati.*

2385 Avignon, 10 février 1325.

Hugoni de Cardona, ut dictos consules prudenter et efficaciter ad praemissa inducat. (Reg. 113, fol. 34, c. 275).

« *Hugoni de Cardona archidiacono Ceritanie in ecclesia Urgellensi.* Ad insinuationem etc. — Datum ut supra ».

2386 Avignon, 13 février 1325.

Episcopo Aquensi, ut ab injuriis, gravaminibus et excessibus quae officialibus et subditis regis Franciae inferre dicitur, desistat. (Reg. 113, fol. 17 v°, c. 162; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 151, n. 325).

« *Episcopo Aquensi.* Displicenter nimis percepimus hiis diebus ad audientiam carissimi in Christo filii nostri K., regis Francie illustris, gravi suorum officialium ac fidelium et subditorum illarum partium querela perductum quod eisdem officialibus fidelibus et subditis multas injurias, gravamina, excessus et oppressiones varias verbo et facto dudum intuleris et inferre in opprobrium regalis excellentie non desistis. Nos itaque quantum premissa obvient presulis gravitati, quamque prefati regis indignatio tue sponse dispendia comminetur et quantum ipsa regali benivolentia egeat considerantes attente, fraternitatem tuam attentius duximus exhortandam quatinus, premissis in scrutinio recte considerationis adductis, necnon et quantum decet pontificem principibus, precipue in quorum ditione consistit, honorem et reverentiam exhibere, ac ad pacem si assit conservandam eamque, si absit, inter ipsos principes procurandam, sedulam diligentiam adhibere, si premissis suffragatur veritas, quod tamen de tua fraternitate grave nobis est credere, sic preterita ocius corrigas et a futuris abstinere prudenter studeas, quod merito regia indignatio conquiescat teque ac tuam ecclesiam gratiis et favoribus regiis dignos reddas; quod si forsan ut obtamus premissis veritas non assistat, non ommittas te apud regalem excellentiam super hiis excusare, sic premissa operoso studio impleturus quod nos non oporteat remedia super predictis adhibere alia, justitia exigente. Datum Avinione, idibus febroarii, anno nono ». In e. m. episcopo Adurensi.

2387 [Avignon, 13 février 1325].

Eidem de eodem (1). (Reg. 113, fol. 17 v°, c. 163; — L. Guérard, *Doc. pont*, t. II, p. 151, n. 325).

« *Venerabili fratri.. episcopo Aquensi.* Displicenter nimis percepimus... fidelibus et subditis dampna, gravamina, injurias et molestationes varias dudum intulisti et inferre in opprobrium regalis excellentie non desistis... justitia exigente. — Datum ».

2388 [Avignon, 13 février 1325].

In e. m. episcopo Adurensi. (Reg. 113, fol. 17 v°, p. c. 163). »

2389 Avignon, 17 février 1325.

Carolo regi Franciae, de dictis litteris eisdem Aquensi et Adurensi episcopis scriptis. (Reg. 113, fol. 7, c. 61; — L. Guérard. *Doc. pont.*, t. II, p. 153, n. 326).

« *Carolo, regi Francie illustri.* Insinuatione litterarum regiarum hiis diebus moleste non indigne percepto quod venerabiles fratres nostri.. Aquensis et.. Adurensis episcopi multas injurias, gravamina, excessus et oppressiones varias verbo et facto officialibus, fidelibus et subditis regiis partium illarum intulerant et inferre cotidie non cessabant, ipsis litteras nostras super hoc e vestigio misimus oportunas, quibus si paruerint ut credimus et tenentur, sic preterita corrigent quod imposterum attemptare similia non presument; quas si contigerit obaudire, ipsos curabimus oportunis remediis coercere. Datum Avinione, XIII kal. martii, anno IX° ».

2390 Avignon, 26 février 1325.

Episcopo Vapincensi, quod infra octo dies ad curiam veniat et interim ab omni aggressione contra Arnaldum Flote, dominum de Rupé Arnaldi, se abstineat. (Reg. 113, fol. 61 v°, c. 474).

---

(1) Nous croyons devoir rapprocher cette lettre, sans date, de la précédente. Elle en reproduit en entier le texte, sauf la légère variante transcrite ci-dessus. Peut-être faut-il voir, dans ce double enregistrement, une simple erreur du scribe.

« ...*episcopo Vapincensi.* Infesta relatione percepto. Datum Avinione, IIII kal. marcii, anno nono ».

2391 Avignon, 27 février 1325.

Carolo, regi Franciae, ut praestationem homagii ad quod tenetur Bertrandus, episcopus Caturcensis, usque ad unum annum progorare velit. (Reg. 113, fol. 7, c. 62).

« *Eidem regi* [*Carolo, regi Francie et Navarre*]. Eam de regali sublimitate fiduciam gerimus quod preces quas eidem ex affectu cordis pro devotis nostris porrigimus ad exauditionis effectum favorabiliter introducat. Sane cum venerabilis frater noster Bertrandus, episcopus Caturcensis, apud Sedem Apostolicam insistendo nostris obsequiis moram trahens, ad presens comode nequeat ad regalem presentiam pro prestando fidelitatis homagio ad quod pro certis causis excellentie tue teneri dicitur personaliter se conferre, magnificentiam regiam affectione qua possumus deprecamur quatinus prorogare sibi tempus hujusmodi prestationis homagii usque ad unum annum velit favorabiliter, nostrorum interventione precaminum, regia celsitudo. Datum Avinione, III kal. marcii, anno nono ».

2392 Avignon, 27 février 1325.

Carolo, comiti Valesii, ut ad dictam prorogationem obtinendam, partes suas apud eumdem regem Franciae interponere velit. (Reg. 113, fol. 8, c. 69).

« *Carolo, comiti Valesii.* Pro venerabili fratre — Datum Avinione, III kal. martii, anno IX° ».

2393 Avignon, 27 février 1325.

In e. m. Alphonso de Hispania. (Reg. 113, fol. 8, p. c. 69).

2394 Avignon, 27 février 1325.

In e. m. Johanni de Cerchamont, decano Pictavensi, Caroli regis Franciae cancellario. (Reg. 113, fol. 8, p. c. 69).

2395 Avignon, 3 mars 1325.

Episcopo Parisiensi, ut de casu rectoris parrochialis ecclesiae Sanctorum Innocentium Parisiensis se informet. (Reg. 113, fol. 136 v°, c. 896).

« *Venerabili fratri episcopo Parisiensi.* Infesta fidedignorum relatio nostris pertulit auribus casum terribilem diebus hiis Parisiis accidisse, videlicet quod cum rector parrochialis ecclesie Sanctorum Innocentium Parisiensis, de sero, more solito, clauso camere ostio, incolumis lectum intrasset, ac, mane facto, ejusdem rectoris familiares ipsius exitum de ipsa camera ultra horam solitam expectassent, tandem differri videntes, exitum hujusmodi et moram merito suspectam habentes, in presentia publicarum personarum, fracto camere ostio, et infra illam ingressi, repertis ipsius rectoris vestibus et bonis aliis que in eadem camera conservabat, de persona ipsius nulla vestigia repererunt, nec possunt adhuc, sicut accepimus, reperire. Cum itaque res hujusmodi periculosa sit plurimum et exemplo perniciosa existat, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus, quo dictus rector iverit vel asportatus aut translatus fuerit, ac de aliis in hac parte circumstantiis universis, te summarie, simpliciter ac sine strepitu et figura judicii studeas informare, contra quoscunque premissorum conscios juxta statuta canonum processurus ac nobis quicquid inde feceris vel repereris quantotius fideliter rescripturus. Datum Avinione, V nonas marcii, anno nono ».

2396 Avignon, 3 mars 1325.

Praefati rectoris bona mobilia reservans, Johanni de Arpadella mandat ut ea sibi assignari faciat et conservet. (Reg. 113, fol. 136 v°, c. 896).

« *Dilecto filio magistro Johanni de Arpadella, decano Xanctonensi, capellano nostro.* Infesta fidedignorum relatio — Datum ut supra ».

2397 Avignon, 4 mars 1325.

Universis praelatis et personis ecclesiasticis ac nobilibus et communitatibus, ut episcopo et officiali Lascurrensibus magistroque Raymundo Stephani, clerico Ca-

turcensis diocesis, ad requirendum nonnullos falsarios litterarum apostolicarum in diocesi Lascurensi partibusque circumvicinis commorantes deputatis, de securo conductu provideant eisque pareant. (Reg. 113, fol. 129 v°, c. 865 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 153, n. 327).

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archipresbyteris, plebanis et aliis ecclesiarum prelatis ipsorumque vices gerentibus, capitulis quoque, conventibus, ceterisque personis ecclesiasticis secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, Cisterciensis, Cluniacensis, Grandimontensis, Premostratensis, sanctorum Benedicti et Augustini ac aliorum quorumcunque ordinum, et domorum Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani et Sancte Marie Theutonicorum, Calatravensis et Humiliatorum magistris, prioribus et preceptoribus necnon et nobilibus viris ducibus, principibus, marchionibus, comitibus, baronibus, senescallis, justitiariis, potestatibus, capitaneis et bajulis ceterisque dominis temporalibus universitatibus quoque ac communitatibus civitatum, castrorum, terrarum et aliorum quorumcumque locorum et aliis universis et singulis ad quos littere presentes pervenerint.* Cum sicut intelleximus — Datum ut supra [Avinione, IIII nonas martii, anno IX°] ».

2398 Avignon, 4 mars 1325.

Episcopo et officiali Lascurrensibus ac R[aymundo] Stephani, ut de praedictis falsariis et criminosis se informantes, eos capi faciant et ad Apostolicam Sedem adducant. (Reg. 113, fol. 130, c. 866 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 155, n. 328, analysé).

« *Venerabili fratri.. episcopo, ac dilectis filiis officiali Lascurrensi et magistro R. Stephani clerico Caturcensis diocesis, scriptori nostro.* Cum sicut intelleximus — Datum ut supra ».

2399 Avignon, 5 mars 1325.

Omnia incommoda a discordia illata, praesertim impedimentum passagii transmarini ad regis Franciae memoriam reducens, eum ad pacem cum rege Angliae accelerandam instanter rogat. (Reg. 113, fol. 7, c. 63).

« *Eidem* [*Carolo, regi Francie*]. Pro reformatione pacis inter te, fili carissime, et carissimum in Christo filium nostrum Edwardum, regem Anglie illustrem, ad compescenda (1) ex dicta pace tam spiritualia quam temporalia commoda dudum piis precibus et exhortationibus salubribus duximus apud regalem excellentiam insistendum. Sane quia nondum est nostris in hac parte desideriis satisfactum, adhuc instare non desinimus, sed tam commoda ex ipsa concordia proventura quam dispendia, et specialiter impedimentum negotii Terre Sancte que ex ipsa discordia probabiliter formidantur, ad regalem memoriam reducentes, instanter petimus et affectuose rogamus quatinus hiis et aliis que circumspectio regia ad pacem inductiva et a discordia retractiva ex variis conditionibus con[f]icere poterit, regalem animum ad pacis bonum inclinare studeat, suggestionibus pacis hostis et caritatis emuli, quas, sub colore boni aliquo ad discordiam suadere (2) forsan presumet astutia procul pulsis. Datum Avinione, III nonas martii, anno nono ».

2400 Avignon, 5 mars 1325.

Johannae, reginae Franciae, super eodem. (Reg. 113, fol. 7 v°, c. 64).

« *Johanne, regine Francie.* Ad ea, filia carissima, que Deo grata, tibi honorabilia conjunctisque tuis accommoda et rei publice oportuna plurimum novimus, excellentiam regiam sepius fiducialiter invitamus. Hinc est quod excellentiam regiam eo affectuosius quo sepius deprecamur quatinus, pro pace reformanda inter carissimos in Christo filios nostros C., Francie et Navarre, et E., Anglie reges illustres, partes tue solicitudinis interponas oportuna instantia apud prefatum regem Francie insistendo ut, pacis commodis et dissensionum incommodis ac variis vinculis sanguinis quibus reges ipsi noscuntur conjuncti in examine recte considerationis adductis, ad pacem cunctis optatam mortalibus animum suum habilitet et inclinet, sic quod Regis pacifici dici merearis filia, quod (?) pacificis veritas repromittit. Datum ut superiori proxima ».

(1) *Sic.* Corr. : *comparanda* ?
(2) *Suadere*, bis in Reg.

2401 Avignon, 5 mars 1325.

Comiti Valesii super eodem. (Reg. 113, fol. 7 v°, c. 65).

« *Comiti Valesii.* Sicut tua, fili, magnificentia non ignorat, pro pace inter carissimos in Christo filios nostros C., Francie et Navarre, et E. Anglie reges illustres, quam hostis pacis turbaverat, reformanda, tam regi prefato Francie ut ad illam, commodis que ex ipsa et dispendiis variis que ex discordia provenire poterant in consideratione deductis, animum inclinaret regium, quam tue magnificentie ut ad hoc sedule interponeret partes suas preces apostolicas duximus dirigendas. Sane quia nondum est nostris super hoc desideriis satisfactum, instare non desistimus, sed preces precibus cumulantes, circumspectionem tuam toto cordis rogamus affectu quatinus, ob honorem Regis pacifici qui pro pace humano reddenda generi exinaniens semetipsum formam servi sumere non erubuit, ac crucis subire patibulum non expavit, commodis pacis et dissensionis incommodis consideranter attentis, animum tuum ad pacem ipsam habilites ac apud regem ipsum instare cura sedule, ut ad eandem cor regum preparet et inclinet, ut bonorum omnium ex pace ipsa provenientium particeps merearis fieri ac gaudia consequi que pacis consilia ineuntibus sapiens repromittit. Datum ut superiori proxima ».

2402 Avignon, 5 mars 1325.

Johanni de Cerchamont, cancellario Franciae, super eodem. (Reg. 113, fol. 7 v°, c. 66).

« *Dilecto filio magistro Johanni de Cerchamont, decano ecclesie Picthavensis (sic), dicti Francie regis cancellario.* Dum commoda que pax carissimorum in Christo filiorum nostrorum regum Francie et Anglie illustrium repromittit, et incommoda que ipsorum comminatur dissensio attendimus, diligenter procul dubio pacem ipsam intensis desideriis affectamus. Hinc est quod tuam prudentiam requirimus et rogamus ut ad ipsam procurandam studeas operosum studium adhibere (1) ».

(1) La date est indiquée par la formule *ut supra* que l'on trouve à la bulle suivante, n° 2403).

2403 Avignon, 5 mars 1325.

In e. m. Alphonso de Hispania : — « Datum ut supra ». (Reg. 113, fol. 7 v°, p. c. 66).

2404 Avignon, 5 mars 1325.

Nuntiis apostolicis tenorem litterarum C[aroli] regis Franciae, et nonnullis aliis directarum transmittens, eos hortatur ut ad pacem inter dictum regem et regem Angliae procurandam sedule insistant. (Reg. 113, fol. 7 v°, c. 67).

« *Venerabilibus fratribus Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni episcopo Aurasicensi, Apostolice Sedis nuntiis.* Ad pacis reformandum federa intensis desideriis intendentes, ecce quod carissimo in Christo filio nostro C., regi Francie et Navarre, ac carissimis in Christo filiabus nostris Johanne, Francie, et Isabelli, Anglie [reginis] illustribus et dilectis filiis nobilibus viris Carolo, comiti Valesii, Alfonso de Hispania, necnon et Johanni de Cerchamont, decano Pictavensi, dicti regis cancellario, et venerabilibus fratribus nostris.. Norwicensi et.. Wintoniensi episcopis, ac dilecto filio nobili viro Johanni de Britannia, comiti Richemundie, super hoc dirigimus scripta nostra, juxta formam quam continet cedula presentibus interclusa, fraternitatem vestram attentius exhortantes quatinus circa ipsa procuranda federa penes prefatos et alios de quibus expedire videritis, secundum datam a Deo vobis prudentiam sedule insistatis, quecunque circa premissa occurrentia prospera, et, si qua per nos fieri possint accommoda ocius intimantes. Datum ut supra proxima ».

2405 Avignon, 5 mars 1325.

Johanni de Arpadella, quod litteras praefatis nuntiis missas eis celeriter destinare studeat. (Reg. 113, fol. 7 v°, c. 68).

« *Johanni de Arpadella.* Ecce quod tam venerabilibus fratribus nostris Guillelmo, Viennensi archiepiscopo, et Hugoni episcopo Aurasicensi, quam nonnullis aliis litteras apostolicas ipsas per prefatos archiepiscopum et episcopum presentendas duximus destinandas, quocirca volumus et mandamus

quatinus si ipsos a Parisius abesse contingeret, litteras ipsas studeas ocius destinare. Datum ut supra ».

2406 Avignon, 5 mars 1325.

Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, quod quoddam pariagium cum rege Franciae perficere possit. (Reg. 113, fol. 8, c. 70).

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Viennensi.* Super confirmatione cujusdam pariagii inter te et ecclesiam tuam., ex parte una, et curiam carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, ex altera, de quo tanquam eidem ecclesie tue perutili tractatum habere te asseris, tuis quantum cum Deo licet annuere precibus intendentes, placidum gerimus ut tractatum hujusmodi usque ad perfectionem ipsius exclusive perficias, ut cum ejus merita particulariter et distincte te nobis notificante noverimus, ad confirmationem ipsius consulte, ut expedit, procedamus. Datum Avinione, III nonas martii, anno nono ».

2407 Avignon, 5 mars 1325.

Episcopo Wintoniensi de reditu suo in Franciam congaudet eumque hortatur ut quae circa negotium pacis inter Franciae et Angliae reges occurrerint prospera indilate scribat. (Reg. 113, fol. 19 v°, c. 176).

« *Episocopo Wintoniensi.* Reditum tuum in Angliam leti percepimus ex tuarum serie litterarum, supponentes indubie quod, sine spe optate pacis procurande, taliter non redisses, sed in Franciam te redisse letiores cognovimus, cum ex hoc et ex adventu carissime in Christo filie nostre Isabellis, regine Anglie illustris, spem certiorem concepimus quod sequi debeat fructus pacis, ad quod te solicitum solicitare non ommittimus, ut cursum ceptum non deseras quoad usque, annuente tibi Domino, optatum bravium assequaris. Scribe nobis, frater, indilate que circa negotium prefatum occurrerint prospera statumque totius domus Anglie ac Anglicane ecclesie et prelatorum ejusdem quem (*sic*) Dominus dirigat in exequendis suis beneplacitis et ab omni adversitate protegat et defendat. Datum Avinione, III nonas martii, anno nono ».

2408 Avignon, 5 mars 1325.

Norwicensi et Wintoniensi episcopis necnon Johanni de Britannia, comiti Richemundiae, ut ad dictam pacem procurandam studium adhibeant et regis Angliae animum ad concordiam inducant. (Reg. 113, fol. 19 v°, c. 177).

« *Venerabilibus fratribus.. Norwycensi, et.. Wyntoniensi episcopis, et dilecto filio nobili viro Johanni de Britannia, comiti Richemundie.* Quia, docente magistra rerum experientia, nonnunquam solicitare solicitos, sicut emisso equo calcar subdere, noscitur expedire, vos, quos pacis reformande inter carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, et E., Anglie reges illustres, scimus fervidos zelatores, solicitandos duximus per presentes, circumspectionem vestram exhortantes providam et rogantes quatinus ad illam procurandam, ad quam impediendam hostis pacis et caritatis emulus virus sue malicie effundere non ommittit, velitis operosi studii vigilantiam adhibere, prefatum regem Anglie ad inclinandum ad pacis bonum regium animum, pacis ipsius commodis et dissensionis incommodis ad ejus reductis memoriam, salubribus exhortationibus inducentes, ut premia viris repromissa pacificis inde valeatis merito promereri. Datum Avinione, III nonas martii, anno nono ».

2409 Avignon, 5 mars 1325.

Reginae Angliae ad procurandam pacem in Franciam venturae regratiatur, eamque rogat ut quod laudabiliter est inceptum perseveranter prosequi curet. (Reg. 113, fol. 19 v°, c. 178).

« *Isabelli, regine Anglie illustri.* Letanter audivimus, filia carissima, pro procuranda reformatione pacis inter carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, germanum, et E. Anglie, virum tuos, reges illustres, quam hostis pacis periculose turbaverat nimium, velut pacis angelum apud partes Francie te venturam. Et quia speramus in Domino quod Actor ipse pacis tuum quod ad reformationem geris hujusmodi desiderium adimplebit, circumspectionem regiam rogamus attente quatinus quod tam laudabiliter est inceptum, sic cures perseveranter prosequi quod pacis possis manipulos legere ac que ineuntibus pacis consilia repromittuntur premia inde valeas reportare. Datum ut supra ».

2410 Avignon, 6 mars 1325.

Regi Franciae, ut relata a Geraldo de Pinibus et Odone de Monteacuto, fratribus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, benigne audiens, dictum ordinem commendatum habere velit. (Reg. 113, fol. 8, c. 71).

« *Dicto regi Francie.* Tam Hospitale Sancti Johannis Jerosolimitani quam ordo universalis ipsius magno indiget compassionis auxilio, et propitie caritatis innititur fulcimento, dum ex causis variis preteriti temporis debitorum gravi sarcina premitur, et contra dilectum filium Elionum de Villanova, ejusdem Hospitalis magistrum et ordinem ipsum Soldanus Babilonie ac nonnulli adunati Turci, christiane crucis et salutis humane persecutores infesti, dicuntur immaniter conspirasse, prout dilectus filius Geraldus de Pinibus, in partibus ultramarinis ejusdem magistri locumtenens, et Oddo de Monteacuto, prior Alvernie, fratres dicti Hospitalis, latores presentium, regie magnificentie, si audire libuerit, seriosius poterunt explicare. Rogamus ergo ipsam magnificentiam re[giam] et hortamur attente quatinus prefatos magistrum et ordinem super hiis que dicti Geraldus et Oddo pro parte ipsorum habent exponere, habere velit, divino et nostro intuitu ac premisse considerationis obtentu, propensius commendatos. Datum Avinione, II nonas martii, anno nono ».

2411 Avignon, 6 mars 1325.

Caroli, comiti Valesii, ut eosdem fratres et ordinem commendatos habeat. (Reg. 113, fol. 8, c. 72).

« *Carolo, comiti Valesii.* Ad presentiam carissimi — Datum Avinione, II nonas martii, anno nono ».

2412 Avignon, 6 mars 1325.

In e. m. Alphonso de Hispania. (Reg. 113, fol. 8, p. c. 72).

2413 Avignon, 6 mars 1325.

In e. m. Johanni de Cerchamont, Caroli regis Franciae cancellario. (Reg. 113, fol. 8, p. c. 72).

2414 Avignon, 6 mars 1325.

Comiti Sabaudiae litteras suas rumores partium Alamaniae nuntiantes se recepisse scribit eique gratiatur. (Reg. 113, fol. 61 v°, c. 475).

« *Comiti Sabaudie.* Presentatas nobis per dilectos filios P. de Sancto Jorio, thesaurarium ecclesie Lausanensis, clericum, et nobilem virum Egidium Richardi, militem, familiares tuos, nobilitatis tue litteras rumores partium Alamannie nunciantes recepimus leta manu, et tam relata nobis pro parte tua per eosdem clericum et militem, quam litterarum predictarum seriem pleno collegimus intellectu. Et licet rumores predictos audivissemus ante litterarum receptionem ipsarum, leti tamen efficimur cum nobis per tuas litteras recensentur, super quo eidem nobilitati tue gratiarum referimus uberes actiones. Sane consilium tuum nobis per eundem militem provide reseratum diligenter intelleximus, et ordinare intendimus, actore Domino, quod expedire videbimus juxta illud. Datum Avinione, II nonas martii, anno IX ».

2415 Avignon, 10 mars 1325.

Carolo, comiti Valesii, de pace inter Franciae et Angliae reges reformanda, de cujusdam negotii prosecutione, et quomodo ad honorem dicti regis Franciae cederet si bona quae Mediolanenses in regno obtinent caperentur. (Reg. 113, fol. 8, c. 73 ; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 211, n. 457, extrait).

« *Carolo, comiti Valesii.* Litteras tue, fili, magnificentie, utique gratitudine non vacuas, ac benivolentia multa plenas leta manu recepimus hiis diebus, quarum series tuum nobis benivolum quem ad nos et nostros geris animum apertius indicavit, super quo eidem non indigne gratiarum referimus uberes actiones. Propositum autem laudabile quod ad pacis inter reges inclitos.. Francie et .. Anglie reformanda federa eedem littere nuntiabant velut Deo acceptam (*sic*), regibus ipsis accomodum, nobis votivum et universis fidelibus oportunum in Domino plurimum commendantes, tuam circumspectionem providam deprecamur ut in illo constanter persistere studeas, ac queque reformationi predicte obviantia, quantum in te fuerint, summovere sedule non ommittas. Circa processum autem illius negotii de quo in eisdem litteris mentio

habebatur, directione nostra providentia tua, fili, non indiget. Habes enim multos consiliarios qui in hiis circumspectionem tuam possunt plenius informare. Sed sicut alias nos scripsisse meminimus, expedit, ut veritas dicti negotii ulterius occultetur, quod absit, extinguere iniquitatis intendit sicut percepimus mammona ? principalis (*sic*) (1), Magistrum Radulphum ejusque filium, de quibus in eisdem litteris fiebat mentio, intendimus habere propensius commendatos. Recommendamus tue benivolentie negotia nostra et Ecclesie ac nostrorum. Profecto ad honorem regium tuumque, fili, cederet si illi dampnate memorie Mathei de Vicecomitibus de Mediolano filii de heresi condempnati ac Mediolanenses eorum fautores in regno non reciperentur Francie, sed, ipsis captis, eorum bona que in dicto regno obtinent, caperentur, regali camere applicanda : quod ut fiat optamus tuam magnificentiam et rogamus operosum studium adhibere. Datum Avinione, VI idus martii, anno nono ».

2416 Avignon, 10 mars 1325.

Carolo, regi Franciae, ut pro bono pacis et negotio Terrae Sanctae treugas cum rege Angliae proroget, adventu reginae Isabelle ad hoc profuturo. (Reg. 113, fol. 8 v°, c. 74).

« *Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Attendentes inter te, fili carissime, ac carissimum in Christo filium nostrum E. regem Anglie illustrem reformande pacis innumera commoda proventura necnon dispendia non facile numeranda que dissensio ipsa probabiliter comminatur, ad pacem ipsam regios animos salutaribus monitis et affectuosis precibus laboravimus inclinare. Et licet adventus carissime in Christo filie nostre Isabellis, regine Anglie illustris, germane tue, spem nobis et multis aliis tribuat quod Ille in cujus manu corda consistunt regia et quo voluerit vertit ea, dissidentium corda tetigerit et disponat ad pacem, angustia tamen temporis treugarum inter te dictumque regem Anglie initarum timere nos solicitat quod optate paci opponat obicem tractatumque ipsius impediat vel perturbet. Nos igitur qui obstacula queque in hac parte cessare desideranter appetimus, serenitatem regiam obsecramus in Domino quatinus in consideratione deducto quantum pax ipsa accepta sit Deo quantumque tibi et regi prefato Anglie ac vestris existat accommoda subditis, et expediens negotio Terre Sancte, nobisque ac cunctis fidelibus sit votiva, ne dilatio brevis temporis que afferre nulla videtur incommoda impediat tanta bona, ad prorogandum treugas ipsas, si predicti regis Anglie pars super hoc institerit, ob honorem Regis pacifici, animum inclines regium usque ad tempus quod ad perficiendum ceptum pacis tractatum videris expedire » (1).

(1) Texte corrompu ? Il manque dans Riezler.

2417 Avignon, 10 mars 1325.

Carolo, comiti Valesii, super eodem. (Reg. 113, fol. 8 v°, c. 75).

« *Carolo, comiti Valesii.* Timentes ne angustia... efficaciter interponas » (2).

2418 Avignon, 10 mars 1325.

In e. m. Johannae, reginae Franciae. (Reg. 113, fol. 8 v°, p. c. 75).

2419 Avignon, 10 mars 1325.

Alphonso de Hispania, super eodem. (Reg. 113, fol. 8 v°, c. 76).

« *Alfonso de Hispania.* Quia tractatum pacis — Datum Avinione, VI idus martii, anno nono ».

2420 Avignon, 10 mars 1325.

In e. m. Johanni de Cerchamont, decano Pictavensi, cancellario regis Franciae. (Reg. 113, fol. 8 v°, p. c. 76).

(1) La date est donnée ci-après n° 2419.
(2) Pour la date, voyez ci-après, n° 2419.

2421 Avignon, 10 mars 1325.

Nuntiis apostolicis ut praefatas litteras dicto regi Franciae et aliis directas praesentent vel retineant, studentes quod utilius exequi cognoverint. (Reg. 113, fol. 8 v°, c. 77).

« *Venerabilibus fratribus Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni, episcopo Aurasicensi, Apostolice Sedis nuntiis.* Verentes ne angustia temporis treugarum dudum inter carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, et E., Anglie reges illustres, initarum, tractatum pacis inceptum impediat vel perturbet, ecce quod eidem regi Francie ac carissime in Christo filie nostre Johanne regine Francie et Navarre illustri, consorti sue, necnon dilectis filiis nobilibus viris Carolo, comiti Valesii, et Alfonso de Hispania et etiam Johanni de Cerchamont, decano Pictavensi, dicti regis Francie cancellario, super prorogatione dictarum treugarum scribimus juxta formam quam cedula continet presentibus interclusa, volentes et fraternitati vestre mandantes quatinus super hoc interponatis, sicut expedire cognoveritis, partes vestras, ita tamen quod an juxta qualitatem hujusmodi negotii sint predicte littere presentande vel retinende, vel iste primo aut alie super pace hortatorie, deliberatione prius habita pleniori, exequi quod utilius cognoveritis studeatis, nobis litteras, si quas presentandas non videritis, remissuri, et rescripturi plenarie quicquid egeritis in hac parte. Datum ut supra ».

2422 Avignon, 10 mars 1325.

Consulibus villae Perpiniani, ut ordinationem per nuntios Sanciae, reginae Siciliae, factam super dissentionibus inter Philippum de Majoricis, thesaurarium ecclesiae Beati Martini Turonensis, tutorem Jacobi regis Majoricarum, ex parte una, et ipsos ex altera, integre observare studeant. (Reg. 113, fol. 35, c. 283).

« *Consulibus ville Perpiniani, Elnensis diocesis.* Displicenter percepimus hiis — Datum Avinione, VI idus martii, anno nono ».

2423 Avignon, 14 mars 1325.

Philippo, comiti Cenomanensi, quod ea quae Johannes de Vienna, decanus Cenomanensis, et nobilis vir Petrus de Jommayo, nuntii sui, pro parte sua petierunt, concedi non possunt. (Reg. 113, fol. 9, c. 78).

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, comiti Cenomanensi.* Ad ea que — Datum Avinione, II idus martii, anno nono ».

2424 Avignon, 17 mars 1325.

Cum Bremundo de Rosticino, prius capellano perpetuo in ecclesia Sancti Agricoli Avinionensis, perpetua vicaria ecclesiae Castri de Robiono, Cavallicensis diocesis, collata esset, eamdem capellaniam sic vacantem Johanni de Cavanhaco confert. (Reg. 113, fol. 134 v°, c. 891).

« *Dilecto filio Johanni de Cavanhaco, capellano perpetuo in ecclesia Sancti Agricoli Avinionensis.* Digne agere credimus — Datum Avinione, XVI kal. aprilis, anno IX° ».

2425 Avignon, 17 mars 1325.

Judicibus, ut praefatum Johannem in ejusdem capellaniae possessionem inducant. (Reg. 113, fol. 135, p. c. 891).

« *Judicibus.* Mandamus quatinus vos — Datum ut supra ».

2426 Avignon, 18 mars 1325.

Johanni, duci Britanniae, respondet quod, antequam litterae suae super prioratu ecclesiae Sancti Goalli Henrico de Bosco conferendo pervenissent, de dicto prioratu jam ordinatum erat. (Reg. 113, fol. 9, c. 79).

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, duci Britannie.* Receptis benignitate solita — Datum Avinione, XV kal. aprilis, anno nono ».

2427 [Avignon], 18 mars 1325.

Walterum, archiepiscopum Cantuariensem, de diligentia quam ad pacem inter Franciae et Angliae reges procurandam adhibuit commendat, eumque hortatur ut officiales et ministros suos a gravaminibus episcopo Lincolniensi inferendis coerceat. (Reg. 113, fol. 19 v°, c. 179).

« *Venerabili fratri Waltero, archiepiscopo Cantuariensi.* Presentatas nobis nuper fraternitatis tue litteras de sospitate votiva carissimorum in Christo filiorum nostrorum E., regis, et Isabellis, regine Anglie illustrium ac liberorum suorum necnon spe pacis reformande inter ipsum regem et carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, pro qua dicta regina erat, sicut habet litterarum ipsarum series, ad eundem regem Francie, germanum suum in Franciam profectura, et venerabilis frater noster.. Wyntoniensis episcopus, cum grato responso ad collegas suos pro pace destinatos predicta, iter suum jam arripuerat redeundi, rumores placidos nuntiantes recepimus leta manu et earum seriem pleno collegimus intellectu, ejusdem fraternitatis tue diligentiam in nuntiando premissa et exhortationibus nostris complendis adhibitam, desiderium quoque quod ad pacem ipsam procurandam habere dinosceris multipliciter in Domino commendantes. Sane quia venerabilis fratris nostri.. episcopi Lincolniensis habet gravis conquestio nobis missa quod per curiam et officiales tuos, ad instantiam et instigationem quorundam, beneficia ecclesiastica et alia jura sue diocesis absque justo titulo contra Deum ac honestatem et libertatem ecclesiasticam occupantium varia sibi gravamina inferuntur et [h]actenus sunt illata, prudentiam tuam attentius exhortamur quatinus officiales et ministros tuos adeo solerter et prudenter coerceas ab hujusmodi gravaminibus inferendis et jam illata ocius facias revocari, quod eidem episcopo de te vel officialibus ipsis juste conquerendi materia non supersit, quodque sincera devotio quam ad nos et Romanam geris Ecclesiam super predictis et aliis evidentius laudabilibus operibus comprobetur. Datum XV kal. aprilis, anno nono ».

2428 [Avignon], 21 mars 1325.

Raymundo, episcopo Mirapiscensi, ut officium inquisitorie diligenter exercere studeat. (Reg. 113, fol. 9, c. 81).

« *Venerabili fratri Raymundo, episcopo Mirapiscensi.* Fraternitatis tue litteris solita benignitate receptis et earum pagina seriose perlecta, placet nobis provisa per te carceralis muri constructio pro perfidis hereticis carcerandis. Ceterum ex petitionibus pro parte tua nobis exhibitis quibusdam, prout potuimus per nos benigniter exauditis, quia nobis et Sancte Romane Ecclesie infestissima noscitur ipsorum hereticorum invida rabies, que inconsutilem Dei tunicam seva dentium pravitate discindit, discretionem tuam solicita excitatione requirimus et hortamur attente quatinus incumbenti tibi officio inquisitionis hereticorum hujusmodi sic te, prout ardua materia exigit, diligenter et efficaciter habeas, quod preter divine retributionis premium consequaris inde apud nos et Apostolicam Sedem favoris et gratie incrementum. Super dubiis autem super quibus nos consultare curasti consilium cum fratribus nostris habebimus, quod visum extiterit tibi per alias nostras litteras rescribemus. Datum XII kal. aprilis, anno nono ».

2429 Avignon, 21 mars 1325.

Consules et populum de Perpiniano hortatur ut, amotis impedimentis quibusvis, per Berengarium de Podio, militem, Jacobum, regem Majoricarum, nutriri permittant et custodiri. (Reg. 113, fol. 36, c. 292).

« *Consulibus et populo de Perpiniano, Elnensis diocesis.* Non sine admiratione noviter accepimus quod vos dilecto filio nobili viro Berengario de Podio, militi, nutritore et custode carissimi in Christo filii nostri Jacobi, regis Majoricarum illustris, pupilli, de domo regia quasi violenter expulso, dictum regem nutriendum et custodiendum alii vel aliis commisistis. Cum autem circa personam regis ipsius qui ut nostis, puer delicatus et tener existit, posset ex mutatione hujusmodi proventurum periculum, quod vobis imputaretur procul dubio imminere, prudentiam vestram rogamus et hortamur attente quatinus, tanquam viri discretione prediti, fame et honori vestris super hiis consulentes ac periculis hujusmodi diligentius precaventes, per eundem militem, qui de fidelitate ac maturitate plurimum commendatus, ejusdem regis conditionem et qualitatem nosce debet plenius, cum tam ipsum quam patrem suum in pueritia nutrivisse dicatur, prefatum regem nutrire et custodire, amotis impedimentis quibusvis, libere permittatis, dilecto filio Philippo de Majoricis, thesaurario ecclesie beati Martini Turonensis regis predicti patruo et tutori prompte et fideliter super hiis que administrationem tutele pertinent parentes, ac etiam intendentes, quod de fidelitate ac obdientia exibitione laudabi-

lium operum comprobatis valeatis merito commendari. Datum ut supra [XII kal. aprilis, anno nono] ».

2430 Avignon, 22 mars 1325.

Regi Franciae, ut Mediolanenses in regno commorantes seu mercimonia exercentes per captionem personarum et bonorum ad resipiscendum ab erroribus suis compellat. (Reg. 113, fol. 9, c. 82; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 212, n. 458, extrait).

« *Dicto regi Francie.* Dudum dilectus filius noster Bertrandus, tituli Sancti Marcelli presbiteri cardinalis, Apostolice Sedis legatus, adversus Mediolanenses intrinsecos qui dampnate memorie Matheo de Vicecomitibus de Mediolano, heretico et de heretica pravitate sententialiter et publice per suos competentes judices condempnato, contra tenorem processuum nostrorum excommunicationis et interdicti aliasque diversas spirituales et temporales penas et sententias continentium adheserant et adherebant ac faverant et favebant prestiterantque ac prestabant publice auxilium, consilium et favorem, litterarum nostrarum sibi directarum auctoritate procedens, quamvis predicta existerent adeo notoria quod nulla poterant tergiversatione celari, utpote quorum erat testis universus populus vicinie et circumposite regionis, super hoc tamen informatione recepta et magna maturitate servata, cum sibi de premissis constaret, nuntiando decrevit et decernendo nuntiavit civitatem predictam Mediolanensem ac universitatem et communitatem ipsius incidisse ratione fautorie et adhesionis predicte in penas et sententias contentas in processibus supradictis, et nichilominus cives predictos predicti fautores heretici et adherentes eidem exposuit, immo declaravit expositos a fidelibus capiendos et ut capientium servi fierent, ipsorum bona omnia mobilia et immobilia et jura quecumque et ubicumque consistentia, occupanti concessit, seu potius ostendit concessa, ipsorum debitoribus licite debita retinendi, etiam si ad illorum solutionem sub pena vel juramento aut quacumque firmitate alia tenerentur, licentiam concedendo. Cum autem nonnulli ex Mediolanensibus dampnatis hujusmodi adhuc in suis erroribus perdurantes, non curaverint hactenus nec curent ad gremium Sancte matris Ecclesie, ut tenentur, redire, sed potius currendo per diversoria mortis precipites et mala malis dampnabilibus cumulando, Galeacio, Marcho, Luchino, Stephano et Johanni, Mathei heretici predicti filiis et de heresi sententialiter a suis competentibus judicibus per diffinitivas sententias condempnatis et solemniter publicatis, ante et post adheserint et adhereant, ac prestiterint et prestent, velut hostes Dei et Ecclesie, auxilium, consilium et favorem, multisque de illis, sicut habet fidedigna relatio, in diversis regni tui Francie partibus commorentur vel etiam conversentur, diversa ibidem mercimonia exercendo, excellentiam regiam rogamus et hortamur attentius in Domino quatinus Mediolanenses in regno commorantes seu mercimonia exercentes predicta, per captionem personarum et bonorum ipsorum ac alias prout sublimitati regie videbitur, pro divina et Apostolice Sedis reverentia, orthodoxe zelo fidei consolationeque fidelium taliter percelli faciat regia celsitudo quod ipsi, debita contritione contriti, a suis resipiscant erroribus et ad Sancte matris Ecclesie redeant unitatem. Ex hoc enim, fili carissime, gratum eterno regi prestabis obsequium et apud eum, preter humane laudis preconium, indubitanter mereberis gratie abundantiam amplioris » (1).

2431 Avignon, 22 mars 1325.

Carolo, comiti Valesii, ut dictum regem ad praemissa inducat. (Reg. 113, fol. 9 v°, c. 83).

« *Carolo, comiti Valesii.* Cum nos carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, ut Mediolanenses intrinsecos, fautores dampmnate memorie quondam Mathei de Vicecomitibus heretici, ac Galeacii, Marchi, Luchini, Stephani et Johannis, ejusdem Mathei filiorum, condempnatorum sententialiter et publice per suos competentes judices de heretica pravitate, in regno Francie mercimonia exercentes, per captionem personarum et bonorum ipsorum et alias, prout sue sublimitati videbitur, taliter ob Dei honorem et reverentiam et consolationem fidelium percelli faciat, quod ispsi, suis relictis erroribus, ad Sancte matris Ecclesie redire curent gremium, dirigamus per alias litteras preces nostras, magnificentiam tuam rogamus attentius et hortamur quatinus, ut rex ipse precibus nostris favorabiliter annuat in

(1) La date est donnée par la lettre suivante.

hac parte pro divina et Apostolice Sedis reverentia zeloque fidei orthodoxe, velis efficaciter interponere partes tuas. Datum Avinione, XI kal. aprilis, anno nono ».

2432 Avignon, 22 mars 1325.

Nuntiis apostolicis, ut prefatas litteras dicto regi Franciae et dicto comiti Valesii praesentantes, eos ad illarum executionem inducant. (Reg. 113, fol. 9 v°, c. 84).

« *Venerabilibus fratribus Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni, episcopo Aurasicensi, Apostolice Sedis nuntiis.* Super captione personarum et bonorum Mediolanensium, fautorum dampnate memorie quondam Mathei de Vicecomitibus ac filiorum ejus, hereticorum et rebellium, in regno Francie commorantium seu mercimonia exercentium, carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, et dilecto filio magnifico viro Carolo, comiti Valesii, scribimus juxta formam quam cedula continet presentibus interclusa, volentes et fraternitati vestre mandantes quatinus eisdem regi et comiti easdem litteras, sicut expediens cognoveritis presentantes, circa illarum executionem instetis prout videritis oportunum, nos de hiis que circa premissa fieri contigerit reddituri nichilomimus certiores. Datum ut supra ».

2433 Avignon, 22 mars 1325.

Cum Rustagno Fabri, prius capellano perpetuo in ecclesia Sancti Agricoli Avinionensis, capellaniam Beatae Mariae de Fenolheto Avinionensis collata esset, eamdem Sancti Agricoli capellaniam sic vacantem Pontio Scatilhi confert. (Reg. 113, fol. 135, c. 892).

« *Dilecto filio Pontio Scatilhi* (1), *capellano perpetuo in ecclesia Sancti Agricoli Avinionensis.* Laudabile testimonium quod — Datum Avinione, XI kal. aprilis, anno nono ».

2434 Avignon, 22 mars 1325.

Judicibus ut praefatum Pontium in ejusdem capellaniae possessionem inducant. (Reg. 113, fol. 135 v°).

(1) Index : *Scatili.*

« *Judicibus.* Mandamus quatinus vos — Datum ut supra ».

2435 Avignon, 24 mars 1325.

Philippo, comiti Cenomanensi, respondet se subsidium petitum de fructibus beneficiorum in aliqua parte regni Franciae vacantium, intuitu onerum ecclesias ejusdem regni jam praegravantium, concedere non posse. (Reg. 113, fol. 9 v°, c. 85).

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, comiti Cenomanensi.* Missas nobis tue nobilitatis litteras per dilectos filios Johannem de Vienna, decanum ecclesie Cenomanensis, et nobilem virum Petrum de Jaumayo, nuntios tuos, benignitate recepimus consueta, et que prefati nuntii pro parte tua coram nobis prudenter exponere sub commissa sibi per litteras ipsas credentia curaverunt, eedemque continebant littere intelleximus diligenter. Sane, fili, quia inter cetera, ut in aliqua parte regni Francie tibi de fructibus beneficiorum vacantium ministrari faceremus aliquod subsidium prefati nuntii petierunt, nos considerantes attentius ecclesias et personas ecclesiasticas dicti regni adeo fore multis et diversis oneribus pregravatas quod nos etiam pro magnis Ecclesie Romane necessitatibus quibus ob hereticorum ac rebellium et scismaticorum persecutionem diversimodo premitur, alia sibi imponere nolumus ex magne compassionis affectu onera, petitioni predicte decenter annuere non valemus. Quare tua nobilitas, que utinam a nobis talia que absque nostra indecentia, Dei offensa, et proximi lesione possemus concedere, peteret, nos super hiis habeat, quesumus, excusatos. Super aliis autem tuis petitionibus nobis oblatis fecimus et concessimus quicquid decenter et secundum Deum potuimus, prefatisque nuntiis favorabiliter respondimus sicut ipsi tue providentie referre plenius poterunt oraculo vive vocis. Datum Avinione, IX kal. aprilis, anno nono ».

2436 Avignon, 24 mars 1325.

Eidem comiti qui obsequia contra hostes Ecclesiae in Lombardiae partibus et alibi obtulerat, gratias agit. (Reg. 113, fol. 10, c. 86).

« *Eidem comiti.* Licet Sancte matris Ecclesie filiorum sincera devotio mentem nostram letificet non

indigne, in illis tamen precipua jocunditate letamur qui precellentis potentie magnitudine prediti et humilitatis devote gratia fecundati, student eidem matri filialem exhibere reverentiam, existentes honoris ipsius fervidi zelatores. Hanc igitur devotionem in te, fili, vigere clarius nobilitatis tue littere per dilectos filios Johannem de Vienna, decanum ecclesie Cenomanensis, et nobilem virum Petrum de Jaumayo, tuos nuntios nobis novissime presentate, quas leta manu recepimus, erga matrem ipsam Ecclesiam pretendebant, dum clara progenitorum tuorum imitando vestigia, nobis et eidem Ecclesie possibilitatis tue obsequia contra rebelles et hostes ejusdem in partibus Lombardie vel alibi ubi fuerit expediens, guerris regiis cessantibus, per easdem litteras obtulisti. Super quibus sinceritatem devotionis tue gratiarum actionibus uberibus prosequentes rogamus et hortamur attente quatinus continuare zelum devotionis hujusmodi non omittas, pro certo sciturus quod quanto matrem ipsam promptiori curaveris studio revereri, tanto majori felicitate letaberis, et ab ea que te velut filium predilectum brachiis sincere dilectionis astringit, mereberis gratis et favoribus amplioribus honorari. Datum ut supra ».

2437 Avignon, 25 mars 1325.

Guillelmo de Bosco quoddam perpetuum beneficium ecclesiasticum diaconatus vulgariter nuncupatum, quod in ecclesia Sancti Agricoli Avinionensis Pontius Scatilhi nunc capellanus perpetuus ejusdem ecclesie prius obtinebat, confert. (Reg. 113, fol. 135 v°, c. 893).

« *Dilecto filio Guillelmo de Bosco, diacono perpetuo in ecclesia Sancti Agricoli Avinionensis.* Ad illorum provisionem — Datum Avinione, VIII kal. aprilis, anno nono ».

2438 Avignon, 25 mars 1325.

Judicibus, ut praefatum Guillelmum in ejusdem beneficii possessionem inducant. (Reg. 113, fol. 136, p. c. 893).

« *Judicibus.* Mandamus quatinus vos — Datum ut supra ».

2439 Avignon, 25 mars 1325.

Episcopo Elnensi, ut residuum decimae sexennalis a Clemente V impositae, in sua diocesi colligat eumque Hugoni de Mirabello, praeposito Mimatensis, capellano apostolico, et Bernardo de Sancto Mauritio, praecentori Autissiodorensis ecclesiarum, Apostolicae Sedis nuntiis, assignet. (Reg. 113, fol. 155 v°, c. 961).

« *Venerabili fratri.. episcopo Elnensi.* Admiranter nuper accepimus — Datum Avinione, VIII kal. aprilis, anno nono ».

2440 Avignon, 26 mars 1325.

Ludovico de Sabaudia, de piscibus qui turtures dicuntur ipsi transmissis regratiatur suisque petitionibus a Girardo de Orotis, canonico Lausanensi, praesentatas responsionem mittit. (Reg. 113, fol. 62, c. 477).

« *Ludovico de Sabaudia, domino Waudi.* De piscibus qui. — Datum Avinione, VII kal. aprilis, anno nono ».

2441 Avignon, 27 mars 1325.

Gaufrido, Malleacensi episcopo, ut quemdam falconem quem in terris Petri de Jauneyo, militis, ceperat, eidem restituat et ab omni injuria contra dictum Petrum vel ejus filium, Malleacensis ecclesiae monachum, se abstineat. (Reg. 113, fol. 10, c. 90).

« *Venerabili fratri Gaufrido, episcopo Malleacensi.* Referente dilecto filio nobili viro Petro de Jauneyo, milite, nuper accepimus quod quendam falconem in certo territorio dicti militis, in quo ad ipsum et nullum alium avium hujusmodi captionem pertinere asserit, cepisti seu capi fecisti, non absque suo grandi prejudicio et contemptu. Quocirca fraternitatem tuam requirimus et hortamur attente quatinus, prefatum militem habens pro nostra et Apostolice Sedis reverentia propensius commendatum, ab inferendis sibi super hiis et aliis injuriis et novitatibus indebitis prorsus abstineas, ac de illatis, si que sint, eidem promptam satisfactionem impendas, dilectum filium Gaufridum natum prefati militis, ecclesie tue monachum, quominus prepositurum ejusdem ecclesie vel aliud beneficium

ecclesiasticum ad ipsum de jure pertinens assequi libere valeat impedimentum nullatenus contra justitiam prestiturus sicque te super hiis habiturus quod eidem militi de juste conquerendi materia non supersit. Datum Avinione, VI kal. aprilis, anno nono ».

2442 Avignon, 27 mars 1325.

Consulibus et populo Perpiniani, ut attemptata contra Philippum de Majoricis, thesaurarium ecclesiae Beati Martini Turonensis, Jacobi regis Majoricarum patruum et tutorem revocent dictoque tutori pareant. (Reg. 113, fol. 32 v°, c. 263).

« *Dilectis filiis consulibus et populo de Perpiniano, Elnensis diocesis.* Mirari cogimur admodum quod, licet ex affectu caritatis paterne tam carissimi in Christo filii nostri Jacobi, regis Majoricarum illustris ac regni et terrarum suorum quam vestrum statum zelantes prosperum et tranquillum, vos, ut dilecto filio Philippo de Majoricis, thesaurario ecclesie Beati Martini Turonensis, ejusdem regis patruo et tutori, super hiis que ad hujusmodi tutele regimen pertinent parere curaretis et efficaciter intendere alias duxerimus exhortandos, vos tamen, nostris in hac parte persuasionibus et exhortationibus salubribus, sicut accepimus, obauditis, eidem tutori obedire, non absque multis periculis et variis scandalis dictique regis et jurium suorum dispendiis, recusantes, per litteras quodam sigillo novo quod sub nomine dicti regis fabricari fecistis, ut asseritur, sigillatas, mandasse nonnullis prefati tutoris consiliariis dicimini, ut recedant a terris et finibus dicti regni. Cum autem premissa, si eis suffragetur veritas, in dicti regis et jurium suorum dispendium dictique tutoris contemptum, ac honoris et fame vestre lesionem non modicam et status illius regionis turbationem pacifici redundare noscantur, providentiam vestram rogamus et hortamur attentius quatinus, premissis et aliis que vos scire potestis plenius in scrutinio recte considerationis adductis, tanquam viri discretione et maturitate pollentes, ab illis desistatis penitus et ea que minus provide per vos attemptata fuerint super hiis circumspectione provida revocetis, dicto tutori qui [non] presidendi cupiditate sed proficiendi caritate, ut vos nosse credimus, dicti regis tutelam suscepisse noscitur, taliter pareatis quod hujusmodi periculis et scandalis omnino cessantibus, status regionis illius pacis et quietis commodis sicut desiderabiliter appetimus perfruatur. Datum Avinione, VI kal. aprilis, anno nono ».

2443 Avignon, 27 mars 1325

Raymondo, Agatensi, et Guillelmo, Vasatensi episcopis, ut praefatas litteras eisdem consulibus et populo praesentent eosque ad obedientiam inducant. (Reg. 113, fol. 32 v°, c. 264).

« *Venerabilibus fratribus Raymundo, Agatensi, et Guillelmo, Vasatensi episcopis, Apostolice Sedis nuntiis.* Ecce quod dilectis — Datum ut supra ».

2444 Avignon, 30 mars 1325.

Bochardo, comiti Vindocinensi, litteras suas per Huetum Biseum, scutiferum suum, praesentatas recepisse nuntiat eique eumdem Huetum remittit. (Reg. 113, fol. 10 v°, c. 91).

« *Dilecto filio nostro nobili viro Bochardo, comiti Vindocinensi.* Tue nobilitatis litteris — Datum Avinione, III kal. aprilis, anno nono ».

2445 Avignon, 31 mars 1325.

Edmundo, regis Angliae filio, ne permittat duellum inter Guillelmum Amanevi de Madalhano et Pontium Amanevi germanos fieri. (Reg. 113, fol. 20 v°, c. 183).

« *Dilecto filio Edmundo clare memorie E., regis Anglie, filio.* Dudum infestis rumoribus... uberius promereri (1) ».

2446 Avignon, 31 mars 1325.

Praefatum Amanevum ad pacem hortatur. (Reg. 113, fol. 20 v°, c. 184).

---

(1) La date est donnée plus bas, après l'*in e. m.*, n° 2446.

« *Dilecto filio nobili viro Guillelmo Amanevi de Madalhano.* Quod contra dilectum... operibus acquiescas (1) ».

2447 Avignon, 31 mars 1325.

In e. m. dicto Pontio Amanevi. « Datum Avinione, II kal. aprilis, anno nono ». Reg. 113, fol. 20 v°, p. c. 184).

2448 Avignon, 31 mars 1325.

Bertrando, ababti Sancti Florentii Salmuriensis, quod benedictionis munus a quocumque maluerit antistite recipere possit. (Reg. 113, fol. 137, c. 897).

« *Dilecto filio Bertrando, abbati monasterii Sancti Florentii Salmuriensis, ordinis sancti Benedicti, Andegavensis diocesis.* Cum nuper monasterio — Datum Avinione, II kal. aprilis, anno nono ».

2449 Avignon, mars 1325.

Regi Franciae respondet quod comitem Juliacensem super occupatione ecclesiae Frisingensis excusatum habens, duobus consanguineis et uni clerico ejusdem comitis de quibusdam beneficiis providere intendit. (Reg. 113, fol. 9, c. 80).

« *Predicto regi Francie* [*Carolo*]. Benigne receptis litteris regiis per quas dilectum filium nobilem virum comitem Juliacensem super occupatione ecclesie Frisingensis providentia regalis excusans, ut duobus consanguineis et uni clerico ipsius comitis providere de certis beneficiis dignaremur, quodque quibusdam permutationibus seu cessionibus ut verbis utamur regiis, inter ceteros prelatos Alamannie prolocutis, nostrum vellemus impertiri assensum, absque (?) conscientia regia nos rogavit, tue celsitudini breviter respondemus quod dictum comitem habemus super hiis excusatum, intendentes dictis consanguineis et clerico providere prout secundum Deum expedire videbimus, loco et tempore oportunis. Ceterum de permutationibus seu cessionibus predictis, alias loqui non audivimus nec credimus quod prelati predicti ad easdem intendant, immo de intentione quorundam ex ipsis contraria credimus esse certi (1) ».

(1) *Item.*

2450 Avignon, 1er avril 1325.

Nuntiis apostolicis qui eum de adventu reginae Angliae in Franciam certiorem fecerant laetitiam significat eisque quasdam litteras regi Angliae praesentandas mittit. (Reg. 113, fol. 10 v°, c. 92).

« *Venerabilibus fratribus Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni, episcopo Aurasicensi, Apostolice Sedis nuntiis.* Fraternitatis vestre litteras recepimus noviter nobis missas, de adventu carissime in Christo filie nostre Isabellis, regine Anglie illustris, in Franciam per easdem litteras nuntiato tanto letiores effecti quanto speramus citius inter carissimos in Christo filios nostros Carolum Francie et Navarre, et E., Anglie reges illustres, inde pacis concordiam, quam affectamus desiderabiliter, proventuram. Litteras autem nostras quas petiistis vobis diu est misimus, et eas ad manus vestras jam credimus pervenisse. Scribimus etiam itero prefato regi Anglie super negotiis venerabilium fratrum nostrorum.. Herfordensis et.. Lincolniensis episcoporum per litteras nostras alias juxta formam quam cedula continet presentibus interclusa, quas eidem regi presentandas, sicut expedire videritis, transmittatis, rescripturi nobis nichilominus quotiens oportunum extiterit super omnibus que de predictis et aliis cognoveritis rescribenda. Datum Avinione, kalendis aprilis, anno nono ».

2451 *Vacat.*

2452 Avignon, 1er avril 1325.

Bernardo Johannis, clerico Tolosano, ut summam pecuniae a Durando Parrola de Insula, Albiensis diocesis, Hugoni Geraldi, quondam episcopo Caturcensi debitam Ecclesiae Romanae nomine exigat et recipiat. (Reg. 113, fol. 137, c. 898).

(1) Ce document n'est pas daté, mais il figure parmi des lettres toutes datées du mois de mars (cap. 70 à 79 et 81 à 86, n. 2410 et sq.) dans une partie du registre où l'ordre chronologique, au moins par mois, est presque régulièrement suivi ; il semble donc qu'on puisse l'attribuer aussi au mois de mars.

« *Dilecto filio Bernardo Johannis, clerico Tholosano.* Accepimus nuper quod dilectus filius Durandus Parrola de Insula, Albiensis diocesis, priusquam quondam Hugo Geraldi episcopus Caturcensis, suis demeritis exigentibus, omnibus bonis suis ac officio et beneficio pontificalique dignitate per nos privatus fuisset, eidem Hugoni certis ex causis in nongentis libris turonensium tenebatur astrictus, quam pecunie summam quondam Johannes Pauleti, clericus Mimatensis diocesis, ad petendum, exigendum et recipiendum nostro nomine bona prefati Hugonis per nostras certi tenoris litteras deputatus, ab ipso Durando inceperat exigere, certis super hoc per ipsum processibus habitis antequam diem clausisset extremum. Cum autem prefatus Durandus, adhuc nostre Camere, ad quam bona dicti Hugonis pertinent, de summa pecunie hujusmodi satisfactionem impendere non curavit, nos ejusdem Camere volentes indempnitatibus super hiis providere ac de tue circumspectionis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes, discretioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus predictam summam pecunie et alia bona dicti Hugonis que penes eundem Durandum esse vel ad que ipsum teneri per informationem a te summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura judicii super hiis faciendam vel alia legitima documenta repereris, processus dicti quondam Johannis in statu quo sunt resumendo vel de novo, prout tibi expedientius videbitur, inchoando, nostro et Ecclesie Romane nomine petere, exigere et recipere studeas diligenter, ipsum Durandum ad hoc per censuram ecclesiasticam et alia oportuna remedia, appellatione postposita, compellendo, non obstante — Datum Avinione, kalendis aprilis, anno nono ».

2453 Avignon, 3 avril 1325.

Carolo, regi Franciae, ut germanum ac nepotes ipsius quorum presentia carere non potest, a personali servitio in guerra Vasconiae excusatos habere velit. (Reg. 113, fol. 10, c. 87).

« *Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Excellentiam regiam supponimus non latere quantum nobis dilectorum filiorum nobilium virorum.. germani ac nepotum nostrorum, devotorum tuorum et fidelium, personalis assistentia et nostris obsequiis jugiter oportuna [sit]. Cum itaque illorum presentia carere commode non possimus, sublimitatem tuam affectione qua possumus deprecamur quatinus eos et illorum quemlibet a personali servitio guerre Vasconie, si eam, quod Deus avertat, contingit procedere, habere placeat nostre contemplationis intuitu favorabiliter excusatos. Datum Avinione, III nonas aprilis, anno nono ».

2454 Avignon, 3 avril 1325.

Carolo, comiti Valesii, super eodem. (Reg. 113, fol. 10, c. 88).

« *Carolo, comiti Valesii.* Magnificentiam tuam etc.. usque in fine, mutatis mutandis ».

2455 Avignon, 3 avril 1325.

In e. m. Alphonso de Hispania. (Reg. 113, fol. 10, p. c. 88).

2456 Avignon, 3 avril 1325.

Archiepiscopo Viennensi et episcopo Aurasicensi super eodem. (Reg. 113, fol. 10, c. 89).

« *Venerabilibus fratribus Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni, episcopo Aurasicensi.* Ecce quod carissimo. — Datum ut supra proxima ».

2457 Avignon, 5 avril 1325.

Eduardo, comiti Barensi, quod certa subsidia petita concedi non possunt respondet. (Reg. 113, fol. 47, c. 367 ; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 218, n. 471, extrait).

« *Dilecto filio nobili viro Eduardo, comiti Barensi.* Nobilitatis tue recepimus — Datum Avinione, nonis aprilis, anno nono ».

2458 Avignon, 5 avril 1325.

Ferrico, duci Lotharingiae, super eodem. (Reg. 113, fol. 47, c. 368 ; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 218, n. 471, note 1, extrait).

« *Eidem* [*Ferrico*], *duci Lotharingie*. Miramur, fili, quomodo super illis pro quibus dilectus filius nobilis vir Ancelinus, dominus de Gurilla, pro parte tua et dilecti filii nobilis viri Eduardi, comitis Barensis, nostram noscitur hiis diebus preteritis presentiam adiisse, dilectum filium Hugonem de Asseyo, canonicum Virdunensem, ad Sedem duxeris Apostolicam destinandum, cum cause propter quas ad facienda tibi et eidem comiti postulata subsidia commode non poteramus annuere adhuc durent. Quocirca nobilitatem tuam attentius deprecamur quatinus nos habere velis super hiis excusatos. Ad hoc quibusdam petitionibus per eundem Hugonem pro parte tua nobis oblatis favorabiliter annuimus, sicut in confectis inde litteris apostolicis plenius continetur. Datum ut supra ».

2459 Avignon, 6 avril 1325.

Johanni de Arpadella, ut bona cujusdam rectoris, cujus nomen non exprimitur, custodiat in subsidium Terrae Sanctae convertenda. (Reg. 113, fol. 10 v°, c. 93).

« *Dilecto filio magistro Johanni de Arpadella, decano ecclesie Xanctonensis, capellano nostro*. Receptis litteris tuis — Datum Avinione, VIII idus aprilis, anno IX° ».

2460 Avignon, 6 avril 1325.

Comiti Cenomanensi respondet se Johannem de Cabilone ecclesiae Basiliensi per obitum Gerardi nuper vacanti et apostolicae dispositioni reservatae in episcopum praefecisse. (Reg. 113, fol. 10 v°, c. 94).

« .. *comiti Cenomanensi*. Super promotione dilecti — Datum Avinione, VIII idus aprilis, anno nono ».

2461 Avignon, 9 avril 1325.

Jordano de Lobercio respondet quod filium ejus pro cujus provisione litteras scripserat, commendatum habere intendit. (Reg. 113, fol. 10 v°, c. 95).

« *Jordano de Lobercio, senescallo Petragoricensi*. Nobilitatis tue litteris — Datum Avinione, V idus aprilis, anno nono ».

2462 Avignon, 9 avril 1325.

Regem Angliae hortatur ut incepta pro pace cum rege Franciae habenda perficiat eique pro quadam libertate cardinalibus concessa gratias agit. (Reg. 113, fol. 21, c. 190).

« *Eidem regi* [*Anglie*]. Presentatas nobis novissime celsitudinis regie litteras solite benignitatis affectu recepimus, et que continebantur in eis pleno collegimus intellectu. Sane, fili carissime, prefate littere inter cetera continebant quod tu, pacis et caritatis federa inter te ac carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, pura intentione reformari desiderans, juxta nostras et venerabilium fratrum nostrorum Guillelmi, archiepiscopi Viennensis, et Hugonis, episcopi Aurasicensis, nuntiorum nostrorum, quos ad tuam et ejusdem regis presentiam dudum propter hoc destinavimus, salubria monita tuos sollempnes ambassiatores et nuntios, videlicet venerabiles fratres nostros.. Norwycensem et .. Wintoniensem episcopos, ac dilectum filium nobilem virum Johannem de Britannia, comitem Richemundie, primo cum potestate plenaria, et postmodum dictorum nuntiorum nostrorum et ambassiatorum tuorum persuasionibus et consiliis acquiescens, pro pace ipsa obtinenda facilius et dissensionis vepribus extirpendis, carissimam in Christo filiam nostram Isabellem, reginam Anglie illustrem, consortem tuam, ad ejusdem Francie regis, germani sui, presentiam destinasti. Nos itaque de tuo laudabili proposito quod ad pacem stabiliendam hujusmodi et dissensionis materiam amputandam te habere litterarum ipsarum serie descripsisti, leti admodum et jocundi, tam super missione regine quam nuntiorum predictorum utique nobis grata circumspectionem regiam plurimum in Domino commendamus cum per hoc pacem ipsam cum eodem rege velle perquirere et habere, quod Deo gratum existere tibique honorabile indubitanter supponimus, manifestius te ostendas. Rogamus igitur excellentiam regiam et hortamur in Domino Jhesu Christo quatinus hujusmodi laudabile propositum et operationem inceptam provide circa illud continuare usque ad votivum exitum non postponas, Ei qui est pax vera semper asserens in devotione spiritus super hiis et aliis mentem tuam sibique complacere in tuis actibus satagas, honorando ecclesias et personas ecclesiasticas regni tui eisque pro reverentia Regis pacifici et excelsi a contumeliis, injuriis et

oppressionibus officialium et subditorum tuorum indebitis in pacis dulcedine defendendo, ut si forsan, propter jam illatas eis, sicut fertur, actenus injurias irritatus Altissimus concuti turbationum fluctuationibus permiserit regnum tuum, injuriis ipsis amodo cessantibus, pia miseratione placatus, tibi dictoque regno pacis et tranquillitatis habundantiam tribuat, sicut desiderabiliter appetimus et curamus. Nos autem circa reformationem pacis ejusdem, que multum insidet cordi nostro, quicquid potuimus fecimus et facere non cessamus nec cessare intendimus donec illam concesserit Actor pacis. Noviter enim et alias sepius dictis nuntiis nostris mandavimus ut quecunque per nos fieri possint ad que prompti sumus et esse proponimus, circa illam nobis rescribere quotiens oportunum fuerit non ommittant. Ad hoc super libertate quam de decimis beneficiorum ecclesiasticorum fratrum nostrorum Sancte Romane [Ecclesie] cardinalium infra dictum regnum consistentium eisdem impendit magnificentia regia sicut litterarum predictarum posteriorum clausula continebat, regalem providentiam gratiarum actionibus prosequimur, illam propterea digne laudis preconiis in Domino nichilominus attollentes. Datum Avinione, V idus aprilis, anno nono ».

2463 Avignon, 10 avril 1325.

Johanni de Arpadella, quod Ecclesiae Romanae negotia prosequatur, expensis necessariis a mercatoribus societatis de Bardis ministrandis. (Reg. 113, fol. 10 v°, c. 96).

« *Dilecto filio magistro Johanni de Arpadella, decano ecclesie Xanctonensis, capellano nostro.* Volumus et tue — Datum Avinione, IIII idus aprilis, anno nono ».

2464 Avignon, 11 avril 1325.

Gasberto, archiepiscopo Arelatensi, ut electionem Berengarias de Corvo in abbatissam monasterii Sanctae Clarae Avinionensis post renunciationem Alasiae de Salvano, olim ejusdem monasterii abbatissae factam, confirmet. (Reg. 113, fol. 141 v°, c. 911 ; — C. Eubel, *Bullarium francisc.*, t. V, p. 285, n. 570).

« *Venerabili fratri Gasberto archiepiscopo, Arelatensi, camerario nostro.* Dilecte in Christo — Datum Avinione, III idus aprilis, anno IX ».

2465 Avignon, 12 avril 1325.

Eduardo, regi Angliae, ut Heliae, electo Lemovicensi, Archimbaldi, comitis Petragoricensis germano, restitui jubeat archidiaconatus Richemundiae bona temporalia. (Reg. 113, fol. 21 v°, c. 192).

« *Carissimo in Christo filio Edoardo, regi Anglie illustri.* Fidedigna relatione percepimus quod occasione dilecti filii nobilis viri Archimbaudi, comitis Petragoricensis, dilecti filii (1) pridem in exercitu carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, in Vasconie partibus, prout ejus fidelis et subditus ab ipso rege missus extiterat, existentis, bona temporalia archidiaconatus Richemundie quem dilectus filius Helias, electus Lemovicensis, germanus ejusdem comitis, canonice obtinet, gentes tue indebite arrestarunt, percepta iam ex ipsorum bonorum fructibus certa pecunie quantitate. Verum quia factum prefati comitis nequaquam debet in ipsius electi dispendium retorqueri, nosque tempus sue consecrationis usque ad unum annum ex certis probabilibus et rationabilibus causis prorogandum duxerimus, infra quod ex speciali dispensatione nostra retinere archidiaconatum eundem et fructus percipere bonorum hujusmodi sibi licet, rogamus excellentiam regiam et hortamur attente quatinus, contemplatione nostri et obtentu justicie, premissa bona et perceptam sicut predicitur inde pecuniam procuratori ejusdem electi restitui jubeas cum effectu, ita quod super hoc regie benivolentie meritum dignis prosequamur in Domino actionibus gratiarum. Datum Avinione, II idus aprilis, anno IX ».

2466 Avignon, 12 avril 1325.

Hugoni Lo Despensier juniori ut pro eadem restitutione facienda apud praefatum Eduardum insistat. (Reg. 113, fol. 21 v°, c. 193).

« *Dilecto filio nobili viro Hugoni Lodespensier juniori.* Fidedigna etc — Datum ut supra ».

(1) Dilecti filii *répété par erreur* ?

2467 Avignon, 12 avril 1325.

In e. m. Edoardi regis Angliae cancellario. (Reg. 113, fol. 21 v°, p. c. 193).

2468 Avignon, 12 avril 1325.

Archiepiscopo Eboracensi ut, pendente causa inter eum et Heliam, electum Lemovicensem, super jure visitationis archidiaconatus Richemundiae, eidem electo restituat dicti archidiaconatus bona indebite percepta. (Reg. 113, fol. 21 v°, c. 194).

« *Venerabili fratri.. archiepiscopo Eboracensi.* Cum inter te, ex parte una, et dilectum filium Heliam, electum Lemovicensem, ex altera, super jure visitationis archidiaconatus sui Richemundie causa in curia pendere dicatur, fraternitatem tuam requirimus et hortamur attente, tibi nichilominus per apostolica scripta mandantes quatinus, pendente causa hujusmodi, super visitatione premissa innovare vel attemptare aliquid non presumas, quin immo sibi seu procuratori suo pro eo restituas integre quicquid in prejudicium ipsius electi percepisti de bonis seu fructibus archidiaconatus ejusdem, et si quid alias super premissis indebite attemptasti, ita quod super hiis eidem electo juste querele materia non supersit. Datum ut supra ».

2469 [Avignon], 12 avril 1325.

Johannem, episcopum Wintoniensem, rogat ut regem Angliae ad favendum praedicto Lemovicensi electo inducat, eumque hortatur ut, durantibus treugis inter dictum regem Angliae et regem Franciae indictis, ad pacem inter eos procurandam partes suas interponat. (Reg. 113, fol. 22, c. 195).

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Wintoniensi.* Nuper fidedignis relatibus intelleximus displicenter quod gentes et officiales carissimi in Christo filii nostri E., regis Anglie illustris, procuratores dilecti filii Helie, electi Lemovicensis, in perceptione fructuum et proventuum archidiaconatus sui Richemundie in ecclesia Eboracensi, ea occasione quia dilectus filius nobilis vir Archambaldus, comes Petragoricensis, ejusdem electi germanus, carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, adhesit super facto exercitus Vasconie impediunt multipliciter et perturbant. Cum autem honori regio minime congruat nec conveniat etiam rationi quod dictus electus propter factum dicti fratris sui per gentes regias in suis beneficiis perturbetur, presertim cum dictum comitem ad adherendum prefato regi Francie debite fidelitatis juramentum astringat, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus memorato regi Anglie, cui per alias litteras nostras super hoc scribimus, suadeas et insistas efficaciter apud eum ut gentes et officiales suos cessare faciat ab impedimentis et molestationibus supradictis, ac sepedictum electum, cui nos usque ad certum terminum tempus de consecrandis episcopis a canonibus diffinitum, ex eo quia non erat in sacris ordinibus constitutus, de speciali gratia prorogavimus, cum ipso ut priora beneficia interim licite retinere valeat dispensando, suosque procuratores pro nostra et Apostolice Sedis reverentia super predictis, amotis impedimentis quibuslibet, favorabiliter prosequatur. Ceterum per tuas litteras intellecto treugas duraturas usque ad quindenam instantis festi Penthecostis inter reges predictos indictas teque una cum altero de nuntiis nostris et quibusdam aliis pro reformatione pacis votive annuente Domino in Angliam profecturum, letamur in Domino, ex hiis sperantes pacis predicte concordiam, quam desideranter appetimus, proventuram, tuamque fraternitatem hortamur attente quatinus circa illam interponere studeas efficaciter partes tuas, nobis sepius super hiis et aliis que tibi ocurrerint rescripturus. Datum II idus aprilis, anno nono ».

2470 Avignon, 12 avril 1325.

In e. m., verbis competenter mutatis, *Henrico, domino de Suliaco, buticulario Francice,* usque illam clausulam : « Ceterum ». Datum ut supra. (Reg. 113, fol. 22, p. c. 195).

2471 Avignon, 12 avril 1325.

Item *Hugoni, episcopo Aurasicensi, Apostolice Sedis nuntio,* addito post verbum scribimus : juxta formam quam cedula continet presentibus interclusa. Datum ut supra. (Reg. 113, fol. 22, p. c. 195).

2472 Avignon, 20 avril 1325.

Isabelli, reginae Angliae, de adventu episcopi Aurasicensis in Angliam, de mora archiepiscopi Viennensis in Francia et de negotio pacis cum rege Franciae habendae. (Reg. 113, fol. 22, c. 196).

« *Carissime in Christo filie Isabelli, regine Anglie illustri.* Accessum venerabilis fratris nostri Hugonis, episcopi Aurasicensis, ad presentiam carissimi in Christo filii nostri E., regis Anglie illustris, viri tui, moramque venerabilis fratris nostri Guillelmi, archiepiscopi Viennensis, in Francia, quos nobis tue celsitudinis innotuere littere gratos habemus admodum et acceptos. Sane, filia carissima, quia super reformatione pacis inter carissimum in Christo filium nostrum Carolum, Francie et Navarre, gernanum, et eundem regem Anglie, virum tuos, auctore Domino, faciende certus est tractatus habitus, sicut eedem littere continebant, super quo nuntiando et ad consensum regium obtinendum prefatus episcopus una cum nonnullis aliis in Angliam est profectus, quid interim prefato regi Francie scribere valeamus super hoc non videmus, sed de intentione prefati regis Anglie habita certitudine pleniori, parati erimus prefato regi Francie scribere prout viderimus expedire. Datum Avinione, XII kal. maii, anno nono ».

2473 Avignon, 20 avril 1325.

Dicto archiepiscopo Viennensi de mora ejus in Francia et de ejusdem Aurasicensis episcopi in Angliam adventu. (Reg. 113, fol. 22 v°, c. 199).

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Viennensi.* Moram tuam in Francia et venerabilis fratris nostri Hugonis, episcopi Aurasicensis, college tui super tractatu reformationis pacis inter carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, et E., Anglie reges illustres, accessum in Angliam nobis per tuas et ipsius litteras intimatos, gratos habemus admodum et acceptos, volentes tuamque providentiam solicitantes attente quatinus tuam circa premissa continuare diligentiam non postponens, nobis intimare procures que tibi super predictis et aliis occurrerint rescribenda » (1).

(1) La date est donnée par la formule *Datum ut supra* qui vient ci-après.

2473 *bis* Avignon, 20 avril 1325.

Item in e. m. dicto episcopo. Datum ut supra. (Reg. 113, fol. 22 v°, p. c. 199).

2474 Avignon, 20 avril 1325.

Hugonem de Engolisma, Apostolicae Sedis nuntium, ut ad pacem inter Franciae et Angliae reges reformandam necnon ad amovenda impedimenta a gentibus ipsius regis Angliae in bonis archidiaconatus Richemundiae apposita studium adhibeat hortatur eique creandi tres tabelliones potestatem concedit. (Reg. 113, fol. 22 v°, c. 200).

« *Dilecto filio magistro Hugoni de Engolisma, sacriste ecclesie Narbonensis, Apostolice Sedis nuntio.* Benigne recepimus litteras tuas novissime nobis missas et earum seriem pleno collegimus intellectu, diligentiam tuam, quam adhibuisti circa commissa tibi negotia et adhibere non cessas continue, plurimum in Domino commendantes. Sane cum super negotio pacis inter carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarrre, et E., Anglie reges illustres, actore Domino reformanda, quod admodum insidet cordi nostro, venerabiles fratres nostri Johannes, Wyntoniensis, et Hugo, Aurasicensis episcopi, ac dilectus filius nobilis vir Henricus, dominus de Suliaco, ad ejusdem regis Anglie presentiam dirigant, sicut accepimus, gressus suos, volumus quod apud eundem regem ac dictos episcopos et nobilem aliosque de quibus tibi videbitur instare super hiis, sicut oportunum cognoveris, non postponas. Ad hec super certis impedimentis appositis per gentes ipsius regis Anglie in bonis archidiaconatus Richemundie in prejudicium dilecti filii Helie, electi Lemovicensis, ejusdem archidiaconatus archidiaconi immovendis, prefato regi et quibusdam suis consiliariis dirigimus preces nostras, pro quarum exauditione votiva interponere studeas sedule partes tuas, rescripturus nobis sepius que super predictis et aliis tibi occurrentibus noveris rescribenda. Nos autem creandi tres tabelliones auctoritate nostra tibi sicut petieras concedimus potestatem, sicut in litteris nostris quas inde tibi mittimus plenius poteris intueri. Datum Avinione, XII kal. maii, anno nono ».

2475 Avignon, 21 avril 1325.

Eduardo, comiti Sabaudiae, ut Gerardo de Vargiace, clerico, qui de quibusdam bonis ab ejusdem comitis subditis violenter spoliatus erat, satisfactionem impendi faciat eique de securo conductu provideat. (Reg. 113, fol. 62, c. 479).

« *Dilecto filio nobili viro Eduardo, comiti Sabaudie.* Accepimus nuper quod — Datum ut supra [Avinione, XI kal. maii, anno nono] ».

2476 Avignon, 21 avril 1325.

Petro, episcopo Ruthenensi, de bobus et aliis carnalagiis regratiatur suasque petitiones exaudisse nuntiat. (Reg. 113, fol. 141, c. 909).

« *Venerabili fratri Petro, episcopo Ruthenensi.* De bobus et — Datum Avinione, XI kal. maii, anno IX ».

2477 Avignon, 22 avril 1325.

Hugoni Ademari, domino de Montilis, et Johanni de Crusolio, Valentinae diocesis, mandat ut super quosdam excessus, durantibus treugis inter Ademarum de Pictavia, comitem Valentinensem et Diensem, et Guillelmum episcopum Valentinum, indictis commissos veritatem inquirant. (Reg. 113, fol. 144 v°, c. 925).

« *Dilectis filiis nobilibus viris Hugoni Ademari de Montilis et Johanni de Crusolio, Valentine diocesis, dominis.* Dudum periculosis dispendiis que comminabatur dissentio inter venerabilem fratrem nostrum Guillelmum, episcopum Valentinensem, ex parte una, et dilectum filium nobilem virum Ademarum de Pictavia, comitem Valentinensem et Diensem, ex altera, et partis utriusque valitores et subditos, procurante pacis et quietis emulo suscitata, obviare paterne diligentie studiis cupientes, treugas inter ipsas partes earumque valitores et subditos duraturas usque ad certi temporis spatium sub certis modis, formis ac penis et sententiis auctoritate apostolica duximus indicendas, sicut in litteris nostris confectis super hoc plenius continetur. Verum cum per homines Montismarrani, Valentine diocesis, comiti predicto subjectos, de Bellomonte ac de Monteveneris et de Monteloigerio, ejusdem diocesis, hominibus episcopi supradicti, ac etiam per eosdem dicti episcopi homines prefatis hominibus dicti comitis vice versa invasiones, aggressiones et excessus varii, eisdem treugis durantibus, non absque fractione et violatione illarum, temeraria fuisse dicuntur commissi, nos volentes super hiis plenius informari, nobilitati vestre de consensu partium earundem committimus et mandamus quatinus super premissis usque ad diem date presentium quoquomodo commissis, vocatis evocandis, veritatem diligentius inquirentes, quicquid super eis inveneritis nobis referre fideliter studeatis, ut ordinare valeamus utilius quod nobis expediens videbitur in hac parte. Datum Avinione, X kal. maii, anno nono ».

2478 Avignon, 25 avril 1325.

Universis prelatis et clero provinciae Viennensis, de reservatione fructuum unius anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum ad praesens vacantium et usque ad unum annum vacaturorum, ut eosdem fructus libere et integraliter assignant. (Reg. 113, fol. 143 v°, c. 917).

« *Venerabilibus fratribus archiepiscopo Viennensi ejusque suffraganeis, ac dilectis filiis electis, abbatibus etc., per civitatem et diocesim ac provinciam Viennenses constitutis, salutem.* Necessitates innumeras et — Datum ut supra [Avinione, VII kal. maii, anno nono] ».

2479 Avignon, 25 avril 1325.

Zachariae de Sancto Juliano et Poncio Salvatoris, ut eosdem fructus in praedicta provincia recipiant et Camerae assignent. (Reg. 113, fol. 143 v°, c. 918).

« *Dilectis filiis Zacharie de Sancto Juliano, priori ecclesie Sancti Martini Viennensis, et Pontio Salvatoris, canonico Vivariensi, officiali Viennensi.* Necessitates etc. — Datum ut supra ».

2480 Avignon, 4 mai 1325.

Regi Franciae super receptione signi regii. (Reg. 113, fol. 11, c. 97).

« *Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Signum regium in litteris regiis nobis missum vidimus et in memoria retinemus eique adhibere fidem intendimus ac, prout decenter et honeste poterimus, hiis que sub illo postulata fuerint exauditionis januam aperire. Verum cum quam sint gravate ecclesie presertim in regno Francie quantisque nos oporteat respondere excellentia regia non ignoret, signo premisso illi, quesumus, uti placeat temperate. Datum Avinione, IIII nonas maii, anno nono ».

2481 Avignon, 4 mai 1325.

Eidem ea quae in Alamanniae partibus hiis diebus contigerunt, super quibus a Petro, Vivariensi episcopo, latius informari poterit, quadam cedula notificat. (Reg. 113, fol. 11, c. 98 ; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 223, n. 486, extrait).

« *Eidem.* De hiis que in partibus Alamannie hiis diebus percepimus contigisse, excellentiam regiam interclusa presentibus cedula poterit reddere certiorem, ac super illis et nonnulis aliis venerabilis frater noster Petrus, Vivariensis episcopus, honoris utique regii zelator sedulus, cui hoc commisimus, eandem latius informare poterit oraculo vive vocis, quem ex abundantia benivolentie regie commendamus. Datum ut supra ».

2482 Avignon, 4 mai 1325.

Matheo de Tria, marescallo Franciae, quomodo domus de Haymonte, Ambianensis diocesis, ad Hospitale Sancti Johannis Jerosolimitani spectans, sibi et consorti suae concedi poterit. (Reg. 113, fol. 11, c. 99).

« *Dilecto filio nobili viro Matheo de Tria, marescallo Francie.* Oblate nobis tam tue quam dilecte in Christo filie nobilis mulieris Johanne de Varenis, consortis tue, petitionis series continebant quod domum de Haymonte, Ambianensis diocesis, ad Hospitale Sancti Johannis Jerosolimitani spectantem, quam dilectus filius.. prior ejusdem Hospitalis in Francia tibi et eidem consorti usque ad novem annos certo modo concessisse dicitur, ad vitam vestram vel saltem ad triginta annos concedere dignaremur. Nos autem diligentius attendentes quod bona dicti Hospitalis sunt in Terre Sancte subsidium, que secundum conditionem status sui miserabilis bonis indigeret pluribus de quibus posset sibi subveniri promptius, dedicata, nec ea posse absque divine majestatis offensa subsidio dicte Terre subtrahi et in usus alios deputari, annuere in totum salva conscientia petitioni nequivimus supradicte, sed volumus et concessimus quod dilectus filius.. magister dicti ordinis, juxta preces carissimi in Christo filii nostri Caroli regis et carissime in Christo filie nostre Johanne, consortis sue, regine Francie et Navarre illustrium, nobis oblatas super hiis, predictam concessionem ejusdem prioris Francie ad dictos novem annos, cum alias non posset, ultra sex, obsistente statuto ipsius ordinis, approbaret. Quocirca nobilitatem tuam rogamus attentius et hortamur quatinus premissa necnon quid tue ac ejusdem consortis, qui ad dicte Terre subsidium affectionem habere specialem noscimini, animarum saluti nequaquam expedit si hujusmodi bonis uti, presertim quia per hoc multi magnates et nobiles excitarentur procul dubio ad importunam petitionem aliorum bonorum Hospitalis predicti, et ita per consequens, si fieret tibi predicta postulata concessio modici valoris existens, posset afferre nocumenta plurima dicte Terre consideranter attendens, nos super predictis habeat tua predicta nobilitas excusatos. Datum Avinione, IIII nonas maii, anno nono ».

2483 Avignon, 4 mai 1325.

Regi Franciae, de hiis quae contra Mediolanenses ordinavit regratiatur. (Reg. 113, fol. 14 v°, c. 129 ; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 223, n. 486, note 1, analyse).

« *Regi Francie.* De ordinatione facta per providentiam regiam contra Mediolanenses regnum Francie frequentantes excellentie regie ad gratiarum assurgimus uberes actiones, super qua venerabili fratri nostro P., Vivariensi episcopo aliqua commisimus celsitudini regie exponenda, cui placeat fidem adhibere plenariam, ac circa illam supplere que fuerint oportuna. Datum Avinione, IIII nonas maii, anno nono ».

2484 Avignon, 5 mai 1325.

Johannae, reginae Franciae, super exauditione quarumdam petitionum a Petro Vivariensi episcopo plenius

explicanda respondet eamque hortatur ut ad pacem inter regem Franciae et regem Angliae reformandam studium adhibeat. (Reg. 113, fol. 11, c. 100).

« *Johanne, regine Francie illustri.* Pro parte serenitatis tue, filia carissima, oblatis nobis petitionibus plenius intellectis, eas quantum decenter potuimus ad exauditionis gratiam duximus admittendas, sicut venerabilis frater noster Petrus, Vivariensis episcopus, explicare tue celsitudini poterit viva voce, sublimitatem regiam exhortantes quatinus amorem divinum sic in mente habeas quod in ejus amore continue inardescas, sicque in eo in via proficere studeas quod ad beatam visionem in patria feliciter te perducat, et ut pacis reformatio inter inclitos principes Carolum, Francie et Navarre, virum tuum, et Edwardum, Anglie reges illustres, optatum exitum sortiri debeat, operosum studium interponas. De statu autem nostro et eis que referuntur in hiis partibus prefatus episcopus tui honoris utique zelator fervidus, tuam magnificentiam reddere poterit certiorem, quem regie benivolentie, licet indigere non debeat, propensius commendamus. Datum Avinione, III nonas maii, anno nono ».

2485 Avignon, 5 mai 1325.

Carolo, comiti Valesii, ea quae in partibus Alamanniae hiis diebus contigerunt, super quibus a Petro, Vivariensi episcopo, latius informari poterit, quadam cedula notificat. (Reg. 113, fol. 11, c. 101 ; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 224, n. 488).

« *Carolo, comiti Valesii.* Quia ea que — Datum ut supra ».

2486 Avignon, 5 mai 1325.

Philippo, comiti Cenomanensi, de eodem. (Reg. 113, fol. 11 v°, c. 102).

« *Philippo, comiti Cenomanensi.* Cum venerabili fratri — Datum ut supra ».

2487 Avignon, 5 mai 1325.

Alphonso de Hispania, de eodem. (Reg. 113, fol. 11 v°, c. 103).

« *Alfonso de Hispania.* De statu nostro — Datum ut supra ».

2488 Avignon, 5 mai 1325.

Matheo de Tria, marescallo Franciae, de eodem. (Reg. 113, fol. 11 v°, c. 104).

« *Nobili viro Matheo de Tria, manescallo (sic) Francie.* Cum venerabili fratri — Datum ut supra ».

2489 Avignon, 5 mai 1325.

In e. m. Johanni de Cerchamont, decano Pictavensi, cancellario Franciae. (Reg. 113, fol. 11 v°, p. c. 104).

2490 Avignon, 5 mai 1325.

In e. m. Ludovico de Claromonte. (Reg. 113, fol. 11 v°, p. c. 104).

2491 Avignon, 5 mai 1325.

In e. m. comiti Ebroicensi. (Reg. 113, fol. 11 v°, p. c. 104).

2492 Avignon, 10 mai 1325.

Raymundum Abrilhacii perpetuum capellanum capellae Beati Andreae in ecclesia Beati Agricoli Avinionensis instituit. (Reg. 113, fol. 145 v°, c. 930).

« *Dilecto filio Raymundo Abrilhacii* (1), *perpetuo capellano capelle Beati Andree in ecclesia Sancti Agricoli Avinionensis.* Digne agere credimus — Datum Avinione, VI idus maii, anno nono ».

2493 Avignon, 11 mai 1325.

Auberto de Chercenayo, ne terras Vivariensis ecclesiae invadat. (Reg. 113, fol. 62, c. 486).

---

(1) Index : *Abulliaci.*

« *Dilecto filio nobili viro Auberto de Chercenayo.* Justa nuper relatione — Datum Avinione, V idus maii, anno nono ».

2494 Avignon, 11 mai 1325.

Guigoni, dalfino Viennensi, ut praefatum Aubertum a dicta aggressione avertat. (Reg. 113, fol. 62, c. 481).

« *Nobili viro Guidoni (sic), Dalfino Viennensi.* Cum sicut accepimus. — Datum ut supra ».

2495 Avignon, 14 mai 1325.

Carolo, regi Franciae, ut de poena civili seu pecuniaria quae foret Archambaldo, comiti Petragoricensi, pro excessibus ab eo contra Alanum de Monteandronis cum armorum potentia commissis, infligenda, gratiam faciat. (Reg. 113, fol. 11 v°, c. 105).

« *Carolo, regi Francie illustri.* Habet assertio dilecti filii nobilis viri Archambaldi, comitis Petragoricensis, quod super excessibus quos ipse una cum quibusdam aliis sibi adherentibus contra dilectum filium nobilem virum Alanum de Monteandronis dicebatur cum armorum potentia commisisse, ab eodem comite pro se dictisque adherentibus dudum in curia regia gagiata emenda, regalis benignitas volens super hiis agere gratiose, omnem penam criminalem propter excessus predictos eisdem comiti et adherentibus debitam, de gratia speciali remittens, illam duxit in civilem seu pecuniariam convertendam. Sane cum idem comes de regalis munificentie liberalitate adhuc consequi gratiam ampliorem qua plurimum egere noscitur, super predictis expectet, serenitatem regiam attentius deprecamur quatinus promptis et devotis obsequiis que dictus comes et sui progenitores hactenus exhibere indefessis laboribus constanter et fideliter domui regie curaverunt, et ipse impendere continue non desistit in examine benigne considerationis adducens, ipsum tam suorum meritorum obtentu quam nostrorum precaminum interventu regio favore pertractans, circa penam predictam civilem seu pecuniariam, que foret eidem forsitan pro dictis excessibus infligenda, eidem dignetur magnificentia regia gratiam facere ampliorem ut proinde ad obsequia obligetur regia fortius, nosque quibus gratum erit admodum regiam excellentiam prosequi teneamur actionibus gratiarum. Datum Avinione, II idus maii, anno nono ».

2496 Avignon, 14 mai 1325.

Comiti Valesii super eodem. (Reg. 113, fol. 11 v°, c. 106).

« *Carolo, comiti Valesii.* Pro dilecto filio — Datum ut supra ».

2497 Avignon, 14 mai 1325.

In e. m. Alphonso de Hispania. (Reg. 113, fol. 11 v°, p. c. 106).

2498 Avignon, 14 mai 1325.

In e. m. Johanni de Cerchamont, decano Pictavensi, cancellario dicti regis Franciae. (Reg. 113, fol. 11 v°, p. c. 106).

2499 Avignon, 14 mai 1325.

Alphonsum, comitem Urgellensem, deprecatur quatinus Hugonem de Mirabello et Bernardum de Sancto Mauritio, nuntios apostolicos commendatos habens, quasdam litteras prohibitorias in eorumdem nuntiorum praejudicium latas moderari faciat. (Reg. 113, fol. 37, c. 303).

« *Dilecto filio nobili viro Alfonso, carissimi in Christo filii nostri Jacobi regis Aragonum illustris primogenito, comiti Urgellensi.* Grata nuper dilectorum filiorum Hugonis de Mirabello, prepositi Mimatensis, et Bernardo (*sic*) de Sancto Mauritio, precentoris Autisiodorensis ecclesiarum, nostrorum et Sedis Apostolice nuntiorum, insinuatione percepimus quod carissimus in Christo filius noster Jacobus, rex Aragonum illustris, genitor tuus, et tu, fili, prefatos nuntios favorabiliter, pro nostra et Apostolice Sedis reverentia recepistis et ut negotia nostra et ejusdem Sedis sibi commissa utilius expedire valerent, prefatus rex cambium seu dietam ut vulgari utamur

illarum partium, cum quocunque faciendi per litteras regias gratiose concessit, super quibus prefato regi ac tibi gratiarum exolvimus uberes actiones. Verum quia postmodum intellecto quod a te continentes inter cetera littere emanarant, ut nullus sub pena corporis et bonorum auderet cum eisdem nuntiis facere cambium sive dietam, fuimus, licet difficiliter possimus credere, plurimum admirati. Quocirca nobilitatem tuam attentius deprecamur quatinus nuntios ipsos, immo nos et Ecclesiam Romanam in eis favoris benivoli prerogativa pertractans, si forsan tue prohibitorie littere super hiis emanassent, eas taliter facias moderari quod dicti nuntii utiliter prosequi negotia predicta in eis partibus valea[n]t, et nos devotionis tue promptitudinem commendare cum gratiarum actionibus debeamus. Datum Avinione, II idus maii, anno nono ».

2500 Avignon, 24 mai 1325.

Petro de Toffalhis et Guillelmo de Petrilha de sex millibus et ducentis florenorum auri quos pro subsidiis ad expugnationem Galeacii de Vicecomitibus ac fautorum suorum erogandis, a diversis prelatis receptos Camerae assignaverant, quittationem dat. (Reg. 113, fol. 70 v°, c. 521).

« *Dilectis filis Petro de Tofalhis, canonico Agennensis, et Guillelmo de Petrilhia, rectori de Salis, Xanctonensis diocesis, ecclesiarum.* Petitionis vestre nobis — Datum Avinione, IX kal. junii, anno nono ».

2501 Avignon, 29 mai 1325.

Carolo, regi Franciae, ut ad constituendum procuratorem pro homagio villae Montispessulani et baroniae Omeladesii, terminum Jacobo, regi Majoricarum, praefixum prorogare velit. (Reg. 113, fol. 12, c. 107).

« *Eidem regi* [*Carolo, regi Francie*]. Nuper, fili carissime, letanter percepimus qualiter nuntiis carissime in Christo filie nostre Sancie, regine Sicilie illustris, super expeditione ville Montispessulani et baronie Omeladesii ad regalem presentiam accedentibus, benigne a tua sublimitate receptis, eos expedire curavit favorabiliter regia celsitudo, manum regiam in eisdem villa et baronia certis ex causis appositam sub ea conditione ammoveri mandando quod, infra quatuor menses a data litterarum regiarum super hoc confectarum in antea computandos, carissimus in Christo filius noster Jacobus, rex Majoricarum illustris cum auctoritate sui tutoris procuratorem constitueret ydoneum qui homagium pro premissis regali magnificentie debitum exhiberet destinaretque tibi patentes litteras suo communitas sigillo, per quas promitteret homagium hujusmodi se personaliter cum ad etatem legitimam pervenerit, prestiturum, super quibus regalem excellentiam dignis in Domino commendationibus attollimus et uberibus actionibus prosequamur gratiarum. Sane cum dilectus filius Philippus de Majoricis, thesaurarius ecclesie beati Martini Turonensis, patruus et tutor regis Majoricarum predicti, apud Sedem Apostolicam constitutus, propter ortam dissensionem ratione administrationis hujusmodi tutele inter ipsum ac nonnullos nobiles et communitates terrarum regis predicti, circa quam sedandam laborare continue non cessamus, adire commode presentialiter nequeat dicti regis presentiam pro constitutione procuratoris jam dicti et aliis faciendis que in predictis regiis litteris continentur, magnitudinem regiam attentius deprecamur quatinus tempus dictorum quatuor mensium velit regia benignitas usque ad terminum de quo sibi videbitur, infra quem sopita, sicut credimus, dissensione predicta, poterunt contenta in litteris tuis regiis, annuente Domino, perfici et compleri commodius, de speciali gratia prorogare. Datum Avinione, IIII kal. junii, anno IX° ».

2502 Avignon, 29 mai 1325.

Carolo, comiti Valesi, ut pro ejusdem prorogationis concessione apud dictum regem Franciae insistat. (Reg. 113, fol. 12, c. 108).

« *Carolo comiti Valesii.* Cum dilectus filius — Datum ut supra ».

2503 Avignon, 31 mai 1325.

Guillelmo, archiepiscopo Auxitano, de mora nuntiorum apostolicorum et quomodo ipse eisdem nuntiis scribere intendit. (Reg. 113, fol. 18, c. 164 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 155, n. 329).

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Auxitanensi.* Receptis benigna fraternitatis tue litteris, et contentis in eis plenius intellectis, moram nuntiorum nostrorum, quos dudum ad eas partes destinavimus, habemus velut probabilem propter causas contentas in eisdem tuis litteris excusatam. Quibus quidem nuntiis tam super exactione debitorum quam processu habendo contra illos donatarios de quibus predicte littere faciebant seriosius mentionem scribere breviter intendimus sicut videbimus expedire. Datum Avinione, II kal. junii, anno nono ».

2504 Avignon, 31 mai 1325.

Petro, episcopo Vivariensi, negotia quae Archambaldus, comes Petragoricensis, in curia Franciae expedire habet, commendat. (Reg. 113, fol. 12, c. 109).

« *Venerabili fratri Petro, episcopo Vivariensi.* Negotia que dilectus — Datum Avinione, II kal. junii, anno nono ».

2505 Avignon, 1er juin 1325.

Mathildi, comitissae Atrebatensi, quid ipse in abbatis monasterii de Verziliaco negotio facere intendit, significat. (Reg. 113, fol. 14 vo, c. 130 ; — A. Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. I, p. 585, n. 1601).

« *Matildi, comitisse Attrabatensi.* Missorum nobis novissime nobilitatis tue litterarum serie plenius intellecta, tibi, filia, super hoc breviter respondemus quod, cum dilectus filius.. abbas monasterii de Verziliaco in nostra presentia constitutus se super hiis de quibus delatus fuerat ut tue continebant predicte littere se (*sic*) duxerit excusandum, ac procurator carissime in Christo filie nostre Johanne, regine Francie et Navarre illustris, nate tue, responderit super hoc requisitus se nequaquam posse super articulis datis contra eundem abbatem nos quomodolibet informare, nos decenter aliud cum simus omnibus debitores in justitia, ordinare super hiis nequivimus contra eum, sed intendimus aliter, prout secundum Deum nobis expedire videbitur, ordinare. Datum Avinione, kalendis junii, anno nono ».

2506 Avignon, 1er juin 1325.

Regi Aragonum respondet quod, ratione cujusdam pariagii contractus inter Urgellensem episcopum et comitem Fuxensem prolocuti, ipse eis quae regno dampnosa esse possent, assensum impertiri non intendit. (Reg. 113, fol. 37, c. 304).

« *Dicto regi* [*Jacobo, regi Aragonum*]. Benigne receptis excellentie regie litteris, per quas cujusdam permutationis seu pariagii contractui inter venerabilem fratrem nostrum.. episcopum et dilectum filium capitulum ecclesie Urgellensis, ex parte una, et dilectum filium nobilem virum.. comitem Fuxensem ex altera, sicut asseritur, prolocuto, cum tibi regnoque tuo dicatur periculosus existere, [ut] nostrum non impertiremur assensum devotis instantiis petiisti, regie magnificentie breviter respondemus quod, cum te tu umque regnum predictum sinceris affectibus (1) diligamus circa ea que tibi et ipsi regno possent esse dampnosa vel periculosa impertiri assensum non intendimus, sed potius tuis et regni ejusdem indempnitatibus quantum cum Deo poterimus paterne diligentie studiis precavere. Datum Avinione, kal. junii, anno nono ».

2507 Avignon, 2 juin 1325.

Regi Franciae, ut reformationem pacis inter eum et regem Angliae perficiat. (Reg. 113, fol. 12, c. 110).

« *Dicto regi Francie.* Illius qui venit ignem in mundum mittere quo ad Dei amorem et proximi accenderentur corda fidelium, et dissidentium unirentur, te, fili carissime, beneplacitis circa reformationem pacis inter te et carissimum in Christo filium nostrum Edwardum, Anglie regem illustrem, intelleximus cum ingenti gaudio regium animum coaptasse, quod utique pacis actori gratum reputamus admodum quique te promptius diriget in agendis. Et quia, fili carissime, non videtur actum cum quid superest ad agendum, rogamus providentiam regiam ut hostis pacis et emuli caritatis repulsis insidiis, non cesset manus regia quousque negotium adeo Deo gratum, partibus oportunum et utriusque accomodum subditis cuncteque congregationi fidelium peroptatum, plenum consequatur

(1) *Ms* : affectamus.

effectum. Profecto, fili, si dampna rerum, pericula tam animarum quam corporum que vitantur quibusque obviatur per pacem hujusmodi in considerationis deducas examen, exultabit cor tuum in Domino, sibique agere gratias non cessabis. Datum Avinione, IIII nonas junii, anno nono ».

2508 Avignon, 2 juin 1325.

Nuntiis apostolicis pro dicta pace inter reges Franciae et Angliae perficienda moram contrahendi facultatem concedit eisque mandat ut eidem regi Angliae super Erfordensis et Lincolniensis episcoporum negotiis scribant. (Reg. 113, fol. 12 v°, c. 111).

« *Venerabilibus fratribus Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni, episcopo Aurasicensi, Apostolice Sedis nuntiis.* Letanter fraternitatis vestre recepimus litteras pacem inter carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, et Edwardum, Anglie reges illustres, ingenti desiderio, non absque Spiritus Sancti gratia, in die fuisse concordatum Penthecostes, ad universalis Ecclesie immensum gaudium nuntiantes. Super quo illi qui ubi vult spirat et dissidentium misericorditer corda unit atque consiliat juxta sue beneplacitum voluntatis in humilitatis spiritu cernui gratias duximus referendas. Et quia, sicut eedem littere continebant, optant partes ut quousque per regem prefatum Anglie homagium prestitum fuerit, moram in illis partibus contrahatis, placet nobis et volumus ut earum beneplacitis acquiescere debeatis. Et ne mora vestra prelatis et personis ecclesiaticis a quibus stipendia percipitis sit nimium onerosa, ecce illis provincias Bituricensem et Turonensem, ut facilius portetur quod portatur a pluribus, duximus adjungendas prout in nostris aliis litteris confectis super hiis plenius videbitis contineri. Si qua autem occurerent circa negotium supradictum, circa que posset per nos aliquid fieri oportunum, curetis nobis evestigio nuntiare, circa que nostre solicitudinis studium, dante Domino, non tepescet. Vos autem more solito studeatis circa omnia que consummationi negotii oportuna videritis indefesse vigilantie studium adhibere. Scribatis insuper dicto regi Anglie ejusque consiliariis de quibus expedire videritis super venerabilium fratrum nostrorum.. Erfodensis et.. Lincolniensis episcoporum negotiis instanter, humiliter et devote, procurantes quod carissima in Christo filia nostra Isabellis, regina Anglie super hiis dirigat efficacia scripta sua. Datum ut supra ».

2509 Avignon, 2 juin 1325.

Petro, episcopo Vivariensi, de ejusdem pacis perfectione et quod de statu regis et reginae Franciae, necnon Caroli Valesii et cujusdam novi militis ipsum certiorem faciat. (Reg. 113, fol. 12 v°, c. 112).

« *Petro, episcopo Vivariensi.* Replevit nos immenso gaudio non indigne tue fraternitatis lectio litterarum, qua circa reformationem pacis inter inclitos principes carissimos in Christo filios nostros.. Francie et.. Anglie reges illustres desideratam ardentius nobis innotuit fore nostris desideriis satisfactum. Super quo Actori pacis et Amatori gratias quas valuimus duximus exsolvendas, eidem cernui supplicantes ut pacem ipsam corroboret et confirmet, ipsorumque principum corda ad invicem in bono uniat, et ad ipsius caritatem accendat. Scribere nobis statum carissimorum in Christo filiorum nostrorum.. regis et.. regine Francie et Navarre illustrium [non postponas], ac magnifici viri Caroli, comitis Valesii, ejus consortis et novi militis qui cepit arma spiritualia in die sue militie viriliter exercere arram quasi tribuens quod in hiis se debeat probabilem Deo operarium exhibere, quod sibi concedat, cui, cum voluerit, subest posse. Datum ut supra ».

2510 Avignon, 2 juin 1325.

Isabelli, reginae Angliae, ut ad eamdem pacem complendam sedulam diligentiam adhibere studeat, nuntiis usque ad confirmationem hujus negotii licentia remanendi concessa. (Reg. 113, fol. 23, c. 205).

« *Isabelli regine Anglie illustri.* Intensum, si compleatur, desiderium desideranti consuevit afferre gaudiium, et desiderantem ad gratiarum actionem complenti desiderium obligare. Sane, carissima filia, complevit tuum intensum et quasi singulare quoad presentia, videlicet circa pacis reformationem inter carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, germanum, et E. Anglie, virum tuos reges illustres, desiderium pacis Actor. Exulta igitur

in Domino, carissima filia, de reformatione pacis hujusmodi utique Deo grate, expedientis partibus ac oportune cuncte congregationi fidelium, non absque tua solicitudine et ministerio procurate, ac pacis Actori jugiter pro tanto beneficio per quod lapsus rerum evitantur inextimabiles, animarum innumerabilium et corporum periculis obviatur, referre dictas gratias non omittas, ac ut compleatur sedulam diligentiam studeat tua providentia adhibere. Et quia nuntiorum nostrorum presentiam usque ad confirmationem ipsius negotii percepimus oportunam, per alias nostras litteras concedimus eis licentiam remanendi. Datum Avinione, IIII nonas junii, anno nono ».

2511 Avignon, 5 juin 1325.

Comiti Valesii, ut ad dictam concordiam perficiendam sedule interponat partes suas. (Reg. 113, fol. 12 v°, c. 113).

« *Eidem comiti Valesii.* Non absque cordis ingenti letitia ceptum pacis tractatum inter carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, et Edwardum, Anglie reges illustres, audivimus letis admodum rumoribus concordatum, inde pacis Actori gratiarum actiones immensas humiliter exsolventes. Sane, fili, quia tue circumspectionis solicitudini tractatus hujusmodi concordie attribuitur ut plurimum, sicut credimus non indigne, magnificentiam tuam attentius deprecamur quatinus circa perfectionem ejusdem concordie sic iuves interponere sedule partes tuas quod nichil super eo, sicut honori tuo congruit, remaneat imperfectum, quodque apud Deum, cui gratum prestabis obsequium, proinde boni perennis premium assequi, et apud homines amplioris laudis attolli preconiis merearis. Datum Avinione, nonis junii, anno nono ».

2512 Avignon, 5 juin 1325.

Henrico, domino de Suliaco, buticulario Franciae, super eodem. (Reg. 113, fol. 12 v°, c. 114)

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino de Suliaco, buticulario Francie.* Nobilitatis tue litteras — Datum ut supra ».

2513 Avignon, 5 juin 1325.

Episcopo Noviomensi ut magistri Arnaldi de Sancto Genesio, archidiaconi Noviomensis, jura illibata servet, juxta ordinationes super hoc olim inter episcopum et archidiaconum Noviomenses factas. (Reg. 113, fol. 14, c. 128).

« *Venerabili fratri.. episcopo Noviomensi.* Sua nobis dilectus — Datum Avinione, nonis junii, anno nono ».

2514 Avignon, 5 juin 1325.

Regem Angliae hortatur ut ad perfectionem pacis cum rege Franciae sedule laborare non cesset, eique Lincolniensis et Herfordensis episcoporum negotia commendat. (Reg. 113, fol. 24, c. 213).

« *Eidem* [*regi Anglie*]. Perfuderunt ingenti letitia cor nostrum rumores, fili carissime (rumores), placidi nuntiantes inter te ac carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, tractatum desiderate pacis et concordie inundante Spiritus Sancti gratia concordatum, unde pacis Actori, largitori bonorum omnium, gratiarum actiones uberes humiliter exolventes, ipsum devotis intercessionibus exoramus ut inter te dictumque regem pacem ipsam perficiat solidetque, ac vos cordaque vestra glutino inseparabilis uniat caritatis. Sane, fili dilectissime, quia nichil factum esse videtur cum restat aliquid ad agendum, excellentiam regiam exhortamur quatinus regi pacifico et eterno qui sua ineffabili clementia viam pacis hujusmodi ministravit, in devotione spiritus ad gratiarum actiones assurgens, circa perfectionem dicte concordie laborare non cesses sedule, ac ad illam mentem regiam inclinare, donec pax ipsa omnino perfecta fuerit, et ut desiderabiliter appetimus solidata. Super quibus nostrum et Apostolice Sedis ministerium non deerit quantum cum Deo et nostra decentia poterimus et viderimus oportunum. Ceterum expeditiones negotiorum venerabilium fratrum nostrorum Lincolniensis et Herfordensis episcoporum quas alias sublimitati regie commendavimus nunc iteratis seu multiplicatis precum instantiis, ut illas memorati episcopi a tua magnificentia favorabiliter et perfecte obtineant, commendamus. Datum Avinione, nonis junii, anno nono ».

2515 Avignon, 5 juin 1325.

Pontio de Ayrolis tabellionatus officium ad quod per Gasbertum, Arelatensem archiepiscopum, idoneus repertus fuerit, concedit. (Reg. 113, fol. 147, c. 940).

« *Dilecto filio Pontio de Ayrolis, clerico non conjugato nec in sacris ordinibus constituto, Magalonensis diocesis.* Ne contractuum memoria — Datum ut supra [Avinione, nonis junii, anno IX°] ».

2516 Avignon, 5 juin 1325.

In e. m. Bernardo Bochardi clerico non conjugato nec in sacris ordinibus constituto, Lemovicensis diocesis. (Reg. 113, fol. 147 v°, p. c. 940).

2517 Avignon, 5 juin 1325.

Guillelmo, archiepiscopo Viennensi et Hugoni, episcopo Aurasicensi, Apostolicae Sedis nuntiis, quos pro quorumdam negotiorum expeditione per aliqua tempora Parisius immorari oportet taxatas ipsis expensas tam in Bituricensi et Turonensi quam in Senonensi, Remensi et Rothomagensi provinciis exigendi facultatem concedit. (Reg. 113, fol. 147 v°, c. 942).

« *Venerabilibus fratribus Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni, episcopo Aurasicensi, Apostolice Sedis nunciis.* Dudum attendentes quos vos pro negotiorum vobis a Sede Apostolica commissorum prosecutione oportebat per aliqua tempora Parisius vel in circumvicinis partibus immorari, ac volentes vobis de expensis necessariis provideri, ut quamdiu in eisdem partibus pro hujusmodi prosecutione morari contingeret a venerabilibus fratribus nostris Senonensi, Remensi et Rothomagensi archiepiscopis eorumque suffraganeis ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis seu eorum loca tenentibus, capitulis quoque et conventibus et aliis personis ecclesiasticis secularibus et religiosis, exemptis et non exemptis, Cisterciensis, Cluniacensis, Premostratensis, Grandimontensis, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum, nec non Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, beate Marie Theutonicorum, Calatravensis magistris, prioribus et preceptoribus Senonensis, Remensis et Rothomagensis provinciarum, expensas hujusmodi recipere ac illas inter ipsos dividere prout vobis videretur expediens, valeretis, contradictores, etc., non obstante si eis vel eorum aliquibus communiter vel divisim esset ab Apostolica Sede indultum quod ad provisionem seu procurationem quamcumque alicujus minime tenerentur et ad id compelli aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possent per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem et qualibet alia indulgentia generali vel speciali cujuscumque tenoris existeret per quam effectus litterarum nostrarum impediri valeret quomodolibet vel differri vobis et utrique vestrum concessisse per alias nostras certi tenoris litteras meminimus facultatem. Verum quia vos pro dictorum negociorum necessaria prosecutione et utili expedit amplius per aliqua tempora in eisdem partibus remanere, nos providere salubriter cupientes ne pro vestris predictis necessariis, memorati archiepiscopi et suffraganei alieque persone et loca ecclesiastica in eisdem provinciis consistentia nimium pregraventur, ut tam in eisdem quam Bituricensi et Turonensi provinciis expensas vobis per nos alias taxatas, quamdiu in illis partibus pro dictis negotiis fueritis, recipere ac exigere illasque inter venerabiles fratres nostros predictos Senonensem, Remensem et Rothomagensem necnon Bituricensem et Turonensem archiepiscopos eorumque suffraganeos ac clerum exemptum et non exemptum ipsorum civitatum et diocesum dividere, sicut expedire videritis, valeatis, contradictores etc., non obstantibus omnibus supradictis, vobis et vestrum cuilibet in solidum plenam tenore presentium facultatem [concedimus]. Datum ut supra [Avinione, nonis junii, anno nono] ».

2518 Avignon, 6 juin 1325.

Archiepiscopo Narbonensi, ut de Stephano Francisci, dicto de Signinis, qui de litterarum apostolicarum falsitate suspectus habetur, veritatem inquirat et justitiae faciat complementum. (Reg. 78, fol. 2, c. 4).

« *Venerabili fratri.. archiepiscopo Narbonensi salutem.* Nuper ad audientiam — Datum Avinione, VIII idus junii, anno nono ».

2519 Avignon, 10 juin 1325.

Henrico, electo Metensi, ut ad recuperationem bonorum et jurium ac reformationem et reparationem ecclesiarum, monasteriorum locorumque ecclesiasticorum quae propter guerras alienata vel destructa sunt, diligentiam adhibeat. (Reg. 113, fol. 62, c. 482).

« *Dilecto filio Henrico, electo Metensi.* Perduxit nuper ad — Datum Avinione, IIII idus junii, anno nono ».

2520 Avignon, 20 juin 1325.

Carolo, regi Franciae, adventum Petri, episcopi Atrebatensis, quem commendat nuntiat, rumores de partibus Alamanniae eidem regi in cedula praesentibus interclusa transmittens. (Reg. 113, fol. 13, c. 115 ; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 232, n. 513).

« *Carolo, regi Francie illustri.* Ecce, fili carissime, quod venerabilis frater noster Petrus, episcopus Atrebatensis, regalem presentiam visitare desiderans et attendens quod super negotiis pro quibus ad Sedem Apostolicam venerat, ad aliud procedi non poterat in presenti, ad eandem presentiam de nostro beneplacito dirigit gressus suos, quem velut honoris et commodi regii zelatorem fervidum et sedulum promotorem excellentie regie propensius commendamus. Rumores autem quos de partibus Alamanie recenter audivimus indicabit sublimitati regie cedula presentibus interclusa, et ipse etiam episcopus referre poterit oraculo vive vocis. Datum Avinione, XII kal. julii, anno nono ».

2521 Avignon, 20 juin 1325.

Comiti Valesii, super eodem. (Reg. 113, fol. 13, c. 116).

« *Comiti Valesii.* Venerabilis frater noster — Datum ut supra ».

2522 Avignon, 20 juin 1325.

Alphonso de Hispania, super eodem. (Reg. 113, fol. 13, c. 117).

« *Alphonso de Hispania.* Venerabilis frater noster — Datum ut supra ».

2523 Avignon, 20 juin 1325.

In e. m. cancellario Franciae. (Reg. 113, fol. 13, p. c. 117).

2524 Avignon, 20 juin 1325.

Carolo, regi Franciae, Radulphum de Pratellis, cujus diligentiam commendat, se recepisse negotiaque ei commissa expedivisse nuntiat. (Reg. 113, fol. 13, c. 118).

« *Dicto regi Francie.* Ad nostram nuper veniens presentiam dilectus filius magister Radulphus de Pratellis, familiaris noster ac clericus et nuntius regius, per nos gratanter et benigne receptus extitit, et super hiis que pro parte regia petiit coram nobis favorabiliter quantum juste licuit expeditus, sicut per litteras apostolicas confectas super hoc excellentie regie plenius innotescet. Verum cum idem nuntius, qui velut honoris et commodi regii zelator fervidus adhibere prudenter et fideliter circa premissa studuit diligentiam operosam, ad regiam presentiam cum nostre benedictionis gratia revertatur, ipsum benivolentie regie propensius commendamus. Datum Avinione ut supra proxima ».

2525 Avignon, 20 juin 1325.

In e. m. reginae consorti ejusdem regis. (Reg. 113, fol. 13, p. c. 118).

2526 Avignon, 20 juin 1325.

In e. m. comiti Valesii. (Reg. 113, fol. 13, p. c. 118).

2527 Avignon, 20 juin 1325.

Cancellario Franciae, de commissis ab eo eidem Radulpho. (Reg. 113, fol. 13, c. 119).

« *Dicto cancellario* [*regis Francie*]. Super hiis que dilectus filius magister Radulphus de Pratellis, familiaris noster ac clericus regius, pro parte tua nobis exponere procuravit, sibi favorabiliter prout secundum Deum licuit respondimus sicut ipse tibi

referre poterit oraculo vive vocis, quem velut tui honoris et commodi zelatorem fervidum tue benivolentie propensius commendamus. Datum ut supra ».

2528 Avignon, 20 juin 1325.

Regis Franciae, de ordinatione dotis natae comitis Valesii duci Calabriae datae in uxorem. (Reg. 113, fol. 13, c. 120).

« *Regi Francie.* Serenitatis tue litteras super ordinatione dotis dilecte in christo filie nobilis mulieris Marie, nate dilecti filii magnifici viri Caroli, comitis Valesii, ducisse Calabrie, facienda benigne recepimus noviter nobis missas. Sane, fili carissime, quia, sicut a memoria regia non credimus excidisse, nos alias eidem respondimus quod, cum inter tractatores matrimonii dicte ducisse ordinatum fuisset quod carissimus in Christo filius noster Robertus, rex Sicilie illustris, ac comes prefatus necnon regina et comitissa, consortes eorum, super dote hujusmodi quod eis videretur expediens ordinarent et, si forsan super hiis reperirentur discordes, nos et tu, fili dilectissime, deberemus interponere partes nostras, tractatusque nondum esset habitus inter eos, aliud per nos fieri non poterat in hac parte, non videmus aliud presentialiter regie providentie respondendum; sed si prefati comes et comitissa super hoc eidem regi Sicilie duxerint transmittendum, parati erimus sibi scribere et alias facere quod viderimus oportunum. Datum ut supra ».

2529 Avignon, 20 juin 1325.

Carolo comiti Valesii, super eodem. (Reg. 113, fol. 13, c. 121).

« *Carolo, comiti Valesii.* Magnificentie tue litteras — Datum Avinione, XII kal. julii, anno nono ».

2530 Avignon, 22 juin 1325.

Matheo de Tria, quod collationem cujusdam prioratus per abbatissam monasterii Sancti Amantii de Romen factam sub certa forma Heliadi de Tria, moniali dicti monasterii, sorori sue, confirmari non potest. (Reg. 113, fol. 13 v°, c. 122)

« *Dilecto filio nobili viro Matheo de Tria, marescallo Francie.* Per tuas, fili — Datum Avinione, X kal. julii, anno nono ».

2531 Avignon, 22 juin 1325.

Thomae Ranulphi, comiti Moraviae, cujus moram apud regem Franciae excusat, quod adventum ejus gratum habebit. (Reg. 113, fol. 23, c. 206).

« *Dilecto filio nobili viro Thome Radulphi, comiti Moravie.* Benigne recepimus nobilitatis tue litteras inter cetera continentes quod, licet nuper nobis te, post habitum cum carissimo in Christo filio nostro Carolo, rege Francie et Navarre illustri, personale colloquium, ad nostram presentiam accessurum tuis litteris intimasses, quia tamen prefatus rex usque ad certum tempus te secum certis ex causis retinet, sicut ipse per suas litteras nobis scripsit, ad nos accedere sic celeriter sicut disponebas non valens, intendis eodem finito tempore ad Sedem Apostolicam sine cunctatione dirigere gressus tuos. Nos autem, prefati regis et tuis litteris plenius intellectis, scire te volumus quod mora tua cum eodem rege grata nobis existit, et adventus tuus, cum ad nos ut tue predicte continebant littere veneris, erit admodum placidus et acceptus. Datum Avinione, X kal. julii, anno nono ».

2532 Avignon, 23 juin 1325.

Petro Ricavi et Guillelmo de Concossio de certis pecuniarum summis quas de sexennali et triennali decimis impositis provenientes in Arelatensi, Aquensi, Viennensi, Lugdunensi, Ebredunensi, Bisuntinensi ac Tarantasiensi civitatibus et diocesibus receperant et Camerae assignaverant, quittationem dat. (Reg. 113, fol. 70 v°, c. 522).

« *Dilectis filiis Petro Ricavi, sacriste Avinionensis, et Guillelmo de Concossio, canonico Autisiodorensis ecclesiarum.* Cum sicut in — Datum Avinione, IX kal. julii, anno nono ».

2533 Avignon, 28 juin 1325.

Nuntiis apostolicis quod in Francia remanere possent donec homagium juxta tractatum habitum inter reges Franciae et Angliae praestitum fuerit. (Reg. 113, fol. 13 v°, c. 123).

« *Venerabilibus fratribus Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni, episcopo Aurasicensi, Apostolice Sedis nuntiis.* Mora vestra in partibus Francie donec homagium juxta tractatum pacis habitum inter carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, et Edwardum, Anglie reges illustres, vel eorum gentes prestitum fuerit, sicut alios vobis scripsisse meminimus, placet nobis. Datum Avinione, IIII kal. julii, anno nono ».

2534 Avignon, 28 juin 1325.

Carolo, regi Franciae, ne leviter credat relata de quodam monacho qui abbatis sui iram meruisse dicitur. (Reg. 113, fol. 13 v°, c. 124).

« *Carolo, regi Francie.* Super eo quod dilectus filius nobilis vir Johannes de Lange, miles et nuntius carissime in Christo filie nostre Isabellis, regine Anglie illustris, germane tue, ad nostram veniens presentiam, nobis exponere procuravit, videlicet quod monachus ille qui ad nostram per suum abbatem fuerat presentiam destinatus, sibi timet vehementiss[im]e per eundem abbatem, si ad eum redierit una cum duobus suis nepotibus quos in illo habet ordine, morti tradi, per nos super hoc provideri de oportuno remedio postulando, profecto, fili carissime, in provisione hujusmodi adhibenda, vinculum sanguinis quod eosdem abbatem et monachos jungit et allicit ad procuranda vicissim prospera et adversa vitanda, reddit multipliciter nos perplexos, presertim cum abbas ipse ad Sedem Apostolicam in proximo sit venturus, cujus adventus, si premissa que credibilia prima facie non videntur, sibi panderentur quomodolibet, posset forsitan impediri. Quare nolit, quesumus, regia sublimitas talibus leviter credere, cum, si prefatus abbas ad hoc intenderet, ad nos nequaquam prefatum monachum destinasset, nec idem monachus dicatur, postquam venit ad dictam Sedem, fecisse aliquid per quod abbatis ejusdem iram meruerit contra se provocasse, sed potius egerit talia per que ipsius abundantiorem gratiam debuerit meruisse. Unde videtur tutius ut abbatis predicti prestolemur adventum ad curiam cum quo secure de predictis poterimus aliqua, et forsan interim etiam alias plenius informari, tuamque providentiam super informatione pleniori fore credulam affectamus. Datum ut supra ».

2535 Avignon, 28 juin 1325.

Reginae Angliae, de ejusdem monachi facto et de conclusione pacis inter reges Franciae et Angliae. (Reg. 113, fol. 13 v°, c. 125).

« *Dicte regine Anglie.* Pridem filia carissima, priusquam nobis per dilectum filium nobilem virum Johannem de Lange militem et nuncium tuum ad nostram presentiam accedentem fuissent tue celsitudinis littere quas benigne recepimus presentate, nos venerabilibus fratribus nostris Guillelmo archiepiscopo Viennensi et Hugoni episcopo Aurasicensi nostris et Apostolice Sedis nunciis super mora per ipsos in eis partibus donec homagium juxta tractatum pacis habitum inter carissimos in Christo filios nostros Carolum Francie et Navarre germanum et E. Anglie virum tuos reges illustres vel eorum gentes prestitum fuerit contrahenda, necnon et eisdem regibus super pace integranda hujusmodi ac etiam solidanda nostras direxeramus litteras speciales et adhuc eisdem nunciis etiam super hiis scribimus iterato. Ceterum hiis que dictus miles sub verbo commisse sibi per litteras regias credentie nobis explicare voluit benigne ac pacienter auditis, illas de petitionibus regiis quas secundum Deum nostramque decentiam licuit favorabiliter ad exauditionis gratiam duximus admittendas, prout in litteris apostolicis quas inde fieri concessimus plenius continetur, dilectum filium magistrum Guillelmum de Airnime intendentes habere regie serenitatis intuitu et suorum meritorum obtentu oportunis loco et tempore commendatum. Ad hec, dilectissima filia, nobis pro parte tua exposuit dictus miles quod monachus ille (1) — meruerit provocasse, sed potius egerit talia per que multipliciter ejus gratiam meruisse debuerit pleniorem. Datum ut supra ».

(1) Ut supra, n° 2534.

2536 Avignon, 30 juin 1325.

Nuntiis apostolicis, de receptione litterarum Johannis, episcopi Wintoniensis, laudabile regis Angliae in Franciam veniendi propositum nuntiantis. (Reg. 113, fol. 14, c. 126).

« *Venerabilibus fratribus Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni, episcopo Aurasicensi, Apostolice Sedis nuntiis.* Mox lectis vestris litteris ultimo nobis missis quarum series tractatus pacis inter carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, et E., Anglie reges illustres, vel eorum nuntios et gentes habiti materiam turbationis indicans, amaricavit non modicum mentem nostram, litteras venerabilis fratris nostri Johannis, episcopi Wyntoniensis, recepimus et animo leto perlegimus continentes, quod prefatus rex Anglie variis impedimentis que sator discordie circa dictum tractatum visus fuerat procurare divina gratia superabundante rejectis, trac[ta]tui pacis predicte consentiens et ad terminum condictum proficisci proponens in Franciam, illum duxerat confectis litteris regiis super hoc approbandum, quod idem episcopus litteras approbationis hujusmodi deferre celeriter debebat in Franciam certique ipsum precedebant nuntii ad carissimam in Christo filiam nostram Isabellem, reginam Anglie illustrem specialiter destinati, quod de partibus Francie nequaquam discederet donec pax reformata hujusmodi fuisset, mandato contrario non obstante. Quare scribendum aliud super hiis presentialiter non videmus. Datum Avinione, II kal. julii, anno nono ».

2537 Avignon, juin [?] 1325 (1).

Regi Franciae respondet se nunquam unionem abbatiarum de Generesi et de Reula ac prioratus de Sancto Lisio mensae episcopi Lascurrensis faciendam duxisse. (Reg. 113, fol. 14, c. 127 ; — *Annuaire du petit séminaire de Saint-Pé* [*Bagnères*], 1891, p. 360 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 156, n. 330).

« *Dicto regi Francie.* Excellentie regie litteras recepimus continentes tibi, fili carissime, de terra tua Bigorre scriptum noviter extitisse quod nos, ad instantiam dilecti filii nobilis viri.. comitis Fuxensis, episcopali mense venerabilis fratris nostri .. episcopi Lascurrensis, de Generesi et de Reula abbatias ac prioratum de Sancto Lisio quod in tuum et regni tui redundare asserebas dispendium, univisse[mus]. Sane, fili dilectissime, hujusmodi litterarum series nobis admirandi tribuit materiam non indigne, cum nec illam nec aliam unionem prefato episcopo duxerimus faciendan ».

(1) Document non daté, mais que sa place dans le registre autorise, semble-t-il, à attribuer au mois de juin.

2538 Avignon, 8 juillet 1325.

Petro Arquerii ut se informet an duae domus in Flandria consistentes quas Benedictus Rotharii, civis Astensis, Camerae cessit, ad eundem Benedictum tempore hujus cessionis pertinebant. (Reg. 113, fol. 14 v°, c. 131 ; — A. Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. I, p. 591, n. 1610).

« *Petro Arquerii, decano Rothomagensi.* Licet per alias — Datum Avinione, VIII idus julii, anno nono ».

2539 Avignon, 10 juillet 1325.

Roberto, episcopo Carnotensi, ne Gualhardum de Cardalhaco, archidiaconum Dunensem in ecclesia Carnotensi, in contemptu cujusdam ordinationis inter se ac capitulum et quasdam personas Carnotensis ecclesiae prius factae, super juribus dicti archidiaconatus, molestet. (Reg. 113, fol. 14 v°, c. 132).

« *Roberto, episcopo Carnotensi.* Ex parte dilecti — Datum Avinione, VI idus julii, anno nono ».

2540 Avignon, 11 juillet 1325.

Petro Danrocha ut mille libras tur. parv. de bonis quondam Geraldi episcopi Lemovicensis, Helyae, electo Lemovicensi, assignet. (Reg. 113, fol. 14 v°, c. 133).

« *Petro Danrocha, preposito secularis ecclesie Haentensis, Lemovicensis diocesis.* Dudum tibi per alias nostras certi tenoris litteras dedisse meminimus in mandatis ut bona mobilia bone memorie Geraldi, episcopi Lem [ovic]ensis, que ipse habebat seu extabant in episcopatu Lem[ovic]ensi tempore mortis sue, perciperes, exigeres et levares, eaque

quorum dispositionem nobis certis ex causis reservavimus, tibi nostro nomine faceres integraliter assignari. Volentes itaque dilecti filii Helye, electi Lem[ovic]ensis, necessitatibus pie considerationis intuitu subvenire, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus de bonis predictis per te collectis vel etiam colligendis, eidem electo vel procuratori suo mille libras turonensium parvorum tradas liberaliter et assignes, inde fieri faciens duo consimilia publica instrumenta, quorum altero penes te retento, reliquum ad nostram Cameram mittere non postponas. Datum Avinione, V idus julii, anno nono ».

2541 Avignon, 11 juillet 1325.

Comiti Fuxensi ne hominibus terrae Ceritaniae vel aliis subditis Jacobi, regis Majoricarum, dampna inferat. (Reg. 113, fol. 18, c. 165).

« ..*comiti Fuxensi*. Cupientes, fili, te sic prudenter et mature dirigere in omnibus actus tuos quod Deum non offendas in aliquo nec inferas contra caritatis debitum proximo lesionem, eapropter nobilitatem tuam rogamus et hortamur attentius, sano tibi nichilominus consilio suadentes quatinus hominibus terre Ceritanie vel aliis subditis carissimi in Christo filii nostri Jacobi, regis Majoricarum illustris, per te vel alium seu alios per hostiles insultus vel alias dampna non inferas, nec ad eorum offensiones injuste prosilias quoquo modo, sciturus quod donatio, promissio vel remissio que tibi per eumdem regem pupillum dicitur noviter esse facta, de jure non tenet nisi prefati regis tutoris interveniat auctoritas et consensus. Datum Avinione, V idus julii, anno nono ».

2542 Avignon, 15 juillet 1325.

Clementiae, reginae Franciae, Jacobum episcopum Zagabriensem quem ad partes regni Ungariae prius destinare disposuerat, remittit. (Reg. 113, fol. 15, c. 134; — Theiner, *Vetera monumenta Hungariae*, I, p. 500, n. DCCLXVII).

« *Clementie, regine Francie*. Licet venerabilem fratrem nostrum Jacobum episcopum Zagabriensem disposuissemus pro certis negotiis ad partes regni Ungarie destinare, postmodum tamen considerantes quod idem episcopus erat tuis obsequiis multipliciter oportunus, ad tue celsitudinis instantiam aliter super hoc ordinantes, ipsum episcopum tue salutis et honoris fervidum zelatorem, ad te cum nostre benedictionis gratia remittimus, et eum regali manificentie licet ex superhabundanti cum, ut credimus, non egeat, propensius commendamus. Datum Avinione, idibus julii, anno nono ».

2543 Avignon, 16 juillet 1325.

Mariae, comitissae Boloniae, de mariti sui obitu consolatur. (Reg. 113, fol. 15, c. 135).

« *Marie, comitisse Bolonie*. Nobilitatis tue litteris — Datum Avinione, XVII kal. augusti, anno nono ».

2544 Avignon, 20 juillet 1325.

Regi Angliae de tractatu pacis cum rege Franciae admisso laetitiam significat eique nuntiat se de persona Guillelmi de Ayrenime ecclesiae Norwicensi providisse. (Reg. 113, fol. 23 v°, c. 208).

« *Regi Anglie*. Non absque cordis ingenti letitia percepimus quod tu, fili carissime, tractatum pacis inter tuas et carissimi in Christo filiii nostri, regis Francie et Navarre illustris, gentes habitum, provida deliberatione consilii admisisti, concedendo super hoc litteras regias oportunas, super quo providentiam regiam multe laudis preconiis attollentes, tuam magnificenciam exhortamur quatinus, acceptis (1) super negotio pacis hujusmodi, donec exinde desiderati fructus, Regis pacifici suffragante gratia, proveniant, regalis excellentia non desistat. Ceterum serenitatem tuam volumus non latere quod die XVIII presentis mensis julii obitus bone memorie episcopi Norwicensis nobis extitit nuntiatus, et in crastino de persona dilecti filii magistri Guillelmi de Ayrenime, de fratrum nostrorum consilio, duximus tam consideratione regia quam ipsius probitatis obtentu, ecclesie Norwicensi quam ea vice dispositioni nostre reservavimus ante ipsius episcopi obitum, providendum. Datum Avinione, XIII kal. augusti, anno nono ».

(1) Corr : inceptis ?

2544 *bis* Avignon, 20 juillet 1325.

Reginae Angliae, super eodem. (Reg. 113, fol. 23 v°, c. 209).

« *Regine Anglie.* Letanter audivimus, filia — Datum ut supra ».

2545 Avignon, 20 juillet 1325.

Philippo de Majoricis, Jacobi, regis Majoricarum tutori, ut absolvere possit quasdam personas, universitates et communitates quae ipsi tanquam tutori in administratione tutelae ac regiminis regis predicti obedire renuendo, excommunicationis sententia innodatae sunt. (Reg. 113, fol. 165, c. 999).

« *Dilecto filio Philippo de Majoricis, thesaurario ecclesie Sancti Martini Turonensis, carissimi in Christo filii nostri Jacobi, regis Majoricarum illustris tutori.* Pervenit pridem ad nostri apostolatus auditum quod nonnulle tam ecclesiastice quam seculares persone, universitates etiam et communitates regni et terrarum carissimi in Christo filii nostri Jacobi regis Majoricarum illustris, te utique patruum et tutorem legitimum regis ejusdem in administratione tutele ac regiminis regis ipsius turbare ac impedire, in dicti regis et rei publice regni sui lesionem non modicam ac plurimorum scandalum, presumebant, propter quod venerabilibus fratribus nostris Raymundo Agatensi et Guillelmo Convenarum, olim Vasatensi episcopis, ut quoscunque perturbatores seu impeditores hujusmodi a premissis compescerent, per speciales nostras certi tenoris litteras dedimus in mandatis. Ipsi vero episcopi, procedentes super hiis vigore litterarum hujusmodi, specialiter et nominatim consules et sindicos loci ville et castri de Perpiniano, de Coquolibero et Ville Franche Confluentis tanquam super administratione ipsius tutele atque regiminis obedire tibi contradicentes expresse, generaliter autem quoscumque contradictores similis excommunicationis sententia innodarunt, universitates et communitates tam terrarum seu locorum ipsorum quam terrarum et locorum aliorum quorumcumque dicti regis, ac terras et loca ipsa supponentes ecclesiastico interdicto. Cumque, sicut nuper audivimus [non] nulle singulares persone ac universitates et communitates terrarum seu locorum hujusmodi, tibi circa administrationem ipsius tutele atque regiminis contradictione remota, obedire intendant, nos volentes in hac parte cum ipsis agere gratiose, gerentes de tue circumspectionis industria fiduciam in Domino specialem, absolvendi juxta formam Ecclesie ab hujusmodi excommunicationis sententia singulares personas easdem quas ad obedientiam tuam hujusmodi redire contigerit, necnon et interdictum de terris seu locis, universitatibus et communitatibus ipsis que ad eandem obedientiam simili modo redierint removendi plenam hac vice concedimus tibi et liberam auctoritate presentium facultatem. Datum Avinione, XIII kal. augusti, anno nono ».

2546 Avignon, 20 juillet 1325.

Petro Raymundi et Guidoni de Convenis, terminum solutionis decem millium librarum turonensium parvorum in quibus quondam Petro episcopo Carcassonensi qui eas in subsidio Terrae Sanctae legavit, tenebantur, a festo beatae Mariae Magdalenae proximo futuro usque ad unum annum prorogat. (Reg. 113, fol. 167, c. 1001).

« *Dilectis filiis nobilibus viris Petro Raymundi et Guidoni de Convenis fratribus.* Ex parte vestra — Datum Avinione, XIII kal. augusti, anno nono ».

2547 Avignon, 20 juillet 1325.

Johanni Bernerii mandat ut bona et redditus quondam Johannis Suppuni, praeceptoris seu commendatoris domus Sancti Antonii Cabilonensis, Apostolicae Sedi reservatos exigat et Camerae assignet, eique nonnulla de ejusdem domus reddituum ordinatione notificat. (Reg. 113, fol. 169, c. 1006).

« *Dilecto filio Johanni Bernerii, presbitero Cabilonensis diocesis.* Volentes de bonis — Datum ut supra [Avinione, XIII kal. augusti, anno nono] ».

2548 Avignon, 23 juillet 1325.

Capitulo Carnotensi, ut Gaulterium, archidiaconum Pisciacensem in ecclesia Carnotensi, quem pro ipsorum negotiis ad Curiam miserat, excusatum habeat cum sit ad partes patrimonii beati Petri in Tuscia destinatus. (Reg. 113, fol. 17, c. 155).

« *Capitulo Carnotensi.* Cum dilectum filium — Datum Avinione, X kal. augusti, anno nono ».

2549 Avignon, 25 juillet 1325.

Mariae, reginae Majoricarum supplicationibus annuens, mandat episcopo Elnensi ut interdictum pridem in loco de Perpiniano a Raymundo, Agatensi, et Guillelmo, Convenarum, tunc Vasatensi episcopis, appositum, quantum ad diem quartum instantis mensis septembris et aliam praecedentem, pro anniversario quondam Sancii, regis Majoricarum celebrando, suspendat, et divina officia in ecclesiis ejusdem loci celebrari permittat. (Reg. 113, fol. 184 v°, c. 1074).

« *Venerabili fratri.. episcopo Elnensi.* Ex parte carissime — Datum Avinione, VIII kal. augusti, anno nono ».

2550 Avignon, 26 juillet 1325.

Alphonso de Hispania a rege Franciae in Flandriam destinato respondet se nuntium ad easdem partes mittere non posse. (Reg. 113, fol. 15, c. 136 ; — A. Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. I, p. 597, n. 1624).

« *Alfonso de Hispania.* Insinuasti nobis, fili, per tuas litteras quas benigne recepimus casum Flandrie qui noviter contigerit infelicem, quodque pro illius reformatione ac liberatione dilecti filii nobilis viri comitis Flandrensis, carissimus in Christo filius noster Carolus, Francie et Navarre rex illustris, te ad partes illas specialiter destinabat, subjungens nichilominus quod tibi expediens videbatur ut aliquem nostrum nuntium, qui responsionem audiret quam tibi Flandrenses super hiis pro quibus mittebaris facerent, ad partes ipsas destinare vellemus. Nos autem, considerantes attente quod adeo tarde nobis fuerunt tue predicte littere presentate quod, si mitteretur per nos, ut petiisti, nuntius, illuc nequiret tecum qui jam iter arripueras, forsitan interesse, ab illius missione duximus abstinendum, sperantes probabiliter quod mandatis et requisitionibus ex parte prefati regis per te sibi super hiis faciendis, velut justis, rationabilibus et honestis obtemperabunt reverenter et efficaciter ut tenentur. Ceterum quedam venerabili fratri nostro P., Vivariensi episcopo, tue nobilitati referenda imposuimus, que ipse tibi explicabit seriosius viva voce. Datum Avinione, VII kal. augusti, anno nono ».

2551 Avignon, 26 juillet 1325.

Petro, Atrebatensi episcopo, de injuriis ab incolis Brugensibus Ludovico comiti Flandriae illatis. (Reg. 113, fol. 15, c. 137 ; — A. Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. I, p. 598, n. 1625).

« *Petro, Atrebatensi episcopo.* Fraternitatis tue litteris solita benignitate receptis, moleste ferimus nuntiatas nobis injurias que dilecto filio nobili viro Ludovico comiti Flandrie per incolas Brugenses ejus subditos inferuntur. Supponimus autem in divino auxilio quod dicti incole beneplacitis et mandatis carissimi in Christo filii nostri C., regis Francie et Navarre illustris, obedient in hac parte, de premissorum nuntiatione solicita tuam in Domino diligentiam commendantes. Datum ut supra ».

2552 Avignon, 26 juillet 1325.

H[enrico], domino de Suliaco, respondet se cum exultatione audivisse quod nuntii apostolici pacem inter reges Franciae et Angliae duxerant obtinendam, et ejusdem Henrici diligentiam in hoc negotio adhibitam commendat. (Reg. 113, fol. 15, c. 138).

« *H. domino de Suliaco.* Solita benignitate recepimus litteras et rotulum scripture alterius quos nobis misisti nuperrime et que continebantur in illis inspeximus seriose. Verum, tam antequam post receptionem ipsorum, audiveramus cum exultatione non modica quod nuntii nostri et Apostolice Sedis missis (*sic*) propterea inter carissimos in Christo filios nostros Carolum Francie et Navarre ac Eduardum Anglie reges illustres summo rege favente pacifico pacem duxerant obtinendam. Noviter quoque audivimus quod nuntii predicti una cum venerabili fratre nostro Johanne, Wyntoniensi episcopo, de partibus Anglie jam in Franciam cum firmata per ipsum regem Anglie finaliter pace hujusmodi pervenerunt. Itaque speramus in Illo cujus perfecta sunt opera quod, pro beneplacito dictorum regum circa premissa felicibus omnia in Domino successibus complebuntur. Ad hec, fili, tuorum in hac parte non ignari laborum et operum, nobilitatem et diligentiam tuam multipliciter inde in Domino commendamus cum actione multiplici gratiarum. Datum ut supra ».

2553 Avignon, 27 juillet 1325.

Johannae, reginae Franciae, de receptione litterarum ejus a Petro, Vivariensi episcopo, praesentatarum et de quibusdam munusculis eidem reginae missis scribit, eamque hortatur ut in devotionis fervore persistat. (Reg. 113, fol. 15 v°, c. 140).

« *Johanne, regine Francie et Navarre.* Regalis excellentie litteras nobis per venerabilem fratrem nostrum Petrum, episcopum Vivariensem presentatas nuper recepimus leta manu, et ea que dictus episcopus nobis pro parte regia curavit exponere, dicteque continebant littere intelleximus diligenter, votis regiis annuentes super illis ut licuit favorabiliter sicut idem episcopus referre serenitati regie seriosius poterit viva voce. Ceterum ad augendam devotionem quam ad Deum et sanctos ejus te habere, filia carissima, letanter percepimus, illa munuscula tue sublimitati pridem duximus transmittenda, magnificentiam regiam exhortantes quatinus in fervore hujusmodi devotionis persistens, Deum super omnia diligas, timeas ejusque mandata sic studeas efficaciter observare quod noxia cuncta submoveat, et omnia tibi profutura concedat, ad eum tam in prosperis quam adversis tue mentis oculos dirigens, et in eo spem totaliter tuam figens, certam de nobis fiduciam habitura quod nos in tuis oportunitatibus reperies, quantum cum Deo poterimus, propitios et benignos. Datum Avinione, VI kal. Augusti, anno IX° ».

2554 Avignon, 30 juillet 1325.

Carolum, regem Franciae, de torpore vituperans, eum rogat ut periculis quae ex quorumdam ducum in Alamania conceptis provenire possent consideratis curet super hoc tepiditate deposita vigilare, eique nonnulla negotium prioris Sancti Supplicii tangentia notificat. (Reg. 113, fol. 15 v°, c. 141).

« *Carolo, regi Francie.* Diligenter percepimus que continebant littere regie et transcriptum littere de Alamania excellentie regie destinate, et, antequam nobis fuissent presentata predicta, illius qui de Alamania predicta scripserat litteras receperamus et non tantum eadem quo ad familiaritatem et amicitiam illorum ducum incredibilem continentes, adhuc fide dignorum receperamus litteras quod dictorum ducum ad hoc intentio ferebatur quod liberatus deberet remanere in Alamania sub titulo regio, et illud ab ipso recognoscere liberante, liberans autem sub imperiali titulo deberet ad partes Italie se transferre, vel si liberati esset acceptius, liberatus pro eo deberet ad partes Italie proficisci. Creditur tamen quod spretis periculis, liberans eligat Italiam visitare. Profecto, fili carissime, si conceptus iste, quod absit, perduceretur ad portum, multa possent pericula et utique ampliora quam considerari valeant provenire. Ideoque providentia regia, tepiditate deposita, curet super hoc vigilare ; res enim sic adhuc sunt disposite ut regium possit ut prius desiderium adimpleri, quod forsan non poterit si predicti possint suum propositum stabilire. Tepiditas regia multum negotio offuit quia et nos reddit et reddidit tepidos et morosos. Litteram illam per quam de regio thesauro nil emittitur tenuit magnificentia regia jam fere per annum, licet sepius spes data fuerit transmittendi. Excutiat circumspectio regia quesumus hunc torporem et operetur si ad hoc intendat, dum dies est ; nox enim supervenire poterit in qua non poterit operari. Solicitatur, sicut intimatum est nobis de illis partibus, is qui regali excellentie insinuavit predicta ut nostram liberanti (1) debeat gratiam impetrare, quod si non posset fieri, se cum illo velit conjungere et de imperio recipere quicquid volet. Scribenti rescripsimus prout vidimus expedire. Ex multis que audivimus, credimus quod nondum liberatus de modo liberationis et factis in ea promissionibus suis fratribus exposuerit veritatem. Sicut ad excellentiam regiam supponimus pervenisse, prior Sancti Supplicii est in potestate nostra et cum diligentia custoditur. Audivimus eum et per certos cardinales audiri fecimus, presente venerabili fratre nostro episcopo Vivariensi, qui debet ejus dictum providentie regie explicare, in quo negocio procedi non potest nisi persone haberentur que de ipso fecerunt in suis depositionibus mentionem. Datum Avinione, III kal. augusti, anno nono ».

2555 Avignon, 30 juillet 1325.

Dictum regem rogat ut gratiam quam Archambaldo, comiti Petragoricensi, quoad poenam criminalem, fecit, velit et ad civilem ampliare. (Reg. 113, fol. 15 v°, c. 142).

« *Eidem.* Dilectum filium nobilem virum Archanbaudum, comitem Petragoricensem, regali excellen-

(1) Texte douteux.

tie propensius commendantes, serenitatem regiam affectione qua possumus deprecamur quatinus, ejusdem comitis ac progenitorum suorum obsequiosa devotione et fidelitate quibus erga domum regiam viguerunt hactenus indefesse, sicut adhuc idem comes vigere noscitur, nec non injuria quam dilectus filius nobilis vir Alanus de Monte Andronis, ejus adversarius, eidem comiti multipliciter dicitur irrogasse, in scrutinio regie considerationis adductis, tam premissorum intuitu quam nostrorum precaminum interventu, gratiam quoad poenam criminalem, ratione excessuum inter ipsos comitem et nobilem eorumque valitores, sicut dicitur, commissorum, forsan debitam memorato comiti a regali magnificentia dudum factam, velit ex uberioris dono gratie ad civilem ampliare et extendere regia celsitudo, ut idem comes de devoto fiat devotior, et ad obsequia regia promptius annuetur. Datum Avinione, III kal. augusti, anno nono ».

2556 Avignon, 30 juillet 1325.

Alphonso de Hispania, ut pro eodem Archambaldo partes suas apud dictum regem Franciae interponat. (Reg. 113, fol. 16, c. 143).

« *Alphonso de Hispania.* Pro dilecto filio — Datum ut supra ».

2557 Avignon, 30 juillet 1325.

In e. m. cancellario [*regis Francie*]. (Reg. 113, fol. 16, p. c. 143).

2558 Avignon, 30 juillet 1325.

Episcopi Wintoniensis sollicitudinem circa pacem inter Franciae et Angliae reges procurandam commendans, eum hortatur ut usque ad hujus negotii perfectionem laborare sedule non postponat et de provisione ecclesiae Norwicensis eum certiorem facit. (Reg. 113, fol. 23 v°, c. 210).

« ...*Episcopo Wyntoniensi.* Fraternitatis tue litteras nuper recepimus continentes qualiter pacis tractatum inter carissimos in Christo filios nostros C., Francie et Navarre, et E. Anglie reges illustres habitum perturbare nisus fuerat hostis pacis, ac quomodo post modum pacis angelo prevalente, prefatus rex Anglie cor suum ad ipsam pacem inclinans, tractatui predicto consenserat et suas litteras quas tu deferre debeas in Franciam fieri fecerat oportunas, carissime in Christo filie nostre Isabelli, regine Anglie illustri, consorti sue mandando nichilominus ut nullatenus de Francia discederet, mandato contrario non obstante, quedam etiam alia que prefate littere continebant percepimus, super tue solicituninis labores et studia multipliciter in Domino commendamus, providentiam tuam attentius exhortantes quatinus usque ad perfectionem negotii pacis hujusmodi laborare sedule non postponas. Nos enim memoratum regem Anglie, quia super admittendo tractatum concordie sanum habuit consilium et recepit, per alias nostras litteras magne laudis preconiis attollentes ipsum quantum possumus exhortamur ut a ceptis, donec fructus desiderate pacis advenerint, quomodolibet non desistat, quas quidem litteras eidem regi destinare quantotius ac ipsum super eodem inducere per tuas quas oportunas cognoveris litteras non omittas, rescripturus nobis more solito que tibi super hiis et aliis occurrerint rescribenda. Ceterum tuam volumus prudentiam non latere quod die XVIII mensis presentis julii obitus bone memorie.. episcopi Norwicensis nobis extitit nuntiatus et in crastinum de persona dilecti filii magistri Guillelmi de Ayrenime, de fratrum nostrorum consilio, duximus ecclesie Norwicensi, quam ea vice dispositioni nostre reservavimus ante ipsius episcopi obitum, providendum. Datum Avinione, III kal. augusti, anno nono ».

2559 Avignon, 31 juillet 1325.

Carolo, regi Franciae, ut negotia Hugonis de Cardaliaco celeriter expediri faciat. (Reg. 113, fol. 16, c. 144).

« ..*regi Francie.* Cum dilectus filius — Datum Avinione, II kal. augusti, anno nono ».

2560 Avignon, 31 juillet 1325.

Alphonso de Hispania eumdem Hugonem commendat. (Reg. 113, fol. 16, c. 145).

« *Alphonso de Hispania.* Dilectum filium nobilem — Datum ut supra ».

2561 Avignon, 31 juillet 1325.

In. e. m. cancellario [*regis Francie*]. (Reg. 113, fol. 16, p. c. 145).

2562 Avignon, 3 août 1325.

Petro Atrebatensi et Petro Vivariensi episcopis, ac Johanni de Cerchamont, de litteris per quas reginae Franciae felicem partum nuntiaverant gratias agit. (Reg. 113, fol. 16 v°, c. 149).

« *Petro Atrabatensi et Petro Vivariensi episcopis et Johanni Cerchamont, cancellario,* Devotionis vestre litteras per quas carissimam in Christo filiam nostram Johannam, reginam Francie et Navarre, de periculis parturientium fuisse feliciter et prospere liberatam, peperisseque filiam nuntiastis, recepimus leta manu et exinde liberatori et sue conservatori salutis gratiarum actiones uberes referentes, vestram solicitudinem super hujusmodi nuntiatione adhibitam plurimum in Domino commendamus. Datum Avinione, III nonas augusti, anno nono ».

2563 [Avignon], 3 août 1325.

Comiti Valesii de convalescentia congaudet eique nuntiat se regi Siciliae scripsisse et priorem Sancti Supplicii de quibusdam imaginibus suspectum carceribus mancipasse. (Reg. 113, fol. 16 v°, c. 150).

« *Comiti Valesii.* Molestia (*sic*), fili, nobis tua non indigne fuit infirmitas que tuam, ut audivimus, magnificentiam corporaliter molestabat, sed audita satis cito convalescentia ipsam molestiam temperavit. Sane quia quos ille magnus medicus, qui de sinu patris ad yma mundi descendit [ut] genus humanum a morbo curaret gravissimo, diligit interdum affligere talibus molestiis consuevit in corpore ut fortiores reddantur in mente, circumspectionem tuam providam exhortamur ut sic visitatione hujusmodi utaris provide ut cum beato Job afficto satis aspere Domino dicere valeas quod tuum spiritum ejus visitatione custodivit. Hoc, fili, audiveramus licet non certitudinaliter, sed super hiis nos tuarum litterarum series, quas letanter recepimus, reddidit certiores, ad Illum qui solo verbo omnem fugat langorem et sanitatem infundit, preces devotius infundentes ut te plene ad suum servitium et reipublice commodum sanitati restituat et restitutum conservet per tempora longiora. Hoc autem iterum scribimus quia forsan nostre alie littere ad tuam presentiam non venerint per nuntium quem tua providentia ad carissimum filium nostrum R[obertum] r[egem] Si[cilie] destinabit. Scribemus eidem regi efficaciter, prout viderimus negocio pro quo mittendus est expedire. Prior ille Sancti Supplicii qui de illis ymaginibus repertis Tholose habebatur suspectus detinetur nostris carceribus mancipatus. Datum III nonas augusti, anno nono ».

2564 Avignon, 4 août 1325.

Episcopo Wyntoniensi respondet quod ipsi expediens non videtur apud regem Franciae pro perfectione pacis Vasconiae praesentialiter instare. (Reg. 113, fol. 24, c. 211).

« *Eidem* [*episcopo Wyntoniensi*]. Fraternitatis tue litteras ratificationem tractatus pacis Vasconie leta manu recepimus describentes. Sane quia predicte littere inter cetera continebant quod nos apud carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, pro plene pacis perfectione instare presentialiter deberemus, quantum ad presens expediens non videtur quamvis ad hec et alia que per nos fieri commode super hiis poterunt proponamus intendere loco et tempore oportunis. Tu vero, frater, circa premissa labora sedule ut cepisti, nobis que tibi nuntiando occurrerint sepius rescripturus. Datum Avinione, secundo nonas augusti, anno nono ».

2565 Avignon, 5 août 1325.

Eduardo, comiti Sabaudiae, ut Jacobum, Appamiarum episcopum, et Raymundum, abbatem monasterii Sancti Egidii, ordinis sancti Benedicti, Nemausensis diocesis, nuntios apostolicos, pro pace inter ipsum ac Henricum, electum Metensem, et Guigonem, dalfinum Viennensem missos, benigne accipiat eorumque monitis acquiescat. (Reg. 113, fol. 62 v°, c. 484).

« *Dilecto filio nobili viro Eduardo, comiti Sabaudie.* Credimus, fili, quod si prudenter pacis attendis commoda et dissensionum discrimina provide cogitas, ommissis congressibus bellicis ex quibus non parum provocatur Altissimus, ad vias pacificas te convertas. Nosti, siquidem, quod populus in plenitudine pacis sedens, in fiducie tabernaculis habitat, et in requie opulenta quiescit, quodque in pacis tranquillitate coli potest congruentius et salubrius actor pacis, et vacare licet liberius divinis obsequiis et operibus pietatis; nec ignoras quod per dissensiones et discordias subiciuntur omnia vastitati, consumuntur bona, corpori quies subtrahitur, et mens iniquis solicitudinibus occupatur. Nos autem cupientes ut super gravi dissidio quod inter te ac dilectos filios Henricum, electum Metensem, et nobilem virum Guigonem, Dalfinum Viennensem et utriusque valitores et subditos suscitare studuit hostis pacis, ommissis congressibus bellicis, tibi et eidem Dalfino vestrisque amicis et subditis periculosis nimium, per viam pacificam terminando, tractatores eligantur pacis zelatores seduli, et a vobis treuge, ut cessant impedimenta quelibet, ineantur, vel auctoritate apostolica indicantur, venerabilem fratrem nostrum Jacobum, episcopum Appamiarum, et dilectum filium Raymundum, abbatem monasterii Sancti Egidii, ordinis sancti Benedicti, Nemausensis diocesis, Apostolice Sedis nuntios, ad eas partes cum nostris certi tenoris litteris providimus destinandos. Quocirca, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attentius quatinus prefatos nuntios pro divina et ejusdem Sedis reverentia favorabiliter et reverenter admittens, ad ea que pacis sunt, sicut ipsi te pro parte nostra requirent, prompte ac libere te inclines, eorum consiliis et persuasionibus salubribus in hoc parte taliter acquiescens quod a nobis et eadem Sede inde commendari merito, tanquam filius pacificus, merearis. Nos enim circa ea que per nos fieri commode poterunt in predictis interponere libenter intendimus, non vitatis laboribus, partes nostras. Datum Avinione, nonis augusti, anno IX° ».

2566 Avignon, 5 août 1325.

In. e. m. Guigoni, dalphino Viennensi. (Reg. 113, fol. 63, p. c. 481).

2567 Avignon, 5 août 1325.

In. e. m., *verbis competenter mutatis*, Henrico, electo Metensi, dalphinatus Viennensis gubernatori. *Datum ut supra.* (Reg. 113, fol. 63, p. c. 484).

2568 Avignon, 5 août 1325.

Petro, archiepiscopo Lugdunensi, ut praefatis nuntiis auxilio et favore opportunis assistat. (Reg. 113, fol. 63, c. 485).

« *Venerabili fratri archiepiscopo Lugdunensi.* Non ignorat tua — Datum Avinione, nonis augusti, anno nono ».

2569 Avignon, 5 août 1325.

In. e. m. Ludovico de Sabaudia. (Reg. 113, fol. 63, p. c. 485).

2570 Avignon, 5 août 1325.

Item, Imberto, domino Bellijoci. (Reg. 113, fol. 63, p. c. 485).

2571 Avignon, 5 août 1325.

Item Hugoni Dalphini, domino Fuciniaci. (Reg. 113, fol. 63, p. c. 485).

2572 Avignon, 5 août 1325.

Item, in. e. m. Ademario de Pictavia, comiti Diensi. (Reg. 113, fol. 63, p. c. 485).

2573 Avignon, 5 août 1325.

Item, in. e. m. Ademario de Pictavia juniori. (Reg. 113, fol. 63, p. c. 485).

2574 Avignon, 5 août 1325.

Jacobo, episcopo Appamiarum et Raymundo, abbati Sancti Egidii, reformationem pacis inter Eduardum,

comitem Sabaudiae, Guigonem, dalphinum Viennensem, et Henricum electum Metensem, committit. (Reg. 113, fol. 173, c. 1025).

« *Venerabili fratri Jacobo, episcopo Appamiarum, et dilecto filio Raymundo, abbati Sancti Egidii, ordinis sancti Benedicti, Nemausensis diocesis, Apostolice Sedis nuntiis.* Perduxit nuper ad nostri apostolatus auditum infausti rumoris assertio quod hostis antiqu[u]s pacis emulus, cunctorum malorum incentor, periculosa dissidia que olim inter dilectos filios nobiles viros Eduardum, comitem Sabaudie, ex parte una, et Guigonem, Dalfinum Viennensem, ex altera, necnon dilectum filium Henricum, electum Metensem, dicti Dalfini patruum et gubernatorem Dalfinatus ac utriusque partis valitores, adjutores, sequaces, adherentes et subditos suscitarat, adeo graviter exagerare studuit noviter et augere quod ipsi, juris semitis et viis pacificis penitus pretermissis, per hostiles congressus et bellicosos insultus, ad quos se hinc inde parare dicuntur, non absque suis et multorum aliorum periculis et jacturis, suas nituntur dirimere questiones. Nos autem strages corporum, lapsus rerum et animarum amarius deploranda pericula ex dissidiis et commotionibus hujusmodi, nisi occurreretur ocius, proventura, probabiliter formidantes, ac tantis malis tantisque periculis obviari paterne solicitudinis studio cupientes, discretioni vestre, de qua fiduciam in Domino gerimus specialem, per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus vos ad eas partes personaliter conferentes, predictos dissidentes ex parte nostra requirere ac efficaciter, juxta datam a Deo vobis prudentiam, hortari et inducere studeatis, ut omissis congressibus bellicis ex quibus Deus offenditur, se ad pacis et concordie semitas convertentes, aliquos viros pacificos et pacis hujusmodi zelatores procurent eligere, reformande inter ipsos unitatis et concordie tractatores, et, ut ejusdem pacis, quam desideranter appetimus, fructus votivi liberius et commodius, sublatis impedimentis quibuslibet, valeant provenire, treugas pacis representantes ymaginem, utque ad competentis temporis spatium, infra quod tractatus ipse sortiri possit felicem exitum et votivum, ineant inter se dictosque valitores, adjutores, sequaces, adherentes et subditos duraturas, quas si partes predicte aut procuratores seu vices gerentes earum inierint, vos firmare ac etiam roborare penis spiritualibus et temporalibus, et aliis firmitatibus de quibus vobis expedire videbitur, et quecunque obstacula observationi treugarum ipsarum quocunque modo contraria removere ac tollere, auctoritate nostra penitus, ipsasque per vos vel alium seu alios, si et quando et ubi oportunum noveritis, ac processus per vos habendos super hiis publicare, super quibus vobis plenariam potestatem tenore presentium concedimus, procuretis. Si vero partes predicte hujusmodi requisitionibus et hortationibus obtemperare cum effectu forsitan non curarent, quod absit, nos tot et tanta mala, quot et quanta ex predictis dissidiis et commotionibus, tam ipsis partibus earumque valitoribus et subditis, quam aliis nonnullis fidelibus, non absque offensa divina et multarum animarum periculis provenirent, tollerare seu dissimulare salva conscientia non valentes, indicendi auctoritate predicta inter partes easdem dictosque valitores, adjutores, sequaces, adherentes et subditos earundem treugas, que pacis ymaginem representent, usque ad tempus de quo vobis videbitur duraturas, easque firmandi et vallandi penis spiritualibus et temporalibus de quibus expedire noveritis, necnon omnia et singula impedimenta seu obstacula treugarum ipsarum, observationi quomodolibet obvia, etiam si juramentis, obligationibus, promissionibus, penarum adjectionibus et aliis quibuscumque firmitatibus essent innexa, predicta auctoritate tollendi ac penitus removendi, et tam ipsas treugas quam processus per vos habendos super hiis, ac sententias proferendas et penas infligendas, quando et quotiens et in locis de quibus vobis videbitur, per vos vel alium seu alios publicandi, ac contra non servantes seu infringentes ipsas treugas per exagerationem, publicationem et executionem penarum hujusmodi, et alias sicut expediens cognoveritis procedendi et omnia alia et singula faciendi, gerendi et plenarie exercendi que in premissis et eorum singulis fuerint quomodolibet oportuna, non obstante si eis vel aliquibusvis aliis (1) — Datum Avinione, nonis augusti, anno nono ».

2575 Avignon, 5 août 1325.

Universis praelatis et personis ecclesiasticis ut praedictos nuntios apostolicos de quodam stipendio providere curent. (Reg. 113, fol. 178 v°, c. 1043).

---

(1) Ici, les formules habituelles.

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis ipsorumque loca tenentibus, capitulis quoque, collegiis et conventibus ceterisque personis ecclesiasticis secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis Cisterciensis, Cluniacensis, Premostratensis, Comaldulensis, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum, ac domorum Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani et Beate Marie Theutonicorum, Calatravensis et Humiliatorum magistris, prioribus, prepositis et preceptoribus ad quos littere presentes pervenerint.* Cum nos venerabilem — Datum Avinione, nonis augusti, anno nono ».

2576 Avignon, 6 août 1325.

Regi Franciae de ejectione Mediolanensium gratias agit et nonnulla ipsi circa istud explicanda episcopo Vivariensi committit. (Reg. 113, fol. 16, c. 147) ; — G. Tabacco, *La casa di Francia nell'azione politica di papa Giovanni XXII*, Rome, 1953, in. 4, p. 353.

« *Regi Francie.* Preconizatione, fili carissime, super ej[ ]ciendis et licentiandis a regno Francie Mediolanensibus perfidis Sancte Romane Ecclesie rebellibus et de fautoria hereticorum judicialiter condempnatis quam fieri jussit ac fecit per diversas ipsius regni partes regia celsitudo, leto non mediocriter animo intellecta, cum ex hoc orthodoxorum progenitorum tuorum conspiciamus te claris inherere vestigiis, eidem, pro tante devotionis erga ipsam Ecclesiam matrem tuam indicio gratiarum referimus uberrimas actiones. Sane cum circa ista nonnulla committamus venerabili fratri nostro P., Vivariensi episcopo, regio culminini vive vocis oraculo explicanda, sublimitatem regiam deprecamur quatinus eidem velit episcopo super hiis fidem credulam adhibere. Datum Avinione, VIII idus Augusti, anno nono ».

2577 Avignon, 6 août 1325.

Petro Ricavi et Guillelmo de Concossio, de certis pecuniarum summis quas de sexennali et triennali decimis impositis provenientes, in Arelatensi, Aquensi, Ebredunensi, Viennensi, Lugdunensi, Tarantasiensi et Bisuntina civitatibus et diocesibus, pro illis partibus quae de regno Franciae non existunt, receperant et Camerae assignaverant, quittationem dat. (Reg. 113, fol. 71 v°, c. 528).

« *Dilectis filiis Petro Ricavi, sacriste Avinionensis, et Guillelmo de Concossio, canonico Autisiodorensis ecclesiarum.* Cum vos de — Datum Avinione, VIII idus augusti, anno nono ».

2578 Avignon, 9 août 1325.

Petro, Vivariensi episcopo, ut pro negotio Archambaudi, comitis Petragoricensis, expediendo apud Carolum regem Franciae instet. (Reg. 113, fol. 16, c. 146).

« *Petro Vivariensi episcopo.* R. Gerentes cordi negotium — Datum Avinione, V idus augusti, anno nono ».

2579 Avignon, 10 août 1325.

Reginae Franciae congratulatur quod a doloribus parturientium eam Dominus prospere liberavit. (Reg. 113, fol. 16, c. 148).

« *Johanne, regine Francie.* Letanter audivimus, filia carissima, quod de periculis parturientium, divina tibi propitiante clementia, feliciter et prospere liberata, super quo largitori bonorum omnium labiorum vitulum exolvimus, filiam peperisti. Quocirca serenitatem regiam attentius exhortamur quatinus, tam super hiis quam aliis bonis innumeris ab Eo tibi datis, in fervore devotionis et humilitate spiritus eidem ad gratiarum uberes actiones assurgens, de nata filia multipliciter in Domino consoleris ; nam post illam, Eo prestante qui eam tibi dedit, provenient filii Deo amabiles, ut optamus et petimus, ac rei publice utiles, et domui regie gaudiosi. Et ut hec ab Eo qui dare potest optinere abundantius merearis, eum timere ac diligere super omnia studeas, vitando semper que sue majestatis oculos possunt offendere, et que sibi placita sunt jugiter operando, quem nos suppliciter exoramus ut super te virumque tuum ac totam domum regiam gratiam large benedictionis infundat. Datum Avinione, IIII idus augusti anno nono ».

2580 Avignon, 13 août 1325.

Petro Daurocha, ut Ricardo de Gordis, civi et mercatori Avinionensi ad partes Flandriae et Brabanciae pro certa quantitate pannorum ad usum hospicii emenda misso, tria millia florenorum auri de bonis in diocesi Lemovicensi de mandato apostolico collectis assignet. (Reg. 113, fol. 172 v°, c. 1023 ; — A. Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. I, p. 549, n. 1630).

« *Dilecto filio Petro Daurocha, preposito ecclesie de Ahento, Lemovicensis diocesis.* Cum dilectus filius — Datum Avinione, id[ib]us augusti, anno nono ».

2581 Avignon, 17 août 1325.

Comiti Valesii statum ipsius notificat et etiam de statu ejusdem comitis informari petit. (Reg. 113, fol. 16 v° c. 151).

« *Eidem* [*comiti Valesii*]. Ut avidis satisfiat affectibus patris et filii de successibus utriusque, noveris, fili, quod Dei gratia corpore sumus incolumes, quamvis adversus molem apostolice servitutis immensam simus plus quam expediat spiritu inbecilles. Petimus igitur a devotione tue nobilitatis instanter, ut de statu prospero tue persone quam paternaliter diu cupimus existere sospitem, versa vice patrem reddat filius certiorem. Datum Avinione, XVI kal., septembris, anno nono ».

2582 Avignon, 17 août 1325.

Henrico, domino de Soliaco, ne diligentia ejus tepescat circa pacis inter Franciae et Angliae reges factae perfectionem, cum dictus rex Angliae vel ejus primogenitus in Franciam pro faciendo homagio venturus sit. (Reg. 113, fol. 16 v°, c. 152).

« *Henrico, domino de Suliaco.* Nobilitatis tue letanter recepimus litteras et que continebantur in illis et interclusa cedula intelleximus diligenter, ex quibus nobis evidenter innotuit quam sedulam (1) curavisti adhibere diligentiam ne pacis hostis posset circa pacem inter inclitos principes Francie et Anglie reges illustres divino auxilio reformatam, suum pernitiosum desiderium adimplere. Et licet pax predicta sit per reges prefatos noviter confirmata, predictusque rex Anglie seu ejus primogenitus ad diem condictam in Franciam pro faciendo homagio sit venturus, consulimus tamen quod propterea tua diligentia non tepescat, quominus hostis insidiis volentis pacem hujusmodi perturbare proinde te opponas, intimaturus nobis si qua occurrerint nuntianda, sciturusque quod optamus admodum circa finem optate pacis hujusmodi nobis prospera nunciari. Datum ut supra proxime ».

(1) Reg : *cedulam.*

2583 Avignon, 17 août 1325.

Sicardo de Vauro, causarum Palatii auditori, mandat ut dissensionem inter incolas castrorum de Valriaco et de Tanhinhaco, Vasionensis et Diensis diocesum, praetextu quorumdam pascuorum subortam, sopiat vel terminat (Reg. 113, fol. 179 v°, c. 1049).

« *Dilecto filio magistro Sicardo de Vauro, canonico Caturcensi, causarum nostri Palatii auditori.* Accepimus nuper quod inter habitatores et incolas castrorum de Valriaco et de Tanhinhaco, Vasionensis et Diensis diocesum, seu communitates et universitates eorum, pretextu pascuorum territorii de Mastinhacio et de Luniano ac usus pascendi animalia in eodem, quem quidem usum ipsorum quilibet sibi certis modis et conditionibus vendicare nititur, gravis dissensio est suborta. Nos autem, cupientes ut per viam pacificam vel aliam accomodam hujusmodi dissensio sopiatur, ac de tue circumspectionis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes, discretioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus ad locum territorii predicti te personaliter conferens et vocatis partium procuratoribus seu syndicis earundem et aliis evocandis, rem ipsam subiciens occulis, dissensionem predictam per viam pacificam sopire, si commode poteris, non omittas, alias autem juxta capitula hinc inde tibi tradenda summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura judicii veritatem inquirens, illam, prout tibi melius et utilius secundum ea que repereris, equitate servata, videbitur, studeas terminare, pignora hinc inde, occasione pascuorum hujusmodi capta faciens sicut consonum rationi cognoveris interim quorum interest restitui, et ea que super

premissis vel aliquo predictorum decreveris seu ordinaveris firmiter ab eisdem partibus observari, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Si vero dubium vel obscurum tibi emerserit in predictis, illud referre cum plena instructione procures ut inde possimus quod nobis expedire secundum Deum videbitur ordinare. Datum Avinione, XVI kal. septembris, anno nono ».

2584 Avignon, 20 août 1325.

Regem Franciae hortatur ut circa nonnulla exequenda juxta tractatum pacis inter eum et regem Angliae se benivolum exhibeat. (Reg. 113, fol. 16 v°, c. 153).

« *Regi Francie.* Exultanter percepimus pacem tractandam inter te, fili carissime, et carissimum filium nostrum, E. regem Anglie illustrem, super discordia quam hostis pacis inter vos procuraverat fuisse Auctoris pacis providentia confirmatam. Verum, quia juxta tractatum ipsum restant nonnulla, sicut tua novit circumspectio, exequenda, providentiam regiam exhortamur et rogamus attente ut circa illa sic se curet benivolam exhibere quod hostis astutia pacem ispam nequeat impedire, sed, ipsius repulsa malitia ad Dei laudem totiusque Ecclesie Sancte Dei securitatem et gaudium executio debita subsequatur. Datum Avinione, XIII kal. septembris, anno nono ».

2585 Avignon, 20 août 1325.

In. e. m. regi Angliae. (Reg. 113, fol. 16 v°, p. c. 153).

2586 Avignon, 20 août 1325.

Jacobo, episcopo Appamiarum, et Raymundo, abbati monasterii Sancti Egidii, ordinis sancti Benedicti, Nemausensis diocesis, nuntiis apostolicis, quod si, audita responsione E[duardi] comitis Sabaudiae, viderint expedire, negotium ipsis commissum prosequantur, alioquin ad curiam revertantur. (Reg. 113, fol. 73, c. 486).

« *Dictis nuntiis* [*Jacobo, episcopo Appamiarum, et Raymundo abbati Sancti Egidii, ordinis sancti Benedicti, Nemausensis diocesis*]. Litteras vestras nostri — Datum Avinione, XIII kal. septembris, anno nono ».

2587 Avignon, 26 août 1325.

Domino de Suliaco, de ingressu suo in Burdegalam et publicatione pacis congaudet, eumque hortatur ut, pro pacis confirmatione, inceptis prudenter et provide insistat. (Reg. 113, fol. 17, c. 154 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 157, n. 331, extrait).

« *Domino de Suliaco.* Missas novissime nobilitatis tue litteras ingressum tuum in Burdegalam et obedientiam tibi exhibitam necnon pacem ibidem publicatam inter cetera continentes recepimus leta manu, super insinuatione rumorum hujusmodi utique nobis placidorum admodum tue solicitudinis studium cum gratiarum actionibus plurimum in Domino commendantes, et sperantes in eo qui in sui dispositione non fallitur quod quibusvis submotis noxiis et omnibus profuturis concessis, circa negotium pacis omnia succedent prospere et felicem exitum sortientur, eandem nobilitatem tuam attentius exhortamur quatinus adeo prudenter insistas ceptis et provide quod nichil adversi circa premissa valeat pacis emulus in eis partibus procurare, nos de hiis que tibi digna relatu occurrerint redditurus more solito certiores. Datum [Avinione], VII kal. septembris, anno nono ».

2588 Avignon, 26 août 1325.

Ludovicum de Lingonensi ecclesia ad Metensem ecclesiam vacantem, quia Henricus, electus ad laicalem statum se transferens, insigniri se fecit cingulo militari, transfert. (Reg. 113, fol. 72, c. 531).

« *Veneralibi frati Ludovico, episcopo Metensi.* Ecclesia Metensi ex — Datum Avinione, VII kal. septembris, anno nono ».

2589 Avignon, 26 août 1325.

Guillelmum Lingonensi ecclesiae per praedicti Ludovici episcopi ad Metensem ecclesiam translationem vacanti, in episcopum praeficit. (Reg. 113, fol. 72, c. 532).

« *Dilecto filio Guillelmo, electo Lingonensi.* Cupientes Lingonensi ecclesie — Datum ut supra ».

2590 Avignon, 1er septembre 1325.

Jacobo, episcopo Appamiensi, et Raymundo, abbati Sancti Egidii, nuntiis apostolicis, ut pacem inter Eduardum, comitem Sabaudiae, et Guigonem, dalphinum Viennensem ac Henricum Dalphini fieri procurent, eosdem nobiles ad ineundum treugas inducendo. (Reg. 113, fol. 63. c. 487).

« *Venerabili frati Jacobo, episcopo Appamiensi, et dilecto filio Raymundo, abbati monasterii Sancti Egidii Nemausensis diocesis, Apostolice Sedis nuntiis.* Receptis begnine litteris vestris ultimo nobis missis et earum serie plenius intellecta, diligentiam vestram quam adhibere circa commissum vobis negotium tam in adeundo dilectum filium nobilem virum Eduardum comitem Sabaudie, quam alias prudenter et solicite, sicut tenore litterarum ipsarum percepimus, curavistis, plurimum in Domino commendantes, vestram volumus prudentiam non latere quod nos dilectis filiis nobilibus viris Guigoni, dalfino Viennensi, et Henrico Dalfini, patruo suo, ad nostram presentiam accedentibus hiis diebus, strages corporum, animarum pericula, rerum lapsus, depopulationes terrarum et locorum aliaque sua et amicorum ac subditorum suorum non facile numeranda dispendia, que jam ex eorum et dicti comitis et ipsorum predecessorum guerris et commotionibus provenerunt hactenus et formidantur verisimiliter in posterum, nisi occurratur, periculosius proventura, sicut expedire vidimus, ostendentes, et judicantes expresse quod terram alienam violentis et bellicosis insultibus invadere iniquum et injustum erat, nec sine peccato mortali fieri poterat, vel etiam tolerari, eis paternis duximus affectibus suadendum ut, premissa deducentes in considerationis examen, omissis omnino congressibus bellicis, ad pacem et concordiam cum eodem comite reformandam suos animos inclinarent. Qui nobis prudenter et provide respondentes, se obtemperaturos nostris monitis et persuasionibus, si dictus comes ad hoc consentiat, liberaliter obtulerunt, et demum cum nos requireremus prefatum Henricum quod nobis personas aliquas pacis predicte fervidas zelatrices pro parte sua et ejusdem Dalfini ad pacis tractatum prosequendum hujusmodi nominaret, ipse nobis illico respondit quod hoc facere commode non poterat de presenti cum probabiliter ignoraret quas personas et cujus status prefatus comes ad predicta voluerit nominare; nam si personas sublimes vel mediocres aut inferiores ad tractandum super predictis pro parte sua poneret dictus comes, iidem dalfinus et Henricus similis conditionis personas pro parte sua super hiis nominabunt. Cum autem nos pacem hujusmodi intensis desideriis, ut obvietur predictis periculis, affectantes, predictis scribimus partibus juxta formam quam cedula continet presentibus interclusa, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus negotium hujusmodi, quod non parum insidet nobis cordi, studeatis juxta datam a Deo volis prudentiam adeo prosequi, sicut oportunum noveritis diligenter, quod ex vestris laboribus desiderati fructus, divina gratia suffragante, proveniant, vosque commendari a nobis et Apostolica Sede preter celestia premia que inde merebimini, merito debeatis. Et ut tractatus hujusmodi, congressibus cessantibus bellicis, melius et utilius actore Domino valeant consummari, partes ipsas ad ineundum treugas interim usque ad certum terminum competentem infra quem tractatus ipse perfici, Domino dirigente, valeat, viis et modis quibus melius expedire videritis, inducatis, rescripturi nobis sepius [que] occurrerint super hiis et aliis rescribenda. Datum Avinione, kalendis septembris, anno nono ».

2591 Avignon, 1er septembre 1325.

Comiti Sabaudiae, ut certas personas praedictis nuntiis aut ad curiam apostolicam pro dicta pace mittat, et ad ineundas treugas inter se ac Guigonem, dalphinum Viennensem, et Henricum Dalfini, patruum ejus, consentire velit. (Reg. 113, fol. 63 vo, c. 488).

« *Dicto comiti Sabaudie.* Serie litterarum venerabilis — Datum ut supra ».

2592 Avignon, 1er septembre 1325.

Guigoni, dalphino Viennensi, et Henrico Dalfini praedictis super eodem. (Reg. 113, fol. 64, c. 489).

« *Dictis dalfino et Henrico.* Sicut ex insinuatione — Datum ut supra ».

2593 Avignon, 1er septembre 1325.

Eduardum, comitem Sabaudiae, ad praedictam pacem hortatur eique nuntiat quod de provisione ecclesiae Metensis, antequam litterae ejus pervenissent, ipse jam in mente disposuerat. (Reg. 113, fol. 64, c. 490).

« *Dicto comiti.* Venerabilem fratrem nostrum — Datum ut supra ».

2594 Avignon, 1er septembre 1325.

Petro, archiepiscopo Lugdunensi, regratiatur quia praedictos nuntios apostolicos benigne tractavit et ad eumdem comitem secure direxit, hortaturque eum ut pro treugis ineundis et pace tractanda, partes suas interponat. (Reg. 113, fol. 64 vo, c. 491).

« *Venerabili fratri Petro, archiepiscopo Lugdunensi.* Grata venerabilis fratris — Datum ut supra ».

2595 Avignon, 1er septembre 1325.

Episcopo Elnensi, pro celebratione tantum anniversarii Sancii regis Majoricarum, facultatem, ut prius, concedit suspendendi interdictum in loco de Perpiniano et quibusdam aliis terris ab Agatensi et Vasatensi episcopis appositum. (Reg. 113, fol. 180, c. 1053).

« *Venerabili fratri... episcopo Elnensi.* Supplicationibus carissimi in Christo filii nostri Jacobi, regis Majoricarum illustris, benignius annuentes, interdictum per venerabiles fratres nostros Raymundum, Agathensem, et Guillelmum, Convenarum, tunc Vasatensem episcopos, Apostolice Sedis nuntios, in loco de Perpiniano, tue diocesis, et quibusdam aliis terris ipsius regis ex certis causis appositum, quantum ad quartam diem presentis mensis septembris vel diem aliam per ipsum regem ad hoc eligendam in qua inclite recordationis Sancii regis Majoricarum, patrui sui, debeat pro parte ipsius regis anniversarium fieri, tam in prefato loco de Perpiniano quam in regno et terris aliis predicti regis suspendendi, auctoritate nostra, et in eorum permittendi ecclesiis, excommunicatis exclusis, premissa die pro dicto anniversario, divina officia celebrari solenniter, extunc interdicto hujusmodi permansuro in sui roboris firmitate ut prius, hac vice plenam et liberam tibi concedimus tenore presentium facultatem. Datum Avinione, kalendis septembris, anno nono ».

2596 Avignon, 1er septembre 1325.

Eidem episcopo Elnensi, ut abbatem monasterii Sancti Michaelis, ordinis sancti Benedicti, Elnensis diocesis, caeterasque personas quae interdictum in terris regis Majoricarum appositum non servarunt, excommunicatos nuntiet, easque personaliter citet. (Reg. 113, fol. 180 vo, c. 1057).

« *Venerabili fratri.. episcopo Elnensi.* Non sine animi — Datum Avinione, kalendis septembris, anno nono ».

JOANNIS PAPAE XXII

EPISTOLAE SECRETAE ET DE CURIA

ANNUS DECIMUS

2597 Avignon, 5 septembre 1325.

Johannes papa XXII Petro episcopo Vivariensi negotia fratrum Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani in Francia prosequenda commendat. (Reg. 113, fol. 202 v°, c. 1143).

« *Petro episcopo Vivariensi.* In dilectorum filiorum — Datum Avinione, nonis septembris, anno decimo ».

2598 Avignon, 7 septembre 1325.

Petrum de Godorio, archidiaconum de Montepensato in ecclesia Caturcensi, de quibusdam pecuniarum summis quas ex bonis Arnaldi de Villario, operarii ecclesiae Caturcensis, provenientes Camerae Apostolicae assignaverat, quittat. (Reg. 113, fol. 307 v°, c. 1808).

« *Dilecto filio Petro de Godorio, archidiacono de Montepensato in ecclesia Caturcensi.* Dudum Arnaldo de — Datum Avinione, VII idus septembris, anno X° ».

2599 Avignon, 17 septembre 1325.

Alienordem, comitissam Vindocinensem hortatur ut concordiam inter ipsam et natos suos, ex una parte, ac Petrum Raymundi et Guidonem de Convenis, nepotes suos, ex altera, per communes amicos reformatam, observare velit. (Reg. 113, fol. 199 v°, c. 1114).

« *Alienordi comitisse Vindocinensi, domine Montisfortis.* Displicenter audivimus, filia, quod licet super reformanda concordia inter te tuosque natos, ex parte una, et dilectos filios nobiles viros Petrum Bertrandi et Guidonem de Convenis, nepotes tuos, ex altera, per communes amicos et tractatores electos super hoc laboratum multipliciter et tandem pro bono pacis et concordie, sicut asseritur, extiterit ordinatum quod terre assignande dicto Guidoni a loco de Dannata usque ad Semenorum protenderentur termini exclusive, C. librarum turonensium annui redditus, quibusdam aliis eidem Guidoni non modicum, ut asseritur, onerosis, per ipsum de dicta terra tibi et parti tue dimissis nichilominus pro pace hujusmodi facilius et plenius assequenda, tu tamen postmodum tractatum ipsum, cui prius consensisse diceris, renuens ad perfectionem pacis ejusdem procedere, quamvis ad hoc certus fuisset prefixus terminus contrariis ducta seu seducta suggestionibus noluisti. Quocirca nobilitatem tuam rogamus et hortamur attentius, paterno tibi nichilominus consilio suadentes quatinus jura sanguinis quo tibi et eisdem natis tuis predicti nepotes et eorum fratres quos confovere deberes materni amoris amplexibus, conjunguntur, nec non unitatis et concordie inter vos multiplicia commoda et dissensionis gravia dispendia consideranter attendens, ad pacem Deo placidam nobisque acceptam ac utrique vestrum valde perutilem tractatu predicto resumpto, inclinare tuum animum, quavis cordis mitigata duritie, non postponas, ut merito regis pacis nominari filia merearis et caritate quam pacis hostis inter vos ledere studuit, restaurata in eisdem nepo-

tibus, velut filiis devote ac reverenter tibi obsequentibus de cetero consoleris. Datum Avinione, XV kal. octobris, anno decimo ».

2600 Avignon, 20 septembre 1325.

Petro Bruni, inquisitori, ut contra quemdam capellanum seu rectorem de labe heresis vehementer suspectum, procedat. (Reg. 113, fol. 200, c. 1115 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 158, n. 332).

« *Petro Bruni de ordine Predicatorum, inquisitori heretice pravitatis in partibus Tholosanis auctoritate apostolica deputato.* Missis nobis litteris tuis quibus quedam que super negotio inquisitionis tibi commisso acta fuerant nuntians, a nobis quid super quibusdam aliis dictum negotium tangentibus agere debeas edoceri petiisti benigne receptis earumque serie plenius intellecta, tuam super predictis adhibitam diligentiam commendantes, negotio hujusmodi credimus expedire, quod contra illum capellanum seu rectorem de labe heresis vehementer, ut predicte littere continebant, suspectum, juste procedere non postponas, aliis quousque de pace Vasconie certiores rumores receperis, sub taciturnitate seu dissimulatione dimissis. Datum Avinione, XII kal. octobris, anno decimo ».

2601 Avignon, 22 septembre 1325.

Pontium Molinerii, canonicum Caturcensem, quondam Bartholomeo de Arcu, archidiacono de Figiaco, ad exegendos fructus beneficiorum quae Arnaldus de Villario, operarius ecclesiae Caturcensis, tenebat, subrogat. (Reg. 113, fol. 269, c. 1594).

« *Dilectis filiis Petro de Godorio, archidiacono de Montepensato et Pontio Molinerii, canonico in ecclesia Caturcensi.* Dudum tibi, fili — Datum Avinione, X kal. octobris, anno X ».

2602 Avignon, 24 septembre 1325.

Napoleoni Montisregalis electo concedit ut munus consecrationis usque ad unum annum recipere non teneatur, necnon ut archidiaconatum quem in Remensi, ac cantoriam quam in Laudunensi ecclesiis tenet, caeteraque beneficia usque ad eumdem terminum retinere possit. (Reg. 113, fol. 277 v°, c. 1638).

« *Eidem electo* [*Neapoleoni electo Montisregalis*]. Merita tue devotionis — Datum Avinione, VIII kal. octobris, anno decimo ».

2603 Avignon, 24 septembre 1325.

Judicibus ut eidem Neapoleoni fructus praedictorum beneficiorum ministrari faciant. (Reg. 113, fol. 278, c. 1639).

« *Judicibus.* Merita devotionis dilecti — Datum ut supra ».

2604 Avignon, 25 septembre.

Henricum, dominum de Suliaco, de sollicitudine commendat, eumque hortatur ut circa partium Vasconiae negotia mature ac discrete procedat. (Reg. 113, fol. 199 v°, c. 1113).

« *Henrico, domino de Suliaco.* Presentatis (*sic*) nobis per dilectum filium nobilem virum Matheum de Varenis nobilitatis tue de credentia litteras benignitate recepimus consueta, quarum serie ac hiis que dictus nobilis de tuo statu et partium Vasconie nobis explicare sub dicta credentia studuit plenius intellectis, de receptione tua pacifica et reverentia tibi exhibita, et aliis per te gestis leti quam plurimum et jocundi, tuam in hac parte solicitudinem et circumspectionem providam multipliciter in Domino commendamus, nobilitatem tuam attentius exhortantes quatinus sic mature provide ac discrete continuare circa tuum regimen studeas quod cepisti, quod inde tibi honore augeatur cumulus, et negocia illarum partium sub tua directione ac gubernatione provida de bono semper in melius, suffragante tibi divina gratia prosperentur, nobis que tibi occurrerint nuntianda more solito quotiens oportunum cognoveris rescripturus. Datum Avinione, VII kal. octobris, anno decimo ».

2605 Avignon, 2 octobre 1325.

Alphonso de Hispania, quod antequam litterae suae de archidiaconatu Remensi Henrico de Hispania, archidiacono de Josayo in ecclesia Parisiensi capellano apostolico, germano suo, conferendo pervenissent, de eodem archi-

diaconatu jam ordinatum fuerat. (Reg. 113, fol. 200, c. 116).

« *Alfonso de Ispania.* Nobilitatis tue litteras Datum Avinione, V nonas octobris, anno decimo ».

2606 Avignon, 3 octobre 1325.

De treugis inter Guigonem, dalphinum Viennensem, et Henricum Dalphini, ex una parte, ac Eduardum comitem Sabaudiae, ex altera, usque ad instans festum Omnium Sanctorum initis congaudens eumdem Guigonem ad perficiendum pacem hortatur, dictas treugas si tractatoribus electis oportunum erit, prolongando. (Reg. 113, fol. 365, c. 2140).

« *Guigoni, dalfino Viennensi.* Insinuatione venerabilis fratris nostri Jacobi, episcopi Appamiarum, et dilecti filii Raymundi, abbatis monasterii Sancti Egidii Nemausensis diocesis, Apostolice Sedis nuntiorum, letanter percepto inter te, fili, et dilectum filium nobilem virum Henricum Dalfini patruum tuum ex parte una, et dilectum filium nobilem virum Edoardum, comitem Sabaudie, ex altera, et utriusque valitores et subditos initas usque ad instans festum Omnium Sanctorum fuisse treugas, et ad tractandum de pace hinc inde actore Domino reformanda, certos fuisse tractatores electores, tue circumspectionis providentiam plurimum in Domino commendamus, sperantes in eo qui est pacis actor et humane salutis amator, quod ipsius suffragante gratia, odiorum vepribus extirpatis, votive subsequantur inter vos fructus pacis. Sane quia, sicut audivimus, nullus per vos vel tractatores eosdem terminus, quo ipsi ad tractandum de pace hujusmodi convenire debeant, est prefixus, et tractatorum electio nullam utilitatem afferret nisi ad tractandum convenirent tractatores electi, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attentius, ac per Dei misericordiam obsecramus quatinus, ad ipsam pacem Deo placidam ac utrique vestrum accommodam et illarum partium incolis non modicum fructuosam intendens, super hujusmodi termino assignando, et acceptandis, si expediat, longioribus treugis ne tempus jam initarum brevissimum infructuose labatur, velis una cum eodem patruo tuo libere convenire. Et quia divina potentia, cujus judicia sunt sicut abysus, quos vult subicere subicit, et quibus placet victoriam impertitur, ipsius attributam tibi nuper gratiam in humilitate spiritus recognoscens, utensque mansuetudine post triumphum circa captorum relaxationem, te cum eodem patruo liberalem exhibeas et benignum, nos enim sicut alias tibi scripsisse meminimus, vitare labores non intendimus super hiis que circa reformationem pacis hujusmodi cognoverimus oportuna. Datum Avinione, V nonas octobris, anno X° ».

2607 Avignon, 3 octobre 1325.

In. e. m. dicto Henrico. (Reg. 113, fol. 365, p. c. 2140).

2608 Avignon, 3 octobre 1325.

Eduardum, comitem Sabaudiae, ad eamdem concordiam hortatur. (Reg. 113, fol. 365, c. 2141).

« *Eduardo, comiti Sabaudie.* Insinuatione venerabilis fratris — Datum ut supra ».

2609 Avignon, 3 octobre 1325.

Dalphino Viennensi, ut terminum ad tractandum de pace tractatoribus electis assignare velit. (Reg. 113, fol. 365 v°, c. 2142).

« *Dalfino Viennensi.* Licet insinuatione venerabilis fratris nostri Jacobi, episcopi Appamiarum, et dilecti filii Raymundi, abbatis monasterii Sancti Egidii Nemausensis diocesis, Apostolice Sedis nuntiorum, leto perceperimus animo inter te ac dilectum filium nobilem virum Henricum Dalfini, patruum tuum, ex parte una, et dilectum filium nobilem virum Eduardum comitem Sabaudie, ex altera, et utriusque valitores et subditos initas usque ad instans festum Omnium Sanctorum fuisse treugas et ad tractandum de pace hinc inde de pace (*sic*) actore Domino reformanda, certos tractatores electos, displicenter tamen audivimus quod nullus ad tractandum de pace hujusmodi per vos vel tractatores eosdem fuerat terminus assignatus. Sane quia tractatorum ipsorum electio nullam utilitatem afferret nisi ac tractandum convenirent tractatores electi, nobilitatem tuam rogamus attentius et hortamur quatinus, ne tempus treugarum pre-

dictarum brevissimum infructuose labatur, ad acceptandum pro tractatu hujusmodi terminum tuum inclines animum et coaptes, vel saltem patiaris et consentias quod illum acceptent pro tua et altera parte terminum nuntii supradicti. Ceterum, fili, te scire volumus quod nos de te et eodem patruo tuo ex hoc plurimum admiramur quod tibi et sibi nuper Deus tantum honorem contulerit et tractatores primo nominare nolueritis et diem ad tractandum acceptare penitus etiam recusetis. Quam ob rem paternis tibi monitis suademus ut impensam tibi gratiam a Domino humiliter recognoscens, te reddas cum eodem patruo in acceptando primo, si predicti nuntii hoc expedire decreverint, terminum hujusmodi liberalem. Datum ut supra ».

2610 Avignon, 3 octobre 1325.

In. e. m. Henrico Dalphini, praedicti dalphini patruo. (Reg. 113, fol. 365 v°, p. c. 2142.

2611 Avignon, 3 octobre 1325.

Comiti Sabaudiae, de eodem termino acceptando. (Reg. 113, fol. 365 v°, c. 2143).

« ..*Comiti Sabaudie.* Licet insinuatione venerabilis — Datum ut supra ».

2612 Avignon, 3 octobre 1325.

Jacobo episcopo Appamiarum et Raymundo, abbati monasterii Sancti Egidii, Nemausensis diocesis, nuntiis apostolicis, quomodo praedictas litteras eis quibus diriguntur praesentare debent. (Reg. 113, fol. 365 v°, c. 2144).

« *Eisdem nuntiis.* Litteras vestras per quas inter dilectos filios nobiles viros Eduardum, comitem Sabaudie, ex parte una, et Guigonem, dalfinum Viennensem et Henricum Dalfini, patruum suum, ex altera, et utriusque valitores et subditos initas usque ad instans festum Omnium Sanctorum fuisse treugas et ad tractandum de pace tractatores electos et aliorum gestorum circa commissum vobis negotium nobis seriem intimastis, benigne recepimus et que continebantur in eis pleno collegimus intellectu, laboriosas vestras solicitudines adhibitas in premissis plurimum in Domino commendantes. Et ecce quod eisdem partibus per binas diversorum tenorum litteras ut petiistis, nec non et aliis de quibus vidimus expedire scribimus juxta formas quas continent cedule presentibus intercluse, quas quidem litteras per vos eisdem partibus modo qui sequitur volumus presentari, primo videlicet litteras generales per quas partes ipsas ad acceptandum super tractatu pacis terminum exhortamur, quibus ad hoc sufficientibus, alias speciales in quibus subjungimus quod, nisi partes predicte super acceptatione dicti termini conveniant, ut vos illum acceptetis pro ipsis, patiantur et consentiant volumus subticeri ; alias, nisi prime sufficerent, secundas et alias quibus diriguntur prout expediens cognoveritis, presentetis, et donec aliud a nobis in mandatis habueritis, negotium prosequamini juxta datam a Deo vobis prudentiam inchoatum, rescripturi nobis quotiens oportunum videritis que vobis occurrerint circa predictum negotium rescribenda. Datum ut supra ».

2613 Avignon, 3 octobre 1325.

Petro, archiepiscopo Lugdunensi, ut praefatum comitem Sabaudiae nepotem suum, ad terminum praefatum acceptandum inducat. (Reg. 113, fol. 366, c. 2145).

« *Petro, archiepiscopo Lugdunensi.* Insinuantibus nobis venerabili — Datum ut supra ».

2614 Avignon, 3 octobre 1325.

In e. m. Aymoni de Sabaudia, germano comitis Sabaudiae. (Reg. 113, fol. 366, p. c. 2145).

2615 Avignon, 6 octobre 1325.

Comiti Valesii de convalescentia sua congaudet eique se Petrum, Silvanectensem episcopum, commendatum habere promittit. (Reg. 113, fol. 201, c. 1126).

« *Comiti Valesii.* Avida letaque patris — Datum Avinione, II nonis octobris, anno decimo ».

2616 Avignon, 6 octobre 1325.

Praedicto episcopo Silvanectensi de eisdem, et quod de ejusdem comitis Valesii statu, necnon de emergentibus ibi ipsum informare non desinat. (Reg. 113, fol. 201, c. 1127).

« *Petro, Silvanectensi episcopo.* Fraternitati[s] tue litteras statum nobis convalescentie prosperum dilecti filii magnifici viri Caroli, clare memorie regis Francie filii, comitis Valesii referentes, eo majori affectione recepimus quo eum vigere successibus prosperioris gratie affectamus, super quo tuam diligentiam sedulam multipliciter commendantes in Domino, solicitudinem et sinceritatem tuam exhortatione solicita exitamus (*sic*) quatinus tam de ipsius Catoli statu incolumi quo sepe nos recrees quam de emergentibus ibi novis relatione condignis nos more solito litteratorie facias certiores. Datum ut supra ».

2617 Avignon, 6 octobre 1325.

Reginae Angliae de pace inter reges Franciae et Angliae reformata congaudens, eam hortatur ut filium suum ducem Aquitaniae in virtuosis et circumspectis actibus instruet. (Reg. 113, fol. 214 v°, c. 1250 *bis* ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 158, n. 333).

« *Regine Anglie.* Letamur admodum, filia carissima et ei a quo cuncta bona procedunt vitulum exolvimus labiorum quod labores tui circa concordiam inter carissimos in Christo filios nostros C. Francie et Navarre, germanum, et E. Anglie virum tuos reges illustres, actoris pacis suffragante gratia, reformatam, non absque multis solicitudinibus adhibitis, produxerunt uberes fructus pacis, serenitatem regiam attentius exhortantes quatinus de predictis et aliis innumeris bonis et gratiis a Domino tibi datis, eidem in humilitate et devotione spiritus jugiter ad gratiarum actiones assurgens, que sue majestati grata et accepta cognoveris studeas promptius operari, ut ejus benedictionem et gratiam semper uberius merearis. Ceterum quia multum videmus expediens et nos desideranter optamus ut dilectus filius nobilis vir E., dicti regis viri tui et tuus primogenitus, dux Aquitanie, in virtuosis et circumspectis actibus presertim in initio sui regiminis diligenter instructus, Deum super omnia diligat et timeat, viros prudentes et pacificos justitiam diligentes et pacem habeat juxta se, quorum consiliis regulet facta sua, virtutibus inhereat et vitia execrans detestetur, injurias aborreat et pro viribus relevet gravamina subditorum, exhortationibus nostris adicimus ut super hiis et aliis actionibus virtuosis a quibus processu temporis, si eis in sue juventutis auspiciis inhereat, avelli non poterit, sic ipsum curet regalis providentia plenius informare, quod cum ad etatem provectiorem devenerit, portet assueta suavius ac magis in bonis operibus, ex quibus, ut verisimiliter est sperandum, fient sibi longiores anni vite presentis, quamvis instabilis, prestante virtutum Domino, delectetur ; alias autem, nisi in sue juventutis primordiis hiis et aliis operibus virtuosis intenderet, esset proculdubio quod vulgariter dicitur, formidandum : Qui non assuescit virtuti dum juvenescit, a vitiis nescit discedere quando senescit. Quam ob rem provida matris directio super hiis non tepescat, instando apud eundem regem, virum tuum, nichilominus sedule ut tales consiliarios et assistentes, sicut premisimus, eidem velit primogenito assignare, ad nos, filia carissima, tu et ipse dux filius tuus, quos reperietis, quantum cum Deo poterimus propitios habituri recursum in vestris oportunitatibus fiducia filiali. Datum Avinione, II nonas octobris, anno decimo ».

2618 Avignon, 6 octobre 1325.

Dictum ducem Aquitaniae hortatur ut in initio sui regiminis consiliarios maturos et providos eligat, Carolo regi Franciae velut domino suo speciali ac E[duardo], regi Angliae, tanquam patri et domino pareat, Isabellae genitrici suae honorem debitum exhibeat, necnon jura et libertates Ecclesiae commendata habeat. (Reg. 113, fol. 215, c. 1251 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 159, n. 334).

« *Eidem duci* [*Aquitanie*]. Quia recte ordinata principia felices solent sortiri eventus, desideranter appetimus, fili, et tibi nequoquam ambigimus expedire ut in initio tui regiminis sic te geras et provide prudenter, quod status tuus et terre tue, te presidente, Deo propitio, de bono semper in melius prosperetur. Ad quod oportunum admodum et necessarium reputamus, ut tecum habeas viros maturos et providos qui tuam salutem diligant, quorum consiliis regules facta tua, et in officiis terre tue homines constituas peritia preditos et fide pollentes,

pacem et justitiam diligentes, odientes avariciam et injustitiam abhorrentes, inclitis regibus carissimis in Christo filiis nostris Carolo Francie et Navarre velut tuo domino speciali, et Eduardo Anglie tanquam patri et domino cum omni devotione et reverentia pariturus, nec non carissime in Christo filie nostre Isabelle, regine Anglie illustri, genitrici tue, honorem exhibiturus debitum, labores quos ipsa te in utero gestando pertulit et amorem sincerum quo te prosequitur non oblitus. Nec pretermittas, fili, super omnia Deum diligere ac timere ipsiusque mandata tenaciter observare, ecclesias et personas ecclesiasticas pro divina reverentia honorando, et in suis juribus et libertatibus confovendo, pauperibus orfanis et viduis et aliis personis miserabilibus miserando, eosque ab oppressionibus et gravaminibus tuorum officialium et quoruncumque malignantium relevando. Quocirca nobilitatem tuam paternis rogamus et hortamur affectibus quatinus sic in hujusmodi et aliis piis operibus tuam solidare studeas juventutem, quod cum ad etatem provectiorem deveneris, et curis fueris majoribus occupatus, portes assueta suavius ac in tam piis actibus magis ac magis cotidie delecteris, indeque Deo merearis fieri semper acceptior, qui te ad laudem sui nominis et rei utilitatem publice producat sicut oramus suppliciter, in dierum longitudinem et salutem, ad nos quos quantum cum Deo poterimus, propitios et benignos in tuis oportunitatibus reperies, recursum fiducialiter habiturus. Datum ut supra ».

2619 Avignon, 8 octobre 1325.

Jacobo, regi Majoricarum, ut Mariae reginae Majoricarum, amitae suae, si ad partes Provinciae se transferat, de honesta comitiva providere velit. (Reg. 113, fol. 233, c. 1363).

« *Jacobo regi Majoricarum.* Cum nos carissimam — Datum Avinione, VIII idus octobris, anno decimo ».

2620 Avignon, 8 octobre 1325.

Praedictam reginam Majoricarum hortatur ut, juxta consilium Roberti, regis Siciliae, germani sui, ad partes Provinciae se transferat, in civitate Aquensi moratura, et ut cum Helionoro de Villanova, magistro Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani colloquium habeat. (Reg. 113, fol. 233 v°, c. 1364).

« *Marie, regine Majoricarum.* Dudum serenitati tue, ut, juxta consilium et beneplacitum carissimi in Christo filii nostri Roberti, regis Sicilie illustris, germani tui, te ad partes transferes Provincie, moraturam ibidem in civitate Aquensi, per nostras litteras meminimus suasisse; et licet quasdam excusationes pretendens, quare tunc obtemperare nequibas commode nostris persuasionibus hujusmodi et beneplacitis dicti regis, quia tamen nunc cause dictarum excusationum omnino cessare noscuntur, tuam magnificentiam attentius exhortamur, sano tibi nichilominus consilio suadentes quatinus, voluntati et ordinationi prefati regis super hiis promptis operibus te coaptans, ad easdem partes Provincie non differas, honeste tamen et honorifice juxta status tui decentiam, te transferre. Cumque prefatum regem de tua salute et honore solicitum, dilecto filio Helionoro de Villanova, magistro Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, ut te cum ad partes veneris supradictas, associet, speciales litteras perceperimus direxisse, idemque magister sit ad presens in illis partibus pro suo capitulo celebrando, regie providentie consulimus ut cum eodem magistro habere tractatum et colloquium super hoc non postponat. Datum ut supra ».

2621 Avignon, 8 octobre 1325.

Eidem magistro [Helionoro de Villanova], ut dictam reginam ad praefata inducat. (Reg. 113, fol. 233 v°, c. 1365).

« *Eidem magistro.* Dudum carissime in — Datum ut supra ».

2622 Avignon, 8 octobre 1325.

Stephano, ut gubernationem ecclesiae Meldensis sibi post translationem Petri episcopi ad ecclesiam Vivariensem commissam suscipiat. (Reg. 113, fol. 303 v°, c. 1758).

« *Dilecto filio Stephano, electo Meldensi.* Nuper ecclesia Meldensi — Datum Avinione, VIII idus octobris, anno decimo ».

2623 Avignon, 9 octobre 1325.

Regi Franciae Johannem de Levis, dominum Mirapiscensem, qui, ratione cujusdam homicidii dudum in exercitu Vasconiae perpetrati, coram regia celsitudine expedire habet, commendat. (Reg. 113, fol. 200, c. 1117).

« *Regi Francie.* Pro hiis qui nobis et Apostolice Sedi obsequiosis affectibus exhibent se devotos, quosque sentimus honoris regii zelatores, eo libentius excellentie regie porrigimus preces nostras quo ipsas speramus ad exauditionis effectum favorabilius introduci. Cum itaque dilectus filius nobilis vir Johannes de Levis, dominus Mirapiscis, familiaris noster, ratione cujusdam homicidii dudum in exercitu Vasconie super quo ipse delatus extitit, sicut asseritur, perpetrati, habeat coram regia celsitudine ad cujus accedit propter hoc presentiam expedire, idemque nobilis, prout fide dignorum personarum relatu percepimus, dictum non commiserit homicidium, nec presens dum committebatur fuerit, nec fieri mandaverit antedictum, paxque reformata sit nichilominus, ut asseritur, inter partes, sublimitatem regiam attentius deprecamur quatinus, premissis nec non devotis et promptis obsequiis quos tam ipse quam sui progenitores domui regie exhibuerunt hactenus et exhibere jugiter idem nobilis est paratus, in examine regie considerationis adductis, et insuper quod ille qui interfectus fuisse dicitur, quendam de genere prefati nobilis ut fertur interfecerat alias pensatis insidiis et dolose, quodque justi doloris rigor nequit in talibus de facili temperari attento, velit regia benignitas prefatum nobilem super suis agendis hujusmodi habere pro nostra et Apostolice Sedis reverentia favore regio commendatum, oleo misericordie si indigeatur justicia temperata. Datum Avinione, VII idus octobris, anno decimo ».

2624 Avignon, 9 octobre 1325.

Comiti Valesii, super eodem, ut pro praefato Johanne partes suas apud dictum regem interponat. (Reg. 113, fol. 200, c. 1118).

« ..*Comiti Valesii.* Pro hiis, etc. — Datum ut supra ».

2625 Avignon, 9 octobre 1325.

Ludovico, comiti Clarimontis, camerario Franciae, super eodem. (Reg. 113, fol. 200 v°, c. 1119).

« *Ludovico, comiti Clarimontis, camerario Francie.* Cum dilectus filius — Datum ut supra ».

2626 Avignon, 9 octobre 1325.

In e. m. Alfonso de Hispania. (Reg. 115, fol. 200 v°, p. c. 1119).

2627 Avignon, 9 octobre 1325.

In e. m. Roberto de Atrabato, comiti Bellimontis. (Reg. 113, fol. 200 v°, p. c. 1119).

2628 Avignon, 9 octobre 1325.

In e. m. Philippo, comiti Cenomanensi. (Reg. 113, fol. 200 v°, p. c. 1119).

2629 Avignon, 9 octobre 1325.

In e. m. Johanni Cerchamont, decano Pictavensi. (Reg. 113, fol. 200 v°, p. c. 1119).

2630 Avignon, 9 octobre 1325.

Deodato, episcopo Castrensi, ne ad pacem inter Petrum Raymundi Guidonemque de Convenis et Alienordem, comitissam Vindocinensem, dominam Montisfortis reformandam laborare desinat. (Reg. 113, fol. 200 v°, c. 1120).

« *Deodato, episcopo Castrensi.* Non ignoramus, frater — Datum ut supra ».

2631 Avignon, 9 octobre 1325.

In e. m. episcopo Lumberiensi. (Reg. 113, fol. 200 v°, p. c. 1120).

2632 Avignon, 9 octobre 1325.

Bernardo Jordani, ut cum praefatis episcopis ad eamdem pacem reformandam laboret. (Reg. 113, fol. 200 v°, c. 1121 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 159, n. 335).

« *Bernardo Jordani, domino Insule.* Nosti, fili, quod — Datum ut supra ».

2633 Avignon, 9 octobre 1325.

Petro Raymundi et Guidoni de Convenis, ut dictorum episcoporum et nobilis monitis acquiescere velint et animos ad pacem inclinare. (Reg. 113, fol. 200 v°, c. 1122).

« *Petro Raymundi et Guidoni de Convenis, fratribus.* Si commoda pacis — Datum ut supra ».

2634 Avignon, 9 octobre 1325.

Alienordi, comitissae Vindocinensi, super eodem. (Reg. 113, fol. 200 v°, c. 1123).

« *Eidem comitisse.* Si commoda pacis — etc. ut supra proxime, verbis competenter mutatis ».

2635 Avignon, 12 octobre 1325.

Guillelmo, archiepiscopo Bituricensi, quod illi canonico, cujus nomen non exprimitur, qui quaedam detestabilia commisit, non intendit dare licentiam beneficia permutandi. (Reg. 113, fol. 201, c. 1124).

« *Guillelmo, archiepiscopo Bituricensi.* Benigne recepimus fraternitatis — Datum Avinione, IIII idus octobris, anno decimo ».

2636 Avignon, 12 octobre 1325.

Petro, olim Vivariensi episcopo, ut gubernationem Autissiodorensis ecclesiae sibi commissam suscipiat. (Reg. 113, fol. 303 v°, c. 1759).

« *Venerabili fratri Petro, Autisiodorensi, olim Vivariensi episcopo.* Nuper ecclesia Autisiodorensi — Datum Avinione, IIII idus octobris, anno decimo ».

2637 Avignon, 16 octobre 1325.

Alfonso de Hispania respondet prioratum de Blanhaco, Tolosanae diocesis, qui regularis esse dinoscitur, Guillelmo Barte, legum professori, seculari clerico conferri non posse, et excusationem petit. (Reg. 113, fol. 201, c. 1125).

« *Alfonso de Ispagna, domino de Lunello.* Litteras nobilitatis tue — Datum Avinione, XVII kal. novembris, anno decimo ».

2638 Avignon, 18 octobre 1325.

Gasberto, archiepiscopo Arelatensi et Geraldo de Capmulo, ut Raymundum de Bossaco, presbyterum, Guillelmum Boerii, clericum, ac Guillelmum Bernardi, domicellum, Mirapiscensis et Caturcensis diocesum, Hugonemque Albini, civem Tolosanum, pro quibusdam criminibus in castri Novarum carceribus Avinionensis diocesis detentos, liberent. (Reg. 113, fol. 278 v°, c. 1642).

« *Venerabili fratri Gasberto, archiepiscopo Arelatensi, camerario nostro, et dilecto filio Geraldo de Capmulo, archidiacono Caturcensi.* Cum Raymundus de — Datum Avinione, XV kal. novembris, anno decimo ».

2639 Avignon, 21 octobre 1325.

Petrum Ricavi et Guillelmum de Concosso de quadam pecuniae summa quam a collectoribus sexennalis et triennalis decimarum in Arelatensi, Aquensi, Viennensi, Lugdunensi, Ebredunensi, Bisuntina ac Tarentasiensi provinciis receptam Camerae Apostolicae assignaverant, quittat. (Reg. 113, fol. 307 v°, c. 1809).

« *Dilectis filiis Petro Ricavi, sacriste Avinionensis, et Guillelmo de Concossio, canonico Autisiodorensis ecclesiarum.* Ex vestre relationis — Datum Avinione, XII kal. novembris, anno decimo ».

2640 Avignon, 23 octobre 1325.

Cantori ecclesiae Constantiensis ut Guillelmo Durandi et Thomae Regis, clericis Constantiensis et Cenomanensis diocesum, a Philippo comiti Cenomanensi nominatis, tabellionatus officium concedere possit. (Reg. 113, fol. 275, c. 1623).

« *Dilecto filio.. cantori ecclesie Constantiensis.* Cum dilectus filius — Datum ut supra [Avinione, X kal. novembris, anno decimo ».

2641 Avignon, 24 octobre 1325.

Philippo Hugonis tabellionatus officium concedit. (Reg. 113, fol. 300 v°, c. 1745).

« *Dilecto filio Philippo Hugonis, clerico Carcassonensis diocesis, non conjugato nec in sacris ordinibus constituto.* Ne contractuum memoria — Datum Avinione, IX kal. novembris, anno decimo ».

2642 Avignon, 28 octobre 1325.

Regi Franciae ut Catherinae de Griliaco quae summam quingentarum librarum turonensium, ratione cujusdam condempnationis, solvere tenetur, oportunam dilationem concedere velit. (Reg. 113, fol. 201, c. 1128 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 159, n. 336).

« *Regi Franciae.* Cum dilecta in Christo filia nobilis mulier Catherina de Griliaco, vidua, summam quingentarum librarum turonensium in quibus ratione cujusdam condempnationis regie celsitudini dicitur teneri astricta, in statuto sibi termino commode solvere, sicut accepimus, nequeat propter guerram Vasconie novissimam multipliciter in suis bonis et proventibus aggravata, serenitatem regiam attentius deprecamur quatinus, eidem affectu regio compatiens in hac parte, oportunam dilationem velit sibi super hoc favorabiliter magnificentia regalis gratiose concedere, eamque pro nostra et Apostolice Sedis reverentia super hiis et aliis prosequi favoribus oportunis. Datum Avinione, V kal. novembris, anno decimo ».

2643 Avignon, 28 octobre 1325.

P. de Griliaco, de matrimonio nati et germanae ejus. (Reg. 113, fol. 201, c. 1129 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 160, n. 337).

« *P. de Griliaco, vicecomiti Renaugiarum.* Super tractatu matrimonii nati tui locuti ei extitimus, et affectione qua potuimus ut fieret quod petebas suasimus de quibus faciebant nobilitatis tue littere mentionem. Illi autem super hoc multa possunt, se id procuraturos efficaciter spoponderunt, super quibus, ut obtatum finem capiant, adhuc insistere disponimus sicut viderimus expedire. Sane, fili, sicut ex predictis litteris tuis percepimus, times merito et etiam nos timemus quod germana tua de se ipsa aliter ordinet quam obtares, et utique attenta sexus muliebris fragilitate, miramur quod hoc tandiu distulerit adimplere, presertim cum tu et alii cari sui eam oblivioni dedisse, nec de statu ipsius videamini cogitare. Ideoque nobilitati tue duximus salubriter consulendum quatinus, de ipsa curam adhibens sedulam, eam viro, attentis ejus conditionibus et statu ydoneo, in sociam studeas collocare, et, si ad hoc solicitudo nostra in aliquo fuerit oportuna, illam prompte et fideliter offerimus adhibere. Ceterum presentiam tuam libenter cum exultatione animi videremus si tibi adesset possibilitas veniendi, et de oblatis a tua nobilitate liberaliter, gratiarum tibi actiones referentes uberes, paratos nos offerimus ad ea que tuum respiciant comodum et honorem. Datum ut supra proxima ».

2644 Avignon, 28 octobre 1325.

Catherinam de Griliaco ad matrimonium contrahendum hortatur eique nuntiat se Carolo regi Franciae pro quadam dilatione scripsisse. (Reg. 113, fol. 201 v°, c. 1130 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 161, n. 338).

« *Catherine de Griliaco.* Gratum esset nobis admodum, filia, quod convenienti tuo statui alicujus consortio, ex quo ad Dei honorem et servicium tuamque consolationem prolem posses suscipere, jungereris, super quo illis qui hoc, etiam sine nostra suasione, deberent procurare, sedule nostras exhortationes sepius duximus cumulandos, et si per nos sciremus te circa premissa dirigere, profecto diu est fecissemus libenter. Sed quia nescimus, te duximus ad aliorum consilia remittendam, nos nequaquam ab hiis intendentes propterea substrahere si oportunitas se offerat quod in hoc possit nostra diligentia aliquid operari. Habes ibi namque germanum tuum, habes et dilectum filium nobilem virum Bernardum Jordani, dominum de Insula, qui tibi multipliciter astringuntur teque in hiis tenentur

dirigere, et ut speramus, fideliter dirigere (1) non ommittent. Quocirca nobilitatis tue prudentiam hortamur quatinus interim et etiam postmodum irreprensibiliter cures vivere ac obloquendi malivolis materiam amputare. Adhoc, carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, super oportuna dilatione tibi concedenda scribimus, verentes remissionem non posse faciliter obtinere. Gratia Domini nostri Jhesu Christi sit tecum, qua te ab adversis custodiat et in sui benivolentia te conservet. Datum ut supra ».

2645 [Avignon], 7 novembre 1325.

Sclarmondae de Duroforti indulgentiam in mortis articulo concedit. (Reg. 113, fol. 280, c. 1650 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 162, p. 339).

« *Dilecte in Christo filie Sclarmunde de Duroforti, uxori dilecti filii nobilis viri Vesiani de Lomania.* Sincere devotionis affectus — Datum VII idus novembris, anno decimo ».

2646 Avignon, 7 novembre 1325.

Raymundum, episcopum Mirapiscensem de quibusdam pecuniarum summis, quas ex Arnaldi de Villaribus, dudum rectoris parrochialis ecclesiae de Bellopodio, Mirapiscensis diocesis, bonis provenientes, per manum Guillelmi Salveti, rectoris ecclesiae de Vigorno, Montisalbanae diocesis, Camerae Apostolicae assignari fecit, quittat. (Reg. 113, fol. 308, c. 1811).

« *Venerabili fratri Raymundo, episcopo Mirapiscensi.* Dudum Arnaldo de — Datum Avinione, VII idus novembris, anno decimo ».

2647 Avignon, 12 novembre 1325.

Guillelmum Petri de Segueriovilla, de quibusdam pecuniarum summis quas ex ejusdem Arnaldi bonis provenientes dictae Camerae assignaverat, quittat. (Reg. 113, fol. 308, c. 1812).

(1) Reg : *diligere.*

« *Dilecto filio Guillelmo Petri de Segueriovilla, laico Tholosane diocesis.* Ex tue relationis — Datum Avinione, II idus novembris, anno decimo ».

2648 Avignon, 13 novembre 1325.

Bernardo Jordani de Insula, quod concessionem domus de Sousiaco, Nicolae de Suessione monacho monasterii Sancti Medardi, Suessionensis diocesis factam confirmare non potest, cum non sit de more. (Reg. 113, fol. 212 v°, c. 1234 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 163, n. 340).

« *Bernardo Jordani, domino de Insula.* Licet votis tuis — Datum Avinione, idibus novembris, anno decimo ».

2649 Avignon, 16 novembre 1325.

Petro, electo Lingonensi, quod munus consecrationis a quocumque maluerit antistite recipere possit. (Reg. 113, fol. 280 v°, c. 1655).

« *Dilecto filio Petro, electo Lingonensi.* Cum nuper ecclesie — Datum Avinione, XVII kal. decembris, anno decimo ».

2650 Avignon, 17 novembre 1325.

Philippo de Valesio, de receptione nuntiorum ejus. (Reg. 113, fol. 201 v°, c. 1131).

« *Philippo de Valesio, comiti Cenomanensi.* Dilectos filios nobiles viros Henricum de Avalgoria, dominum de Meduana, et Guidonem Turpini nuntios tuos venientes ad presentiam nostram, et litteras per eos nobis a tua nobilitate transmissas solita benignitate recepimus, et patienter audivimus que ipsi nobis oretenus proponere voluerunt. Sane super negotio scripto nobis per hujusmodi litteras utiliorem quam potuimus viam tibique expedientiorem et honorabiliorem elegimus, et illam, prout dictus Guido tibi referre poterit, actore Domino prosequimur. Datum Avinione, XV kal. decembris, anno decimo ».



2651 Avignon, 18 novembre 1325.

Regi Angliae quod ad pacem cum Carolo, rege Franciae, faciendam animum inclinaverit gratulatur, Robertum cancellarium ejus se commendatum habiturum intendens. (Reg. 113, fol. 215, c. 1254).

« *Eidem* [*regie Anglie*]. Letificaverunt valde affectum spiritualis patris in filium regie serenitatis littere nobis misse quas gaudenter accepimus, commendantes et laudantes in Domino plurimum quod ad ea que pacem inter te, carissime fili, et carissimum in Christo filium nostrum C., regem Francie et Navarre illustrem, facere poterant, salutaribus, actore Deo, consiliis tuum animum laudabiliter inclinasti. Dilectum vero filium magistrum Robertum cancellarium tuum tue interventionis obtentu ejusque suadentibus meritis recommendatum hinc intendimus loco et tempore oportunis. Datum Avinione, XIIII kal. decembris, anno decimo ».

2652 Avignon, 18 novembre 1325.

Edmundo, comiti Cantiae, de favore ecclesiis et personis ecclesiasticis tempore guerrarum Vasconiae exhibita gratias agit eumque commendat quia ad pacem inter reges Angliae et Franciae prompte acquieverat. (Reg. 113, fol. 215 v°, c. 1255).

« *Edmundo comiti Cancie.* Benigne patris affectu litteras tue nobilitatis accepimus et ex ipsarum serie quam diligenter inspeximus, te, fili, gratum nobis admodum et multipliciter commendandum in Domino reddidisti si, prout per hujusmodi litteras asseris, hoc novissimo tempore quo in Vasconie partibus guerrarum fremuere discrimina que solent omnia indistincte subvertere abstinuisti ut prius ab ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum dispendiis pariter et offensis, quodque si qua tunc in ecclesias et personas hujusmodi per gentem carissimi in Christo filii nostri E., regis Anglie illustris aut tuam, te ignorante, indebite fuere commissa in statum debitum reformasti. Ceterum inter cetera tue commendationis et laudis gaudenter accepimus quod, post receptas per te litteras regis ejusdem, paci accommode inter ipsum et carissimum in Christo filium nostrum Carolum regem Francie et Navarre illustrem prompte et letanter tua sinceritas acquievit. Rogamus autem devotionem tuam et in tuorum remissionem peccatorum obsecramus attente in Domino Jhesu Christo quatinus ad ecclesias et ecclesiasticas personas easdem pie considerationis intuitu salubriter te disponens, sic similiter in futurum ab illarum dampno et offensione abstineas quod a Deo premium retributionis eterne ac nostram et Apostolice Sedis benedictionem et gratiam reportasse te merito recognoscas. Datum ut superiori proxima ».

2653 Avignon, 19 novembre 1325.

Episcopo Castrensi, de quorumdam scriptorum missione. (Reg. 113, fol. 201 v°, c. 1132).

« *Episcopo Castrensi.* Super scriptis illis nuper nobis a tua fraternitate transmissis, tue devotionis diligentiam in Domino plurimum commendamus, de quibus si adhuc plura forsitan habeas, ipsa, sicut cito bono modo et comode poteris, nobis mittas. Datum Avinione, XIII kal. decembris, anno decimo ».

2654 Avignon, 20 novembre 1325.

Regi Franciae, ut terminum Bernardo, comiti Convenarum, et Raynaldo de Ponte, domino de Ribaraco, super duello assignatum Parisiis, iterum prorogare velit. (Reg. 113, fol. 201 v°, c. 1133 ; — L. Guérard, *Doc pont.*, t. II, p. 164, n. 341).

« *Regi Francie.* Dudum sublimitati regie ut terminum dilectis filiis nobilibus viris Bernardo, comiti Convenarum, ex parte una, et Raynaldo de Ponte, domino de Ribaraco, ex altera, super duello assignatum Parisiis prorogaret, licentiamque benigne concederet questionem inter nobiles antedictos subortam per viam pacificam terminandi direxisse meminimus preces nostras. Et licet regia magnificentia pacis et pietatis amica preces hujusmodi admiserit ad favorabilis exauditionis effectum, quia tamen, hostis pacis malitia prevalente, votive pacis concordia nondum inter eos extitit reformata, regalem providentiam attentius deprecamur quatinus, benigna consideratione attendens quod catholici principes, predecessores tui, specialiter sancte memorie sanctus Ludocicus, proavus tuus, duella vitare inter subditos et pacis procurare commoda studuerunt, predictum terminum alias, ut premittitur, benignitate regia prorogatum, qui jam instare in proximo dicitur, usque ad unum annum, tam divine retribu-

tionis obtentu quam nostrorum precaminum interventu, eorundem predecessorum inherendo vestigiis prorogare velit celsitudo regia et pacificandi licentiam impertiri. Datum Avinione, XII kal. decembris, anno decimo ».

2655 Avignon, 22 novembre 1325.

Alphonso de Hispania ut dictum regem Franciae ad praefatam prorogationem inducat. (Reg. 113, fol. 202, c. 1134 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 164, n. 342).

« *Alfonso de Ispania, domino de Lunello.* Ut carissimus in — Datum Avinione, X kal. decembris, anno decimo ».

2656 Avignon, 22 novembre 1325.

Regem Siciliae hortatur ut de juribus quae in baronia Montisalbani ad se pertinere asserit, cum Guigone, dalphino Viennensi, et Henrico Dalphini, ejusdem Guigonis patruo, amicabiliter tractet. (Reg. 113, fol. 262, c. 1547).

« *Eidem* [*regi Sicilie*]. Diligenter attentis, fili carissime, negotiis Dalfinatus, nec videtur expediens nec honestum quod jura que in baronia Montisalbani ad te pertinere asseris, cum dilecto filio nobili viro Guigone, dalfino Viennensi, et Henrico Dalfini, patruo suo, judicialiter, sed potius amicalibiter prosequaris. Quapropter providentiam regiam exhortandam duximus et rogandam quatinus alicui vel aliquibus probis viris questionem motam seu movendam super eisdem juribus in istis partibus velit regia sublimitas committere per viam tractatus amicabilis decidendam, potestatem sibi sufficientem super hiis, prout expedire regalis excellentia noverit, concedendo, presertim cum prescriptio que currere contra te super hoc dicebatur, sit per processum habitum interrupta. Datum Avinione, X kal. decembris, anno decimo ».

2657 Avignon, 24 novembre 1325.

Regi Franciae, ut Bernardum Jordani, dominum de Insula, qui certa negotia in regali curia expedire habet, gratiose prosequatur. (Reg. 113, fol. 202, c. 1135).

« *Regie Francie.* Dilectum filium nobilem — Datum Avinione, VIII kal. decembris, anno decimo ».

2658 Avignon, 24 novembre 1325.

Johanni Cerchamont, ut eumdem Bernardum Jordani in agendis dirigat. (Reg. 113, fol. 202, c. 1136).

« *Johanni Cerchamont, regis Francie cancellario.* Cum dilectus filius — Datum ut supra ».

2659 Avignon, 24 novembre 1325

Alphonso de Hispania eundem Bernardum Jordani commendat. (Reg. 113, fol. 202, c. 1137).

« *Alfonso de Ispania.* Cum dilectus filius nobilis vir Bernardus Jordani dominus de Insula, familiaris noster, habeat ratione terre quondam Jordani de Insula fratris sui in curia Francie expedire, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attentius quatinus, ut idem nobilis in juribus suis audiatur favorabiliter et expediatur per curiam ipsam celeriter et benigne, sic velis pro nostra et Apostolice Sedis reverentia interponere partes tuas quod nos inde tue devotionis prestantiam commendare merito debeamus. Datum ut supra ».

2660 Avignon, novembre 1325.

Olrico Mengeti tabellionatus officium concedit. (Reg. 113, fol. 281, c. 1658).

« *Dilecto filio Olrico Mengeti, clerico non conjugato nec in sacris ordinibus constituto, Tullensis diocesis.* Ne contractuum memoria — jure etc. » (1).

2661 Avignon, 1er décembre 1325.

Ermengaudi, archidiaconi de Pardiaco, et Augerii de Posolis moram excusat eorumque diligentiam in commissis commendat. (Reg. 113, fol. 212 v°, c. 1235).

(1) Ce document n'est pas daté ; il est enregistré parmi d'autres documents du mois de novembre. La lettre qui le précède dans le registre est datée d'Avignon, « *XVI kal. decembris, anno decimo* ».

« *Ermengaudo, archidiacono de Pardiaco in ecclesia Auxitana, et Augerio de Posolis, officiali Avinionensi.* Litterarum vestrarum serie — Datum Avinione, kalendis decembris, anno decimo ».

2662 Avignon, 5 décembre 1325.

Johannae reginae Franciae, de abbatis Verzeliaci negotio. (Reg. 113, fol. 202, c. 1138).

« *Johanne, regine Francie.* Serenitatis regie litteras de dilecto filio.. abbate monasterii de Verziliaco facientes inter cetera mentionem benigne recepimus, et earum intelleximus seriem diligenter. Sane, filia carissima, regiam providentiam volumus non latere quod circa illud negotium de quo fit in eisdem litteris mentio, nichil aliud quam nobis scripserit audivimus, quod ad tuam notitiam pervenisse credimus. Percepimus tamen talia que, si vera sint, reddunt dictum abbatem innoxium et non parum justificant factum suum, de quibus excellentiam regiam optaremus per alium effici certiorem, tenentes indubie quod idem abbas apud te remaneret, eis veris existentibus, excusatus, et nichilominus regia circumspectio super nonnullis eam latentibus providere curaret sedule de remediis oportunis. Datum Avinione, nonis decembris, anno decimo ».

2663 Avignon, 5 décembre 1325.

Philippo de Valesio, de petitionum a Johanne de Hautfume, nuntio ejus, oblatarum receptione. (Reg. 113, fol. 202, c. 1139).

« *Philippo de Valesio, comiti Cenomanensi.* Cum pro quibusdam contingentibus ea pro quibus dilectum filium magistrum Johannem de Hautfume, cantorem ecclesie Constantiensis, nuntium tuum, nuper ad nostram misisti presentiam, ad tempus duxerimus retinendum, interim super ipsius mora, eum habeat tua nobilitas excusatum, sciturus, fili, quod petitiones pro parte tua nobis oblatas liberaliter prout secundum [Deum] potuimus, exaudire annuimus, prout patebit tibi ex confectarum inde litterarum patentium serie, vel idem nuntius referet viva voce. Datum ut supra ».

2664 Avignon, 5 décembre 1325.

Carolum, comitem Valesii, de ipsius statu certiorem facit eumque ad patientiam hortatur. (Reg. 113, fol. 202 v°, c. 1140).

« *Carolo, comiti Valesii.* Quia, fili, tua magnificentia per litteras quas benigna manu recepimus, certiorari de statu nostro petiit, devotioni tue gratiarum actiones uberes referentes, eidem duximus serie presentium rescribendum quod noster exterior, quamvis undique fluctuantibus negotiis multipliciter agitetur, gaudet tamen, Illo faciente qui potest, prospera sospitate ; homo vero interior cernens in diversis mundi partibus inter christicolas dissensiones et scandala suscitari et alia mala multiplicari varia, multis opprimitur angustiis et diris afflictionibus anxiatur, sed in Eo anchoras spei sue figens qui facit post tempestatem tranquillum, et procellam sua clementi pietate convertit in auram, ab Ipso postulat humiliter et devote ut Ipse populum suum visitare dignetur in pace, cunctis adversitatibus profugatis. Porro, dilecte fili, circumspectionem tuam in Domino exhortamur quatinus visitationem Domini sustinens patienter, provide visitari, jugiter et devote ad gratiarum uberes actiones assurgas, et, ut ipsa visitatio ad tue salutem anime convertatur, elaborare vigilanti studio tua providentia non desistat, nobis statum tuum, quem prosperari desideranter cupimus, et super hoc Altissimum suppliciter exhoramus, sepius, sicut oportunum fuerit, rescripturus. Datum ut supra ».

2665 Avignon, 5 décembre 1325.

Carolo, comiti de Joyniaco, quod Petro de Sancto Ligerio quoddam beneficium conferri ut petierat non potuit. (Reg. 113, fol. 202 v°, c. 1141).

« *Carolo, comiti de Joyniaco et domino de Mercorio.* Benigne nobilitatis tue litteras per quas de altero beneficiorum que dilecti filii Petrus Langonensis (*sic*) et Johannes Basiliensis electi obtinent, dilecto filio Petro de Sancto Ligerio, provideri petebas, recepimus et ea que continebantur in eis pleno collegimus intellectu. Sane, fili, quia de predictis beneficiis, antequam nobis presentate fuissent predicte littere, duxeramus aliter ordinandum, habeat

nos tua providentia, quesumus, super hoc excusatos. Datum ut supra ».

2666 Avignon, 5 décembre 1325.

Geraldo de Capmulo, ne pro ducentis florenis auri Imberto de Malhana, clerico Avinionensis diocesis, de quingentis florenis in quibus condempnatus erat, ad dotandas duas sorores suas remissis, molestet. (Reg. 113, fol. 282 v°, c. 1663).

« *Dilecto filio Geraldo de Capmulo, archidiacono Caturcensi, episcopatus Avinionensis in spiritualibus vicario generali auctoritate apostolica deputato.* Accepimus nuper quod — Datum Avinione, nonis decembris, anno decimo ».

2667 Avignon, 6 décembre 1325.

Guidoni, episcopo Cameracensi, quam infestae sibi sint Flandrensium dissensiones rescribit, eique de pannis scarleti missis regratiatur. (Reg. 113, fol. 202 v°, c. 1142).

« *Guidoni, episcopo Cameracensi.* Flandrensium periculosa dissensio nondum in seipsos sed etiam in dominos suos dire seviens ac vicinis et propinquis tam circa spiritualia quam temporalia dampna inferens gravia, sicut ex tue fraternitatis litterarum serie percepimus, molesta nobis extitit admodum et infesta ; super quibus Illius misericordiam humiliter imploramus cui cum voluerit subest posse, ut sua clementi bonitate finem votivum super hiis dignetur imponere, Flandrensium et vicinorum ipsorum excessibus non attentis. Sane petitiones tuas nobis oblatas quas secundum Deum habuerunt (1) ad exauditionis gratiam duximus favorabiliter admittendas, de pannis scarleti a tua liberalitate nobis missis eidem fraternitati tue gratiarum actiones uberes referentes. Datum Avinione, VIII idus decembris, anno X° ».

2668 Avignon, 9 décembre 1325.

Heliae, ordinis Minorum provinciae Aquitaniae ministro, de orationibus pro ipso papa in capitulo nuperrime celebrato fusis gratias agit. (Reg. 113, fol. 212 v°, c. 1236).

(1) Lecture douteuse.

« *Helie, ordinis fratrum Minorum provincie Aquitanie ministro, et diffinitoribus capituli ejusdem provincie.* Dum sub injuncte — Datum Avinione, V idus decembris, anno decimo ».

2669 Avignon, 17 décembre 1325.

Carolo regi Franciae ut terminum praestandi homagium Heliae, electo Lemovicensi, concessum usque ad unum annum proroget. (Reg. 113, fol. 202 v°, c. 1144).

« *Carolo regi Francie.* Cum dilectus filius — Datum Avinione, XVI kal. januarii, anno decimo ».

2670 Avignon, 17 décembre 1325.

Alfonso de Hispania negotia quae Petrus Dueza, vicecomes Caramanni, germanus ipsius, in curia Franciae expedire habet, commendat. (Reg. 113, fol. 203, c. 1145).

« *Alfonso de Ispania.* Cum dilectus filius — Datum ut supra proxime ».

2671 Avignon, 17 décembre 1325.

In e. m. Johanni Cerchamont. (Reg. 113, fol. 203, p. c. 1145).

2672 Avignon, 18 décembre 1325.

Carolo, regi Franciae, quod de archidiaconatu quem in ecclesia Remensi Andreae Florentino conferri petierat, jam ordinatum fuit. (Reg. 113, fol. 203, c. 1146).

« *Carolo regi Francie.* De archidiaconatu in ecclesia Remensi pridem vacaturo apud Apostolicam Sedem per consecrationem dilecti filii Neapolionis electi Montisregalis ante ordinatum, carissime fili, extiterat quam super hoc pro dilecto filio Andrea Florentino ad nos regie celsitudinis littere pervenissent, super quo nos affectio regia rationabiliter habeat excusatos. Datum Avinione, XV kal. januarii, anno decimo ».

2673 Avignon, 18 decembre 1325.

Gastoni, comiti Fuxensi, quod prioratus de Blanhaco, Tholosanae diocesis, Petro Saqueti Carcassonensi canonico concedi, ut petierat, non potest. (Reg. 113, fol. 212 v°, c. 1237).

« *Gastoni, comiti Fuxensi.* Cum pro dilecto — Datum Avinione, XV kal. januarii, anno decimo ».

2674 Avignon, 31 décembre 1325.

Carolo, regi Franciae, de prorogatione termini Bernardo, comiti Convenarum et Raynaldo de Ponte in causa duelli Parisius assignati concessa gratias agit. (Reg. 113, fol. 203, c. 1147).

« *Eidem regi [Carolo, regi Francie].* De prorogatione termini dilectis filiis nobilibus viris Bernardo, comiti Convenarum, et Raynaldo de Ponte, domino de Ribayraco, in causa duelli Parisius assignati ad preces nostras gratiose concessa et interim de tractandi pacem impertita licentia regali benivolentie gratiarum uberes referimus actiones. Datum Avinione, II kal. januarii, anno decimo ».

2675 Avignon, 31 décembre 1325.

Johannem de Arpadella de diligentia in praedictis adhibita commendat. (Reg. 113, fol. 203, c. 1148).

« *Johanni de Arpadella.* Diligentiam quam in — Datum ut supra ».

2676 Avignon, 31 décembre 1325.

Eduardo, comiti Sabaudiae, de matrimonio Johannae germanae ejus. (Reg. 113, fol. 367, c. 2152).

« *Edoardo comiti Sabaudie.* Nobilitatis tue litteras benigne recepimus et tam ipsarum seriem quam ea que dilecti filii abbas Altecumbe, et Petrus de Sancto Jorio, legum professor, exhibitores earum, nobis exponere voluerunt intelleximus diligenter. Ad que breviter respondemus quod ob honorem tui necnon nobilis mulieris Johanne, germane tue, gratum nostris affectibus accessisset, si principi sibi convenienti, ut decebat, catholico fuisset matrimonialiter copulata ; presertim cum illi cui tradita fuisse dicitur quique infidelis existit nequiverit matrimonialiter copulari. Et licet, fili, te spes juxta nobis relata virum per ipsam ad fidem nostram reducendo ad id duxerit inclinandum, veremur tamen admodum quod vir eam potius ad ritum suum, quod absit, pertrahat quam econtra ; sed Dominum suppliciter deprecamur ut eidem germane gratiam conferat eundem virum ad fidem convertendi catholicam, et in illa immobiliter permanendi. Datum Avinione, II kal januarii, anno decimo ».

2677 Avignon, 3 janvier 1326.

Johanni Cerchamont, de obitu Caroli, comitis Valesii. (Reg. 113, fol. 203, c. 1150).

« *Johanni Cerchamont.* Si annuisset Dominus vitam quondam incliti principis Caroli, comitis Valesii, amplius prorogasse, ad augmentum exultationis et gaudii procul dubio nostris affectibus admodum accessisset ; sed quia Ille cui ab eterno nota sunt omnia novit infallibiliter que nobis penitus sunt ignota, decet et expedit nos et alios fideles super omnibus que secundum sue voluntatis arbitrium disponit et ordinat, suis beneplacitis, quovis cessante murmure, coaptare, sibi de hiis que sua clementi bonitate dignatur interdum tribuere ac ea postmodum revocare, pronis et devotis mentibus gratias exhibendo. Hinc est quod de ipsius transitu principis nobis per tuas litteras nuntiato, nos divinis beneplacitis conformantes Dominum suppliciter exoramus ut, si forsan penas aliquas sufferre habeat antequam ad gaudia perveniat sempiterna, eidem super illis gratia sue mitissime lenitatis indulta, ipsum clementer dignetur ad suam beatam visionem perducere, qua fruatur delectabiliter in patria sine fine. Datum Avinione, III nonas januarii, anno decimo ».

2678 Avignon, 5 janvier 1326.

Episcopo Elnensi, ne priores de Corniliano et de Casolonibus prioratuum ac nonnullos alios monachos monasterii Sancti Michaelis de Cuxano, ordinis sancti Benedicti,

suae diocesis, qui propter violationem interdicti a Raymundo, Agathensi et Guillemo, Convenarum tunc Vasatensi episcopis, nuntiis apostolicis in terris Jacobi regis Majoricarum ratione turbationis tutelae Philippi de Majoricis, thesaurarii ecclesiae Beati Martini Turonensis, ejusdem regis patrui appositi, citati fuerant, molestet. (Reg. 113, fol. 292, c. 1711).

« *Venerabili fratri episcopo Elnensi.* Dudum inquirendi summarie — Datum Avinione, nonis januarii, anno decimo ».

2679 Avignon, 13 janvier 1326.

Johanni Cerchamont negotia P., episcopi Ruthenensis, commendat. (Reg. 113, fol. 203, c. 1149).

« *Johanni Cerchamont, regi[s] cancellario.* Venerabilem fratrem nostrum — Datum Avinione, idibus januarii, anno decimo ».

2680 Avignon, 13 janvier 1326.

In e. m. Alfonso de Ispania. (Reg. 113, fol. 203, p. c. 1149).

2681 Avignon, 18 janvier 1326.

Mathildim, comitissam Valesii, de Caroli, comitis Valesii, viri sui obitu consolatur. (Reg. 113, fol. 203, c. 1151).

« *Mathildi comitisse Valesii.* Scimus, filia, et proculdubio certi sumus quod memorie celebris Caroli, Valesii comitis, viri tui, tibi durus et luctuosus esse debeat obitus, dum inter exceptos inde doloris aculeos, illam juste causaris et arguis dolendi materiam, quod preventa quodam modo sue mortis occasu, tam magnifici, tam prudentis tamque clari viri conjugati consortio te cognoscis et respicis destitutam. Profecto, filia, in hoc et aliis que propterea tibi putas incommoda, tuo dolori compatimur, spiritualis patris affectu nichilominus condolentes qui, si votis nostris annuisset Altissimus, affectabamus interne quod pro suis affectibus vitam haberet incolumem, moriendi terminum produceret longiorem. Verum quia mori et vivere non est in potestate hominis, immo Dei qui sua cunctis mortalibus vivendi spatia metiens auferre spiritum principum et pari sorte in sue potentia dextere ducit humiles et sublimes, quesumus filia et nobilitatem tuam quantum affectuose possumus deprecamur quatinus voluntati divine laudabiliter te conformans, in Deo qui consolator est flentium consoleris et gaudeas, et cordis tui merore (1) deposito, inutilibus de cetero lacrimis non insistas, sed ut cujus dum viveret dilexisti personam adjuves animam et commendanda noscaris curam de mortuo gerere oportunam, assistas ei orationum suffragiis et utilibus aliis operibus pietatis. Nos enim primevum paterne caritatis affectum quem ad eundem quondam virum tuum delectanter habuimus tam ad te quam utriusque liberos in quorum vita suam potes et debes pro consolatione domestica ymaginari presentiam, liberaliter propagamus. Propter quod recurras ad nos in tuis oportunitatibus confidenter. Datum Avinione, XV kal. febroarii, anno decimo ».

2682 Avignon, 18 janvier 1326.

Philippo, comiti Valesii, de morte praedicti Caroli, patris sui. (Reg. 113, fol. 203 v°, c. 1152).

« *Philippo, comiti Valesii.* Postquam fecit omnes — Datum ut supra ».

2683 Avignon, 18 janvier 1326.

In e. m. Carolo de Valesio comiti Jonniacensi. (Reg. 113, fol. 203 v°, p. c. 1152).

2684 Avignon, 23 janvier 1326.

Abbati Cluniacensi, ut erga Lambertum, priorem de Consiaco, Cluniacensis ordinis, Suessionensis diocesis, debitis oneratum, se benignum exhibeat. (Reg. 113, fol. 203 v°, c. 1155).

« *Abbati Cluniacensi.* Pro parte Lamberti — Datum Avinione, X kal. febroarii, anno decimo ».

(1) Reg. : *memore.*

2685 Avignon, 24 janvier 1326.

Regi Franciae, ut terminum praestandi homagium Bertrando, episcopo Caturcensi, concessum usque ad unum annum prorogare velit. (Reg. 113, fol. 203 v°, c. 1153).

« *Regi Francie.* Cum venerabilis frater — Datum Avinione, IX kal. febroarii, anno decimo ».

2686 Avignon, 24 janvier 1326.

Johanni Cerchamont negotia ejusdem Bertrandi in regali curia expedienda commendat. (Reg. 113, fol. 203 v°, c. 1154).

« *Johanni Cerchamont, ejusdem regis cancellario.* Venerabilis fratris nostri — Datum ut supra ».

2687 Avignon, 24 janvier 1326.

In e. m. Alfonso de Ispania. (Reg. 113, fol. 203 v°, p. c. 1154).

2688 Avignon, 1er février 1326.

Pictavo, electo Vasatensi, quod ecclesias et cimiteria diocesis suae violata per aliquem simplicem sacerdotem usque ad biennium reconciliare possit. (Reg. 113, fol. 211 v°, c. 1230).

« *Dilecto filio Pictavo electo Vasatensi.* Desideriis tuis libenter — Datum Avinione, kalendis febroarii, anno decimo ».

2689 Avignon, 1er février 1326.

Abbatibus de Riveto et de Fonteguillelmo, Vasatensis diocesis, ac thesaurario sacristaeque ecclesiae Burdegalensis, quod ecclesiam beatae Mariae de Usesta, Vasatensis diocesis, in qua Clementis Vti papae corpus tumulatum quiescit, cimiteriumque eidem ecclesiae contiguum pluries violatum usque ad beneplacitum Apostolicae Sedis reconciliare possint. (Reg. 113, fol. 212, c. 1231).

« *Dilectis filiis.. de Riveto et.. de Fonteguilhelmo, Vasatensis diocesis, monasteriorum abbatibus, ac.. thesaurario et.. sacriste ecclesie Burdegalensis.* Exhibite nobis dilectorum — Datum ut supra ».

2690 Avignon, 11 février 1326.

Regem Franciae rogat ut ipsi licentiam concedere velit aliquem nobilem virum linguae occitanae una cum quingentis hominibus in armis de regno ejus, si necesse fuerit, assumendi, pro capitaneatus officium in Italiae partibus exercendo. (Reg. 113, fol. 204, c. 1157 ; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 269, n. 623).

« *Eidem* [*regi Francie*]. Cum viro aliquo nobili et strenuo pro capitaneo in Italie partibus egeamus, excellentiam regiam attentius deprecamur quatinus, pro divina et Apostolice Sedis reverentia, velit nobis concedere regia celsitudo, ut comes vel vicecomes aut alius vir nobilis lingue occitane, quem ad hoc de regno tuo duxerimus assumendum, dictum capitaneatus officium recipere, ac, pro illo exercendo una cum quingentis hominibus in armis de dicto regno, si necesse fuerit, assumendis, de beneplacito regio ad partes se conferre valeat supradictas, super premissis patentes litteras concedendo. Datum Avinione, III idus febroarii, anno decimo ».

2691 Avignon, 13 février 1326.

Priori et conventui monasterii de Symorra, Auxitane diocesis, post mortem ultimi abbatis reservati, inhibet ne ad electionem vel provisionem abbatis procedant. (Reg. 113, fol. 303 v°, c. 1760).

« *Dilectis filiis.. priori et conventui monasterii de Symorra, ordinis sancti Benedicti, Auxitane diocesis.* Cum nos provisionem — Datum Avinione, idibus februarii, anno decimo ».

2692 Avignon, 15 février 1326.

Regi Franciae ut dissensionem inter Eduardum, regem, et Isabellam, reginam Angliae ortam abolere studeat et Guillelmum, Viennensem archiepiscopum, ac H[ugonem], Aurasicensem episcopum, nuntios apostolicos propter hoc destinatos, dirigere velit. (Reg. 113, fol. 204, c. 1156 et fol. 204, c. 1158).

« *Regi Francie.* Sicut excellentia regia non ignorat, hostis pacis et dissensionum amicus inter carissimos in Christo filios nostros (1) E., regem, et Isabellam, reginam Anglie (2), illustres, dissensionis jecit semina que si, quod absit, coalescerent, exinde pernitiosa pericula provenirent. Ideoque nos, quem non pretereunt incommoda filiorum ipsorum, concordiam intensis desideriis affectantes, ad extirpandum tam pernitiosa semina venerabiles fratres nostros G., Viennensem archiepiscopum, et H., Aurasicensem episcopum, ad dictorum regis et regine presentiam destinamus. Quocirca serenitatem regiam deprecamur quatinus consideranter attento quod novitatis casus hujusmodi inter principes Christicolas nostris inauditus temporibus, admirandi ac obloquendi ac interpretationes faciendi varias materiam subministrat, necnon quanta ex dissentione prefata possent periculosa tam spiritualia quam temporalia provenire, quamque tuam et ex quot partibus contingat magnificentiam concordia supradicta ad vias et modos convenientes et potentes per quos ista possit aboleri dissensionis materia, tantisque obviari periculis, cor velis regium applicare prefatosque nostros nuntios circa illa dirigere oportune, ut proinde Regis pacifici, qui in conjugali concordia plurimum delectatur, uberiorem promereri gratiam in via valeas et post hujusmodi vite decursum ad eternam gloriam felicius pervenire. Prefatis autem nostris nuntiis velit benignitas regia, quesumus, super hiis que eidem circa premissa exponenda duxerint, fidem indubiam adhibere. Datum Avinione, XV kal. martii, anno decimo ».

2693 Avignon, 15 février 1326.

Regi Angliae, ut concordiam cum regina, consorte sua, habeat fidemque nuntiis apostolicis adhibeat. (Reg. 113, fol. 216 v°, c. 1262).

« *Regi Anglie.* Non absque grandi cordis amaritudine ad nostrum hiis diebus preteritis pervenit auditum quod, hoste humani generis ac caritatis emulo procurante, inter te et carissimam in Christo filiam nostram Isabellam, reginam Anglie illustrem consortem tuam, aliqualis dissensionis materia est suborta, ex qua, nisi ocius occurratur, possent, quod absit, discriminosa nimium pericula provenire. Ideo nos scientes quod actori pacis totique celesti exercitui existit grata vestra concordia et discordia displicibilis et exosa, ipsam concordiam intensis desideriis affectantes, ut materia tam perniciose discordie supputetur, venerabilem fratrem nostrum Guillelmum, Viennensem archiepiscopum, ac H., Aurasicensem episcopum, ad tuam dicteque regine presentiam duximus destinandos, serenitatem regiam affectuose rogantes quatinus, attentis premissis periculis que ex dissensione possent hujusmodi provenire, cor applices regium ad ea prosequenda per que decenter tam perniciosa possit dissensionis materia supputari, ipsisque nuntiis fidem indubiam super hiis que ex parte nostra exponenda duxerint, adhibere. Datum Avinione, XV kal. marcii, anno decimo ».

(1) C. 1158 : inter carissimos nostros.
(2) C. 1158 : reginam Anglie ejus consortem.

2694 Avignon, 17 février 1326.

Alphonso de Hispania, ut praedictos nuntios habeat commendatos. (Reg. 113, fol. 204 v°, c. 1159).

« *Alfonso de Ispania.* Cum ad partes — Datum Avinione, XIII kal. marcii, anno decimo ».

2695 Avignon, 17 février 1326.

In e. m. comiti Richemundiae. (Reg. 113, fol. 204 v°, p. c. 1159).

2696 Avignon, 17 février 1326.

In e. m. Johanni Cerchamont. (Reg. 113, fol. 204 v°, p. c. 1159).

2697 Avignon, 17 février 1326.

Mariae reginae Franciae super eodem. (Reg. 113, fol. 204 v°, c. 1160).

« *Marie* (1), *regine Francie.* Ut de continentia — Datum ut supra ».

(1) Corr. : *Johanne*, Charles IV, veuf de Marie de Luxembourg en 1324, avait épousé Jeanne d'Evreux.

2698 Avignon, 17 février 1326.

Reginae Angliae super eodem. (Reg. 113, fol. 216 v°, c. 1263).

« *Regine Anglie.* Si circumspectio regia — Datum Avinione, XIII kal. marcii, anno decimo ».

2699 [Avignon], 17 février 1326.

Hugoni Le Despensier juniori super eodem. (Reg. 113, fol. 216 v°, c. 1264).

« *Hugoni le Despensier juniori.* Displicenter nimis per — Datum XIII kal. marcii, anno decimo ».

2700 Avignon, 18 février 1326.

Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni, episcopo Aurasicensi, nuntiis ad Franciae et Angliae regna pro pace inter reges reformanda destinatis, litterae de stipendiis videlicet dicto archiepiscopo in quatuordecim et episcopo in decem florenis auri singulis diebus conceduntur. (Reg. 113, fol. 190, c. 1081).

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis ipsorumque vicesgerentibus, capitulis quoque, conventibus ceterisque personis ecclesiasticis secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, Cisterciensis, Cluniacensis, Grandimontensis, Premostratensis, Camaldulensis, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum, ac domorum Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, Sancte Marie Theutonicorum et Calatravensis magistris, prioribus et preceptoribus.* Cum nos venerabiles — Datum Avinione, XII kal. marcii, anno decimo ».

2701 Avignon, 18 février 1326.

Consimilis littera emanavit ad partes Anglie. (Reg. 113, fol. 190, p. c. 1081).

2702 Avignon, 19 février 1326.

Regi Franciae negotia quae Petrus Dueza, vicecomes Caramanni, in regali curia expedire habet, commendat. (Reg. 113, fol. 204 v°, c. 1161).

« *Regi Francie.* Cum dilectus filius — Datum Avinione, XI kal. marcii, anno decimo ».

2703 Avignon, 19 février 1326.

Johannem de Trecensi ecclesia ad Ambianensem ecclesiam transfert eique mandat ut ejusdem ecclesiae gubernationem suscipiat. (Reg. 113, fol. 303, c. 1754).

« *Dilecto filio Johanni, electo Ambianensi.* Nuper ecclesia Ambianensi per obitum proprii ejusdem episcopi pastoris solatio destituta, nos qui provisionem ipsius, certis ex causis, nobis et Apostolice Sedi hac vice reservavimus, eidem ecclesie, ne amplius vacationis subjaceret incommodis, de pastore ydoneo providere volentes, et ad te dirigentes intuitum mentis nostre, te a vinculo quo ecclesie Trecensi tenebaris astrictus, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ad prefatam Ambianensem ecclesiam duximus, de dictorum fratrum consilio transferendum, te illi preficiendo in episcopum et pastorem. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus ad prelibate Ambianensis ecclesie gubernationem providam sic cures dirigere studia mentis tue, quod sub tuo fructuoso regimine spiritualibus et temporalibus commodis, actore Domino, amplietur, tuque, preter mercedem celestis premii, nostram et Apostolice Sedis gratiam uberius merearis. Datum Avinione, XI kal. marcii, anno decimo ».

2704 Avignon, 20 février 1326.

Regi Franciae, ut Mathildim relictam Caroli, comitis Valesii, commendatam habeat. (Reg. 113, fol. 205, c. 1165).

« *Regi Francie.* Ad ea, fili carissime, que Deo grata honorique tuo convenientia novimus, regalem magnificentiam fiducialiter invitamus. Cum itaque

favor viduis, qui presertim sanguinis vel affinitatis nexu conjunctis impenditur, Deo gratus existere noscatur plurimum et conveniens regie dignitati, excellentiam regiam attentius deprecamur quatinus dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Matildim, relictam celebris memorie Caroli, comitis Valesii, pro reverentia divina tuique status honore in suis agendis habeat regalis sublimitas propensius commendatam. Datum Avinione, V kal. marcii, anno decimo ».

2705 Avignon, 20 février 1326.

Philippo, comiti Valesii, super eodem. (Reg. 113, fol. 205, c. 1166).

« *Philippo, comiti Valesii.* Quantum sit Deo — Datum ut supra ».

2706 Avignon, 20 février 1326.

Carolo, comiti Alenconii, super eodem. (Reg. 113, fol. 205, c. 1167).

« *Carolo, comiti Alenconii.* Quia dilectam in — Datum ut supra ».

2707 Avignon, 20 février 1326.

Carolo, regi Franciae, quod antequam litterae suae pro Johanne Hellequin pervenissent, de praebenda in ecclesia Parisiensi per resignationem episcopi Parisiensis vacante jam ordinandum duxerat. (Reg. 113, fol. 205 v°, c. 1176).

« *Carolo, regi Francie.* De prebenda in — Datum Avinione, X kal. marcii, anno decimo ».

2708 Avignon, 20 février 1326.

Hugoni Le Depensier juniori, ut Guillelmo, Viennensi archiepiscopo, et Hugoni, Aurasicensi episcopo, nuntiis apostolicis, necnon H. de Engolisma, sacristae Narbonensi, in agendis assistere curet. (Reg. 113, fol. 217, c. 1265).

« *Eidem* [*Hugoni le Despensier juniori*]. Cum nos venerabiles. — Datum Avinione, X kal. marcii, anno decimo ».

2709 Avignon, 21 février 1326.

Johanni, prius abbati monasterii Sancti Martini Ambianensis, ordinis sancti Benedicti, ecclesiae Trecensi in pastorem praefecto, ut ejusdem ecclesiae gubernationem suscipiat. (Reg. 113, fol. 303, c. 1755).

« *Dilecto filio Johanni, electo Trecensi.* Ex eo nuper, ecclesia Trecensi vacante, quod nos dilectum filium Johannem, tunc electum Trecensem, absolventes a vinculo quo eidem ecclesie tenebatur astrictus, ipsum ad ecclesiam Ambianensem de fratrum nostrorum consilio duximus transferendum, ipsum eidem Ambianensi ecclesie preficiendo in episcopum et pastorem, nos prefate Trecensi ecclesie providere, ne amplius vacationis subjaceret incommodis paterne solicitudinis studio cupientes, et ad personam tuam dirigentes intuitum mentis nostre, de te tunc abbate monasterii Sancti Martini Ambianensis, ordinis sancti Benedicti, prefate Trecensi ecclesie de dictorum fratrum consilio duximus providendum, te illi preficientes in episcopum et pastorem. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus onus hujusmodi suscipiens reverenter, ad providam dicte gubernationem ecclesie sic dirigas studia mentis tue, quod sub tuo fructuoso regimine spiritualia et temporalia suscipere valeat, actore Domino, incrementa, tuque, preter mercedem retributionis eterne, nostram et Apostolice Sedis gratiam uberius merearis. Datum Avinione, IX kal. marcii, anno decimo ».

2710 Avignon, 22 février 1326.

Regi Franciae de liberalitate erga Arnaldum Dueza, vicecomitem Caramanni, hiis diebus exhibita gratias agit, eique negotia dicti Arnaldi commendat. (Reg. 113, fol. 204 v°, c. 1162).

« *Eidem* [*regi Francie*]. De liberalitate munifica quam erga devotum militem suum dilectum filium nobilem virum Arnaldum Dueza, nepotem nostrum, regie magnificentie hiis diebus liberaliter

exercere [placuit], excellentie regie gratiarum actiones uberes referentes, eam attentius deprecamur quatinus germanum et eundem nepotem nostros eorumque negotia que habent in regali curia expedire, habere placeat favore regio propensius commendata. Datum Avinione, VIII kal. marcii, anno decimo ».

2711 Avignon, 22 février 1326.

Johanni Cerchamont, ut ad obtinendum a rege Franciae licentiam aliquem nobilem linguae occitanae de partibus regni Franciae pro capitaneo partium Italiae assumendi, partes suas apud eumdem regem interponat. (Reg. 113, fol. 204 v°, c. 1163).

« *Johanni Cerchamont.* Cum carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, ut licentiam velit liberaliter concedere quod aliquem nobilem lingue occitane de partibus regni possimus pro capitaneo partium Italie assumere, idemque nobilis cum V^c hominibus in armis de dicto regno si necesse fuerit, assumendis, valeat ad partes Italie pro exercendo dicti capitaneatus officio se conferre, per alias nostras litteras deprecemur, discretionem tuam rogandam duximus et hortandam quatinus ut per eundem regem licentia (1) hujusmodi favorabiliter concedatur, partes tuas pro nostra et Apostolice Sedis reverentia efficaciter interponas. Datum ut supra ».

2712 Avignon, 22 février 1326.

Johanni de Arpadella, ut Stephanum de Drosido, Caturcensis, et Bartholomeum de Fontibus, Vaurensis ecclesiarum canonicos, pro certis negotiis Parisius accedentes, in agendis dirigat. (Reg. 113, fol. 205, c. 1164).

« *Johanni de Arpadella.* Dilectos filios Stephanum — Datum ut supra ».

2713 Avignon, 22 février 1326.

Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni, episcopo Aurasicensi, nuntiis apostolicis, mandat ut ad Eduardi regis et Isabellis, reginae Angliae presentiam se conferentes, dissensionem inter eos subortam amputare studeant. (Reg. 113, fol. 213, c. 1243).

« *Venerabilibus fratribus, Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni, episcopo Aurasicensi, nostris et Apostolice Sedis nuntiis.* Dum diligenter attendimus quantum sit Deo grata quantaque repromittat commoda concordia conjugalis, cumque consideramus attente quantum regi pacifico sit displicibilis, quantaque discrimina discordia conjugum comminetur, profecto illam vigere inter christicolas et precipue sublimes personas, istam prorsus a christianorum finibus intensis affectamus desideriis exulare. Sane quia, sicut habet infausti rumoris assertio, hostis pacis, caritatis emulus et zizanie seminator, inter carissimum in Christo filium Eduardum regem, et carissimam in Christo filiam Isabellem ejus consortem, reginam Anglie illustres, jactis zizaniorum seminibus, dissensionem nititur procurare, nos premissis commodis et incommodis in consideratione deductis, ad illa extirpanda radicitus, ne perniciosam coalescant in segetem, more paterno intendimus vigilanter. Quocirca vobis, de quorum circumspectione fiduciam in Domino gerimus pleniorem, committimus et mandamus quatinus ad regis et regine predictorum vos presentiam conferentes ad supputandum radicitus dissensionis predicte materiam juxta datam a Deo vobis prudentiam, solicitis monitis et efficacibus exhortationibus et persuasionibus insistatis ut, auxiliante Domino qui pacis est actor et humane salutis amator, vestraque cooperante solertia tam utilis tamque votiva et necessaria possit concordia celeriter provenire. [Datum Avinione, VIII kal. marcii, anno decimo] ».

2714 Avignon, 22 février 1326.

Nuntiis apostolicis, quod omnia impedimenta et obstacula paci inter regem et reginam Angliae reformandae obviantia removere possint. (Reg. 113, fol. 213 v°, c. 1244).

« *Eisdem nuntiis.* Cum ad supputandum dissensionis periculose materiam quam pacis hostis et caritatis emulus inter carissimos in Christo filios nostros Edwardum regem et Isabellem reginam Anglie ejus consortem illustres nititur procurare,

(1) Reg. : *licenciam.*

vos de quorum circumspectione provida confidimus per alias nostras providerimus litteras deputandos, ut eo melius et utilius in hujusmodi negocio procedere valeatis quo majori fueritis auctoritate muniti, nos ad tollendum quecumque impedimenta seu obstacula hiis quomodolibet obvia, etiam si essent juramento quod vinculum iniquitatis esse non debet vel alia quacumque firmitate vallata, necnon firmandum et corroborandum auctoritate nostra penis et sententiis spiritualibus de quibus expedire videritis quecumque super predictis et ea tangentibus contigerit ordinari, vobis et vestrum cuilibet in solidum plenam et liberam concedimus tenore presentium potestatem. Datum Avinione, VIII kal. marcii, anno decimo ».

2715 Avignon, 24 février 1326.

Littera de securo conductu et de evectionibus pro eisdem in ambobus regnis Angliae et Franciae. (Reg. 113, fol. 190, c. 1082).

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis ipsorumque vicesgerentibus capitulis quoque, conventibus ceterisque personis ecclesiasticis secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis Cisterciensis, Cluniacensis, Grandimontensis, Premonstratensis, Camaldulensis, sanctorum Benedicti, et Augustini et aliorum ordinum, ac domorum Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, Sancte Marie Theutonicorum et Calatravensis magistris, prioribus et preceptoribus, necnon nobilibus viris ducibus, principibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, senescallis, baillivis, justitiariis ceterisque dominis temporalibus, universitatibus quoque et communitatibus civitatum, castrorum et aliorum quorumcumque locorum ac aliis universis et singulis ad quos littere presentes pervenerint.* Cum nos venerabiles — Datum Avinione, VI kal. marcii, anno X ».

2716 Avignon, 24 février 1326.

« Consimilis littera processit ad partes Anglie ». (Reg. 113, fol. 191, p. c. 1082).

2717 Avignon, 24 février 1326.

Clementiae, reginae Franciae, ut praedictos nuntios commendatos habeat. (Reg. 113, fol. 205, c. 1168).

« *Clementie, regine Francie.* Certiorari frequenter de — Datum Avinione, VI kal. marcii, anno decimo ».

2718 Avignon, 24 février 1326.

Philippo, comiti Valesii, eosdem nuntios commendat. (Reg. 113, fol. 205, c. 1169).

« *Philippo, comiti Valesii.* Cum venerabiles fratres — Datum ut supra ».

2719 Avignon, 24 février 1326.

In e. m. Ludovico, comiti Clarimontis, camerario Franciae. (Reg. 113, fol. 205, p. c. 1169).

2720 Avignon, 24 février 1326.

In e. m. Henrico, domino de Suliaco, buticulario Franciae. (Reg. 113, fol. 205, p. c. 1169).

2721 Avignon, 24 février 1326.

In e. m. Roberto de Atrabato, comiti Bellimontis. (Reg. 113, fol. 205, p. c. 1169).

2722 Avignon, 24 février 1326.

In e. m. Matheo de Tria, marescallo Franciae. (Reg. 113, fol. 205, p. c. 1169).

2723 Avignon, 24 février 1326.

Johanni de Arpadella, ut praedictis nuntiis assistet. (Reg. 113, fol. 205 v°, c. 1170).

« *Johanni de Arpadella.* Volumus tueque discretioni — Datum ut supra ».

2724 Avignon, 26 février 1326.

Ermengardo, archidiacono de Pardiaco, et Augerio de Posolis, ut solutionem septingentarum librarum turonensium parvorum quas Bernardus, comes de Astariaco, ratione cujusdam mutui cum quondam Amanevo, archiepiscopo Auxitano, contracti, Sedi Apostolicae debet, usque ad biennium prorogent. (Reg. 113, fol. 212, c. 1232).

« *Dilecto filio Ermengaudo, archidiacono de Pardiaco in ecclesia Auxitana, et Augerio de Posolis, officiali Avinionensi, Apostolice Sedis nuntiis.* Pro parte dilecti — Datum Avinione, IIII kalendas marcii, anno decimo ».

2725 Avignon, 27 février 1326.

Clementiam reginam de ipsius statu certiorem facit eique petitiones ejus se exaudisse nuntiat. (Reg. 113, fol. 205 v°, c. 1171).

« *Regine Clementie.* De continentia status nostri, filia carissima, per venerabiles fratres nostros G., archiepiscopum Viennensem et H., episcopum Aurasicensem, quos ad partes illas pro certis destinamus negotiis, poterit tua serenitas si petierit informari, regalem magnificentiam deprecantes ut de suo quem obtamus in Domino prosperum, nos curet sepius reddere certiores. Petitiones autem pro parte tua per dictum archiepiscopum exhibitas, sicut honeste potuimus, ad exauditionis gratiam duximus admittendas. Datum Avinione, III kal. marcii, anno decimo ».

2726 *Vacat.*

2727 Avignon, 1er mars 1326.

Petro Arquerii ut quadringentas sexaginta octo libras parisiensium quas Robertus Fabri, canonicus Noviomensis et Stephanus de Valle, canonicus ecclesiae Sancti Vedasti Belvacensis, collectores, in monasterio Sancti Eligii Noviomensis, ordinis sancti Benedicti, deposuerant, a religiosis ejusdem monasterii exigat. (Reg. 113, fol. 190 v°, c. 1083).

« *Dilecto filio magistro Petro Arquerii, decano ecclesie Rothomagensis, capellano nostro, Apostolice Sedis nuntio.* Accepimus nuper quod — Datum Avinione, kalendis martii, anno decimo ».

2728 Avignon, 1er mars 1326.

Johanni Bernerii, rectori ecclesiae de Nantone, Cabilonensis diocesis, mandat ut fructus et redditus prioratus seu decanatus de Levirico, Bisuntinae diocesis, vacantis, recipiat et Camerae Apostolicae assignet. (Reg. 113, fol. 190 v°, c. 1084).

« *Dilecto filio Johanni Bernerii, rectori ecclesie de Nantone, Cabilonensis diocesis.* Cum prioratus seu decanatus de Levirico, Bisuntine diocesis, vigore constitutionis per nos super pluralitate beneficiorum ecclesiasticorum dudum edite que incipit : « Execrabilis... » per quondam Guillelmum de Luseyo, priorem prioratus de Flureis, ordinis sancti Benedicti, Claromontensis diocesis, olim dimissus (1), de quo nullus preter nos disponere potuit, reservatione nostra facta de beneficiis vigore dicte constitutionis ubicunque vacantibus obsistente, vacavisse diutius et adhuc vacare noscatur, nosque de fructibus, redditibus et proventibus ejusdem prioratus seu decanatus predicti qui obvenerunt toto tempore vacationis predicte, quorum dispositionem nobis certis ex causis reservabimus, habere velimus certitudinem pleniorem, discretioni tue, de qua fiduciam in Domino gerimus specialem, per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus de fructibus, redditibus et proventibus summarie, simplificiter et de plano, ac sine strepitu et figura judicii te informans, illos sic diligenter et fideliter petere, exigere et recipere ac conservare nomine nostro procures quod eos vel ea que de illis recepta fuerint possis cui et ubi mandabimus integraliter assignare, quascunque personas cujuscunque sint preminentie, dignitatis, ordinis, religionis et status, etiam si pontificali prefulgeant dignitate, ad quarum manus fructus, redditus et proventus predicti pervenerint seu que ad restitutionem tenentur illorum, ad eos tibi dicto nomine restituendos et integraliter assignandos per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo, non obstante si eis vel eorum aliquibus communiter vel divisim a Sede Apostolica sit indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes

(1) Reg. : *dimissi.*

plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem quod assignantes tibi hujusmodi fructus, redditus et proventus seu ea que inde percepta fuerint, absolvere valeas et quitare de hiis que receperis ab eisdem, super assignatione ipsa fieri faciendo duo consimilia publica instrumenta, quorum altero penes eosdem assignantes dimisso, reliquum ad nostram Cameram mittere non postponas. Datum Avinione, kalendis marcii, anno decimo ».

2729 Avignon, 1er mars 1326.

Eidem ut fructus et redditus domus seu decanatus de Bridella prope Burgum, Lugdunensis diocesis, necnon canonicatuum et prebendarum Lugdunensis et Laudunensis ecclesiarum, quos quondam Imbertus de Bellojoco, Sedis Apostolicae capellanus, dum viveret obtinebat, similiter recipiat et Camerae assignet. (Reg. 113, fol. 191, c. 1085).

« *Eidem.* Cum nos dispositionem fructuum, redditum et proventuum domus seu decanatus de Bridella prope Burgum, Lugdunensis diocesis, nec non canonicatuum et prebendarum Lugdunensis et Laudunensis ecclesiarum, quos quondam Imbertus de Bellojoco, Sedis Apostolice capellanus, dum viveret obtinebat, qui extabant tempore mortis sue seu post modum provenerint, nobis certis ex causis duxerimus reservandam, discretioni tue etc. (ut in proxima precedenti). Datum ut supra ».

2730 Avignon, 1er mars 1326.

Pictavino, electo Vasatensi, concedit ut beneficia sua ecclesiastica quae prius obtinebat, usque ad unum annum a die consecrationis suae, praebenda in eadem Vasatensi ecclesia dumtaxat excepta, retinere possit. (Reg. 113, fol. 199 vo, c. 1112).

« *Dilecto filio Pictavino, electo Vasatensi.* Sincere devotionis affectus — Datum Avinione, kalendis marcii, anno decimo ».

2731 Avignon, 2 mars 1326.

Regi Franciae, ut nuntios Caroli, ducis Calabriae, favorabiliter recipiat eique de armigera genti petita subveniat. (Reg. 113, fol. 205 vo, c. 1172.

« *Regi Francie.* Cum dilectus filius nobilis vir Carolus, carissimi in Christo filii nostri Roberti, regis Sicilie illustris, primogenitus, dux Calabrie, gente certa egens armigera, quam, ut fideliorem, habere desiderat de partibus regni tui, dilectos filios Robertum de Ponciaco, juris civilis professorem, et Guillelmum de Salacuno et Egidium de Squanis, cambelanos, familiares et nuntios suos, ad regalem presentiam duxerit propter hoc destinandos, serenitatem regiam attentius deprecamur quatinus eosdem nuntios favorabiliter recipiens et benigne super hiis que in hac parte a tua sublimitate nuntii predicti petierint, se velit eisdem exhibere magnificentia regia liberalem, hoc etiam ad decus regalis excellentie spectare noscimus, et ad domum inclitam Sicilie fidelesque illarum partium tuo culmini fortius astringendos. Datum Avinione, VI nonas marcii, anno decimo ».

2732 Avignon, 6 mars 1326.

Mathildi, comitissae Valesii, se Johannem de Portali commendatum habiturum promittit. (Reg. 113, fol. 205 vo, c. 1173).

« *Matildi, comitisse Valesii.* Nobilitatis tue litteras — Datum Avinione, II nonas marcii, anno decimo ».

2733 Avignon, 6 mars 1326.

Johannae, comitissae Valesii, de confirmatione collationis praebendae Autisiodorensis Petro de Presto factae respondet. (Reg. 113, fol. 205 vo, c. 1174).

« *Johanne, comitisse Valesii.* Habuit, filia, tue — Datum ut supra ».

2734 Avignon, 6 mars 1326.

Bernardo Jordani de Insula, de concordia cum Gastone, comite Fuxi, habenda. (Reg. 113, fol. 212 vo, c. 1238).

« *Bernardo Jordani, domino de Insula.* Cum dilecto filio — Datum Avinione, secundo nonas marcii, anno decimo ».

2735 Avignon, 8 mars 1326.

Philippo, comiti Valesii, magistrum Johannem de Vienna, de partibus Italiae redeuntem, commendat, eumque rursus hortatur ut erga Mathildim, relictam Caroli comitis Valesii genitoris sui, se propitium exhibeat. (Reg. 113, fol. 205 v°, c. 1175).

« *Philippo comiti Valesii.* Cum dilectus filius magister Johannes de Vienna, decanus ecclesie Cenomanensis, capellanus noster, cancellariusque tuus rediens nuper de partibus Italie, ubi per certum tempus sibi determinatum, Dei et Ecclesie ac fidelium obsequiis laudabiliter noscitur institisse, ad tue nobilitatis presentiam cum nostre benedictionis gratia dirigat gressus suos, nos ipsum, quem tibi fideliter et prompte hactenus audivimus servivisse (*sic*) nobilitatis ejusdem benivolentie propensius commendamus. Rursus licet dilectam in Christo filiam Matildim, comitissam relictam celebris memorie Caroli, comitis Valesii, genitoris tui, per alias nostras litteras tibi, fili, duxerimus affectuosis precibus commendandam, quia tamen eadem comitissa, quam replevisse noscitur mestitia subtractio tanti viri, egere plurimum tua consolatione noscatur, tuisque expediat honoribus, te sibi propitium exhibere, preces ipsas affectione qua possumus iteramus. Datum Avinione, VIII idus marcii, anno decimo ».

2736 Avignon, 12 mars 1326.

Cancellario ecclesiae Parisiensis ut Petrum de Pireto, ordinis fratrum Praedicatorum, ad magisterium in theologia promoveat. (Reg. 113, fol. 197, c. 1104 ; — Denifle et Chatelain, *Chartularium universitatis Parisiensis*, t. II, p. 290, n. 850).

« *Dilecto filio.. cancellario ecclesie Parisiensis.* Fide dignorum relatione percepimus quod dilectus filius Petrus de Pireto, de ordine fratrum Praedicatorum, in sacra theulogie facultate bacallarius, adeo in facultate ipsa laudabiliter, divina sibi gratia suffragante, profecit, quod ad recipiendum magisterii honorem in eadem facultate ydoneus reputatur. Nos igitur domum Domini viris insignitis virtutibus ac in opere potentibus et sermone, qui resistere valeant ascendentibus ex adverso, ad divini nominis laudem et gloriam ipsiusque decorem cupientes, Domino dirigente, fulciri, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus dictum Petrum, si ad hujusmodi magisterii honorem ydoneum fore reppereris, ad ejusdem magisterii statum, non obstante quod aliqui bacallarii in facultate predicta in ordine recipiendi magisterium hujusmodi precedant eundem, studeas promovere, nos enim [non intendimus obviare] quin ispi ad ejusdem magisterii honorem post promotionem hujusmodi ordine debito valeant promoveri. Datum Avinione, IIII idus marcii, anno decimo ».

2737 Avignon, 12 mars 1326.

Ermengaudo de Pardiaco et Augerio de Posolis mandat ut Bernardo, comiti de Astariaco, terminum solutionis cujusdam pecuniae summae ab eodem comite debitae, cautelis et obligationibus receptis idoneis, prorogent. (Reg. 113, fol. 199, c. 1111).

« *Dilectis filiis Ermengaudo de Pardiaco in ecclesia Auxitana et Augerio de Posolis officiali Avinionensi, Apostolice Sedis nuntiis.* Pro parte dilecti filii nobilis viri Bernardi comitis de Astariaco nuper accepimus quod vos ab eodem comite septingentas libras turonensium parvorum, in quibus ipse bone memorie Amanevo, archiepiscopo Auxitano, ex causa mutui tenebatur, nomine nostro qui dudum certis ex causis bonorum mobilium dicti archiepiscopi dispositionem nobis duximus reservandam, exigitis et ipsum ad summam hujusmodi compellere nitimini exolvendam. Cum autem prefatus comes, aliis suis oppressus necessitatibus, paratus de hujusmodi pecunie summa, quantum ad presens, satisfacere, sicut ex parte ipsius asseritur, non existat, nos ejus in hac parte supplicationi benignius inclinati, discretioni vestre per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus ab ipso de solvenda nobis aut illi vel illis quos ad hoc deputaverimus, infra unum annum a data presentium numerandum, medietatem summe pecunie supradicte, et aliam medietatem residuam infra annum alium ex tunc immediate sequentem, cautione et cautelis ac obligationibus receptis ydoneis, solutionis ejusdem summe terminum prelibato comiti prorogetis sub modo et forma superius expressatis, inde reddituri nostram Cameram certiorem. Datum Avinione, IIII idus martii, anno decimo ».

2738 Avignon, 12 mars 1326.

Ermengavo de Posolis, ut fructus et proventus monasterii de Symorra, ordinis sancti Benedicti, Auxitanae diocesis, ea vice dispositioni apostolicae reservata, conservet. (Reg. 113, fol. 212, c. 1233).

« *Dilecto filio Ermengavo de Posolis* (1), *archidiacono de Pardiaco in ecclesia Auxitana, Apostolice Sedis nuntio.* Cum nos dudum — Datum Avinione, IIII idus marcii, anno decimo ».

2739 Avignon, 14 mars 1326.

Philippo comiti Valesii, qui peregrinandi, anni proximi sequentis aestate, ad Sanctum Jacobum propositum assumpsit, et in reditu contra Sarracenos bellare intendit, concedit ut omnes de comitiva sua qui dictos Sarracenos expugnando morientur, indulgentiis proficiscentibus in subsidium Terrae Sanctae concessis fruantur. (Reg. 113, fol. 284 v°, c. 1676).

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, comiti Valesii.* Sicut oblate nobis tue petitionis series continebat peregrinandi anni proximi sequentis estate ad Sanctum Jacobum, certis conditionibus honestis extantibus, et in reditu peregrinationis hujusmodi, si locum et tempus quod contra Sarracenos bellare valeas videris, propter honorem Dei, exaltationem et dilatationem Ecclesie sue Sancte, conferendi te in auxilium christianorum illarum partium, ad expugnationem Sarracenorum Granate, ac cum eisdem Sarracenis habendi conflictum, absque tamen juramenti cujusquam interpositione seu voti propositum assumpsisti, nos autem nec immerito, tuum hujusmodi propositum quod a Spiritu Sancto pie credimus celitus inspiratum, multipliciter in Domino commendantes, ac de illius sperantes gratia quod si bene dedit proponere, ipse tribuet melius prosequi et obtime consummare, tuis supplicationibus inclinati, omnibus de comitiva tua existentibus, vere penitentibus et confessis qui, hujusmodi peregrinatione completa, post assumptum iter divertendo in auxilium christianorum et expugnationem Sarracenorum ipsorum aut in ipso conflictu vel postmodum, ex illatis in eodem conflictu vulneribus, pro ejus fide qui sui caduci plasmatis lapsui pie miserando compatiens, et ut ovem perditam ad patris caulam propriis humeris reportaret, pro humani redemptione generis exinaniens semetipsum in cruce denique moriturus, de virginali utero carnem nostre mortalitatis assumpsit, tam felici quam gloriosa morte decesserint, necnon et qui per annum continuum seu interpolatum infra biennium in dictorum Sarracenorum expugnatione servierint, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, tenore presentium illam plenam concedimus indulgentiam que proficiscentibus in Terre Sancte subsidium concedi per Sedem Apostolicam consuevit. Nulli ergo etc. hanc paginam nostre concessionis etc. Si quis autem etc. Datum Avinione, II idus martii, anno decimo ».

(1) Corr. : *de Pardiaco.* Cf. *supra*, nos 2725 et 2737.

2740 Avignon, 22 mars 1326.

Jacobo, episcopo Zagabriensi, ad ecclesiam Corisopitensem per Guidonis electi ad Cenomanensem ecclesiam translationem vacantem transferens, mandat ei ut gubernationem sibi commissam suscipiat. (Reg. 113, fol. 303, c. 1756).

« *Venerabili fratri Jacobo episcopo Corisopitensi.* Pridem ecclesia Corisopitensi — Datum Avinione, XI kal. aprilis, anno decimo ».

2741 Avignon, 25 mars 1326.

Carolo, regi Franciae, de venatione aprorum praesentata gratias agit. (Reg. 113, fol. 205 v°, c. 1177).

« *Eidem* [*Carolo, regi Francie*]. De venatione aprorum copiosa nobis a regali sublimitate transmissa et per dilectum filium Stephanum Lachepelam, coqum nostrum et regium presentata, benivolentie regie gratiarum exolvimus uberes actiones, excusatio de venatione cervorum non missa superabundanter regiis litteris ex regia curialitate subjuncta gratias cumulantes (1). Datum Avinione, VIII kal. aprilis, anno decimo ».

2742 Avignon, 26 mars 1326.

Philippo, comiti Valesii, respondet se petitiones ejus quantum potuit exaudisse. (Reg. 113, fol. 206, c. 1178).

(1) Texte corrompu ?

« *Philippo, comiti Valesii.* Tam litteras nobilitatis tue quam certa capitula sub tuo clauso sigillo nobis per dilectum filium Remigium, tuum clericum, presentata benigne recepimus, et que venerabiles fratres nostri.. Attrabatensis et.. Autisiodorensis episcopi, necnon dilectus filius nobilis vir Henricus, dominus de Valgoria, et idem clericus super contentis in illis voluerunt exponere, intelleximus diligenter. Et ecce, fili, quod ea que de petitis pro parte tua sine Dei offensa et injuria proximi potuimus, ad exauditionis effectum duximus favorabiliter admittenda, sicut in litteris apostolicis confectis super hoc plenius poterit eadem nobilitas intueri. Super aliis autem que decenter exaudire nequivimus, habeat nos tua prudentia, quesumus, excusatos. Datum Avinione, VII kal. aprilis, anno decimo ».

2743 Avignon, 29 mars 1326.

Bernardo Deliciosi, tabellionatus officium, ad quod per Gasbertum archiepiscopum Arelatensem idoneus repertus fuit, concedit. (Reg. 113, fol. 195 v°, c. 1100).

« *Dilecto filio Bernardo Deliciosi, clerico Ruthenensis diocesis.* Ne contractuum memoria — Datum Avinione, IIII kal. aprilis, anno decimo ».

2744 Avignon, 31 mars 1326.

Caroli, regis Francie, litteris a Benedicto de Cunis, ordinis Praedicatorum, super transmarino passagio praesentatis respondet moramque ejusdem Benedicti in curia negotiis fidem tangentibus retenti, excusat. (Reg. 113, fol. 206, c. 1179).

« *Carolo, regi Francie.* Litteras regias per dilectum filium fratrem Benedictum de Cunis, ordinis Predicatorum, sacre theologie magistrum, super transmarino negotio presentatas recepimus, et in eis contenta ac que prefatus magister sub credentia sibi commissa proposuit intelleximus diligenter. Ad que quod Deo gratum ac convenire dignitati regie credimus, prout una ex cedulis interclusis presentibus continet, respondemus. Nuntium autem tamdiu retinuimus quia se non offerebat grata responsio, ut vellemus, sed nuntiis Armenorum venientibus, via nobis patuit que antea non patebat. Et ultra hec in curia pendebat negotium quod fidem sanctam multum tangebat catholicam, in cujus examinatione ejus presentia cum pluribus magistris aliis theologice facultatis presentibus fuit plurimum oportuna, que mora Salvatori nostro grata fuisse videtur ad modum, quia interim supervenit de partibus Romanie legatio que circumspectioni regie erit, ut credimus satis grata. Super qua cedula alia presentibus interclusa pro faciliori deliberatione continet aliqua quibus addere vel detrahere seu omnino mutare prudentia regia poterit, prout viderit expedire. Propter que predicte benivolentie placeat nos et predictum magistrum habere super mora hujusmodi excusatos. Datum Avinione, II kal. aprilis, anno decimo ».

2745 Avignon, 2 avril 1326.

Eidem regi, quod unam navem cum nuntiis specialibus ad soldanum Babiloniae mittere possit. (Reg. 113, fol. 206, c. 1180).

« *Regi Francie.* Sicut regie littere quas pridem recepimus continebant, te contingat, fili carissime, speciales nuntios ad soldanum Babilonie pro hiis que dilectus filius Benedictus de Cunis, de ordine Predicatorum, sacre theologie professor, pro parte regia nobis exposuit destinare. Placebit nobis quod illam navem, de qua predicte faciebant mentionem littere dictusque Benedictus nobis locutus extitit, ad partes illas posset tua serenitas mittere cum nuntiis antedictis. Datum Avinione, IIII nonas aprilis, anno decimo ».

2746 Avignon, 5 avril 1326.

Dispensationes Carolo, regi Franciae, pro matrimonio cum Johanna regina contrahendo prius concessas confirmat, quoscumque defectus, si qui forsan existerent in eisdem, supplens. (Reg. 113, fol. 197 v°, c. 1108).

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Exhibite nobis regie petitionis series continebat quod dudum super nullitate matrimonii inter te, fili carissime, ac quondam Blancham de Burgundia de facto contracti, orta coram bone memorie Stephano, episcopo Parisiensi, procedente, tam ratione sue jurisdictionis ordinarie

quam in eum a tua et parte altera prorogate materia questionis, prefatus episcopus pro majori securitate ac solemnitate predicti negotii, venerabili fratre nostro.. episcopo Belvacensi et dilecto filio magistro Gaufrido de Plexeyo, notario nostro, secum adhibitis, in causa nullitatis hujusmodi ad actus singulos usque ad publicationem testium exclusive processit. Et demum quia de viribus cujusdam dispensationis Sedis Apostolice, cujus pretextu dicta Blancha prelibatum matrimonium nitebatur (1) defendere agebatur, idem episcopus Parisiensis ad examen nostrum duxit prefatum sic examinatum negotium de voluntate partium remittendum. Nos autem hujusmodi remissione admissa, et processu coram memorato episcopo Parisiensi habito coram nobis et fratribus nostris exhibito, eodemque processu sine ipsius prejudicio ex integro per nostrum officium reassumpto, et per nos auditis et receptis hinc inde tam coram prefato Parisiensi episcopo quam coram nobis propositis et productis, ac deinde renunciato in causa ipsa sollemniter a partibus et concluso negotioque hujusmodi examinato prout melius fieri potuit et debuit diligenter, quia repertum a nobis extitit quod inter te ac Blancham predictam erant plura impedimenta per que matrimonium inter vos solemnizatum de facto convincebatur penitus esse nullum, quodque dispensatio pretextu cujus ipsum contractum fuerat et defensum illud ad hoc ut posset subsistere non juvabat, per nostram sententiam pronunciavimus et declaravimus dictum matrimonium esse et fuisse nullum de jure, tam tibi quam eidem Blanche concedendo licentiam ad alia vota, dicto non obstante matrimonio, libere transeundi. Sane premissis rite ac solemniter sic peractis, vigore sententie nullitatis hujusmodi et predicte licentie impertite teque sic a lege dicti matrimonii cum eadem Blancha de facto contracti libero declarato ad matrimonium cum alia contrahendum, cum inclite recordationis Maria de Luceburgo, regina Francie, dispensatione tamen sufficienti super impedimentis obstantibus a nobis petita primitus et obtenta, matrimonium licite contraxisti. Post modum vero eadem Maria regina, sicut Domino placuit, vita functa, cum carissimam in Christo filiam nostram Johannam, reginam Francie et Navarre illustrem, nunc consortem tuam, velles tibi matrimonialiter copulare, pluresque consanguinitates et affinitates ac spirituales cognationes quibus tu et ipsa Johanna regina vos attinebatis invicem, necnon et publice honestatis justitia vobis obsisterent in hac parte, nos ut tibi cum eadem Johanna, et dicte Johanne tecum liceret contrahere matrimonium, ex nostra certa scientia et de apostolice potestatis plenitudine duximus per nostras litteras tenoris qui sequitur dispensandum : « *Johannes* etc. *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Scimus quidem fore — legitimum nuntiantes. Nulli ergo etc. Datum Avinione, XI kal. julii, anno octavo » (1).

Qua quidem dispensatione sic facta, premissisque nullitatis sententia et licentia supradictis, cum eadem Johanna regina, consorte tua, bona fide in facie Ecclesie, bannis tamen, ut est juris, non editis, presertim cum de consuetudine partium illarum inter tales personas edi banna minime consueverint, contrahere matrimonuim curavisti, ex quo proles fore subsecuta noscitur, dicta Blancha a qua divisus et solutus, ut premittitur, fueras adhuc superstite, que tamen, volente Deo, finivit postmodum dies suos. Ne igitur ex premissis aut aliquo premissorum seu alia quacumque occasione vel causa contra matrimonium hujusmodi per te cum eadem Johanna regina contractum seu statum prolis exinde suscepte vel suscipiende, possit imposterum aliquid malitiosis adinventionibus quomodolibet machinari, pro parte tue celsitudinis ac ejusdem Johanne regine, consortis tue, nobis extitit supplicatum ut tue ac ipsius regine necnon prolis ex vobis procreate seu procreande securitati honorique ac tranquillitati regni et corone Francie taliter providere, licet ad plenum credatis esse in hac parte provisum, paterne solicitudinis studiis dignaremur, quod cuicumque seu quibuscumque malignandi seu impugnandi dictum matrimonium inter vos contractum, aut prolem inde susceptam vel suscipiendam nullus (2) penitus subsit locus. Nos autem attendentes quod regnum predictum Francie, cui Dominus benedixit, progenitorum tuorum, fili carissime, ac tuis preclaris exigentibus meritis, velut ortus conclusus et fons signatus, est providentia sedis ejusdem ab omni perturbatione et periculo quantum est sibi possibile vigilanti studio preservandum, predicte supplicationi regie

(1) Reg. : *nitebantur.*

(1) Cf. fasc. V, n° 2106, p. 531.
(2) Reg. : *nullius.*

duximus benignius annuendum. Ut igitur illorum obvietur malitiis qui bonum in malum nituntur convertere et que gesta sunt legitime maculare, ipsorumque astutiis in hac parte nocendi materia subtrahatur, auctoritate Domini nostri Jhesu Christi cujus vices in terris, licet immeriti, gerimus, sententiam et dispensationes predictas ex certa scientia approbantes, quoscumque defectus, si qui forsan existerent, quod non credimus, in eisdem quantum est nobis possibile supplemus ex certa scientia et de plenitudine potestatis, ac dispensationem predictam de novo facimus, prima in suo robore nichilominus perdurante, prolem ex vobis susceptam et suscipiendam legitimam nuntiantes, ac decernentes quod bannorum omissio nullum prejudicium afferat dicto matrimonio seu proli exinde suscepte vel que suscipietur imposterum, Domino annuente. Et si quod forsan, quod non credimus, attulisset, illud ex certa scientia tollimus et de plenitudine potestatis decernentes quod perinde haberi quo ad omnia debeat ac si edita banna ipsa juxta statuta canonum in facie Ecclesie extitissent. Et ut etiam plenius hominum malitiis occurratur dictique regni abundantius tranquillitati provideatur et paci, auctoritate predicta impedimenta quecumque consanguinitatum carnalium et spiritualium ac affinitatum publiceque justitie honestatis et quevis alia constitutione tantum humana non divina inducta quocumque nomine censeantur et ex quacumque causa procedant que apostolice subjaceant potestati ex certa scientia tollimus et super illis omnibus et singulis de potestatis plenitudine dispensamus, volentes quod perinde habeantur ac si impedimenta singula particulariter et distincte quo ad gradus et personas et alia circa hec oportuna fuissent superius expressata, non obstantibus quibuscumque humanis constitutionibus, statutis et consuetudinibus ecclesiasticis vel mundanis que premissis seu premissorum alicui nolumus obsistere, vel in aliquo obviare, sed illis non obstantibus ipsa volumus effectum suum consequi et in suo robore perdurare. Nulli ergo etc. Datum Avinione, nonis aprilis, anno decimo ».

2747 Avignon, 5 avril 1326.

Praedictum regem Franciae iterum rogat ut ipsi licentiam concedat aliquem virum nobilem linguae occitanae asumendi qui capitaneatum in Italiae partibus cum quingentis hominibus de eodem regno Franciae, si necesse fuerit, exerceat. (Reg. 113, fol. 206, c. 1181).

« *Eidem* [*regi Francie*]. Pridem regie celsitudini preces meminimus per aliquas nostras litteras direxisse quod, cum viro aliquo nobili et strenuo pro capitaneo in Italie partibus egeamus, ut comes vel vicecomes aut alius vir nobilis lingue occitane, quem ad hoc duceremus de regno tuo Francie assumendum, posset dictum capitaneatum de beneplacito regio recipere ac pro illo exercendo una cum quingentis hominibus in armis de regno, si foret necessarium, recipiendis predicto, ad easdem partes Italie se conferre, vellet sublimitas regia licentiam pro nostra et Apostolice Sedis reverentia concessis super hiis patentibus impertiri. Et licet exhibitori litterarum predictarum excellentia regalis duxerit, sicut accepimus, respondendum quod nobis breviter gratum et favorabilem responsionem faceret in hac parte, illam tamen nondum recepimus, quamvis ea urgentibus partium predictarum negotiis plurimum egeamus. Quocirca magnificentiam regiam iteratis instantiis deprecamur quatinus licentiam ipsam velit liberaliter et prompte concedere, nobisque super ea patentes litteras destinare. Datum Avinione, nonis aprilis, anno decimo ».

2748 Avignon, 5 avril 1326.

Johanni Cerchamont, cancellario regis Franciae, de eodem. (Reg. 113, fol. 206 v°, c. 1182).

« *Johanni Cerchamont, regis Francie cancellario.* Nuper carissimo in — Datum ut supra ».

2749 Avignon, 5 avril 1326.

In eundem modum Alphonso de Hispania. (Reg. 113, fol. 206 v°, p. c. 1182).

2750 Avignon, 5 avril 1326.

Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni, episcopo Aurasicensi, nuntiis apostolicis, de eodem. (Reg. 113, fol. 206 v°, c. 1183).

« *Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni episcopo Aurasicensi, Apostolice Sedis nuntiis.* Per binas litteras — Datum ut supra ».

2751 Avignon, 5 avril 1326.

Stephano de Dyonisio, canonico Caturcensi, de eodem. (Reg. 113, fol. 206 v°, c. 1184).

« *Stephano de Dyonisio, canonico Caturcensi.* Ecce quod carissimo — Datum ut supra ».

2752 Avignon, 6 avril 1326.

Archiepiscopo Viennensi et episcopo Aurasicensi, ut negotium pacis inter regem Angliae et ejus consortem reformandae diligenter prosequantur. (Reg. 113, fol. 206 v°, c. 1185).

« *Guillelmo archiepiscopo Viennensi, et Hugoni episcopo Aurasicensi.* Ex vestrarum percepimus litterarum serie quas die quinta presentis mensis aprilis benigne recepimus, qualiter extiterat ordinatum quod, premissis per vos litteris nostris et nuntiis carissimo in Christo filio nostre E., regi Anglie illustri, ut ad vos aliquas personas ydoneas cum quibus super negotio ejusdem regis et consortis sue solicitudini vestre commisso tractare possetis utiliter, actore Domino, destinaret, proponebatis apud Wyssant vel Boloniam ibidem spectaturi gentes dicti regis, si quas mitteret propter hoc, vos conferre ac tractare super eodem negotio quod vobis pacis angelus ministraret. Nos itaque predictis et aliis contentis in eisdem vestris litteris plenius intellectis, ex quo sic ordinatum extitit, laudamus quod ordinationem hujusmodi prosequamini diligenter. Si vero prefatus rex Anglie ad alterum locorum predictorum recusaret forsitan mittere gentes suas, nobis expediens videretur quod ab eodem rege sub forma sufficienti securitate obtenta, ad ipsum accedere debeatis, nam vox viva in mentibus audientium efficacius imprimitur quam mortua, et potest respondere sicut nostis plenius ad objecta, nec credimus quin auditis vobis impositis et que circa illa vobis Dominus ministrabit, audientium animi ad viam aliquam tolerabilem condescendant, nosque super hoc, quicquid sequatur ulterius, erimus apud Deum et homines plenius excusati. Que autem super predictis egeritis nobisque occurrerint nobis intimare quam totius studeatis. Datum Avinione, VIII idus aprilis, anno decimo ».

2753 Avignon, 8 avril 1356.

Abbati et conventui monasterii Cluniacensis, ut Ecclesiae quae in Italia molestatur, de oportuno subsidio subvenire velint, fidemque super praedictis prioribus Sancti Saturnini de Portu, Uticensis diocesis, et Sancti Stephani Nivernensis adhibeant. (Reg. 113, fol. 196, c. 1101).

« *Dilectis filiis.. abbati et conventui monasterii Cluniacensis, Matisconensis diocesis, ac aliis universis et singulis ordinis Cluniacensis in generali capitulo Cluniaci celebrando proximo congregandis.* Si uni membro patienti compatiantur alia, profecto patienti capiti est a membris compatiendum fortius et eidem subsidium promptius ministrandum. Sane vestram, credimus, prudentiam non latere quam dure, quamque immaniter ab hereticis et infidelibus plurimis sacrosancta Romana Ecclesia, mater vestra, que aliarum ecclesiarum caput esse dinoscitur, in Italie partibus molestatur. Ideoque nos attentius cogitantes quod res vestra, dum sua tractatur, agitur, ipsius necessitates ad quas supportandas per se non sufficit, vobis fiducialiter providimus exponendas, sperantes indubie quod velut devoti et grati filii, eidem matri compassionis et pietatis aperietis viscera, et ad tante superbie ac infidelitatis cornua quanta prefati heretici et infideles contra ipsam erigunt conterenda, ipsi Ecclesie de oportuno subsidio maturabitis subvenire, presertim quia, sicut nostis, toto tempore nostre vitavimus in postulandis subsidii[s] vos gravare. Quocirca universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attentius quatinus, premissis in scrutinio recte considerationis adductis, ad reprimendum tam presumptuosos ausus tamque periculosos hereticales excessus, ac supportandum gravium sarcinam onerum incumbentium ex premissis sic manus vestras adjutrices velitis extendere quod, auxiliante Domino, tanta reprimatur temeritas, fides in partibus illis in quibus jam periclitari noscitur solidetur catholica, et hereticorum prostrata conti-

nuata superbia, votiva suscipiat fidelium incrementa, vosque nostram et Apostolice Sedis gratiam propter hoc uberius acquiratis. Super predictis autem dilectis filiis Bertrando de Capella, Sancti Saturnini de Portu, Uticensis diocesis, capellano nostro, et Sancti Stephani Nivernensis prioratuum prioribus, et eorum cuilibet in solidum curetis intendere ac fidem indubiam adhibere. Datum Avinione, VI idus aprilis, anno decimo ».

2754 Avignon, 8 avril 1326.

Praefatis prioribus, ut eisdem abbati et conventui aliisque in capitulo congregandis dictas litteras praesentantes eos ad subsidium oportunum exhibendum inducant. (Reg. 113, fol. 196, c. 1102).

« *Eisdem prioribus.* Cum nos ad — Datum ut supra ».

2755 Avignon, 8 avril 1326.

Arnaldo de Verdala, ut omnia bona mobilia quondam Raymundi, episcopi Mirapiscensis, ad manum apostolicam ponens, de illis inventarium faciat eaque fideliter conservet. (Reg. 113, fol. 197, c. 1105).

« *Dilecto filio magistro Arnaldo de Verdala, canonico Mirapiscensi.* Providere volentes ne — Datum Avinione, VI idus aprilis, anno decimo ».

2756 Avignon, 8 avril 1326.

Eidem ut Dominico, electo Appamiarum, tam de praedictis quam aliis proventibus usque ad novos fructus provisionem curet dimittere competentem. (Reg. 113, fol. 197 v°, c. 1106).

« *Eidem.* Providere volentes ne — Datum Avinione, VI idus aprilis, anno decimo ».

2757 Avignon, 8 avril 1326.

Priori de Caritate, Cluniacensis ordinis, ut pro expensis guerrarum Italiae velit Ecclesiae de aliquo subsidio subvenire et Bernardo de Capella, Sancti Saturnini de Portu, Uticensis diocesis, capellano apostolico, ac.. Sancti Stephani Nivernensis prioratuum prioribus fidem adhibere. (Reg. 113, fol. 207, c. 1186).

« *Priori de Caritate Cluniacensis ordinis, Autisiodorensis diocesis.* Tuam, fili, credimus — Datum Avinione, VI idus aprilis, anno decimo ».

2758 Avignon, 8 avril 1326.

In e. m. priori Celsiniarum, Cluniacensis ordinis, Claromontensis diocesis. (Reg. 113, fol. 207, p. c. 1186).

2759 Avignon, 8 avril 1326.

In e. m. priori Sancti Marcelli, Cabilonensis diocesis. (Reg. 113, fol. 207, p. c. 1186).

2760 Avignon, 8 avril 1326.

In e. m. priori Sancti Petri de Alavardo, Cabilonensis diocesis. (Reg. 113, fol. 207, p. c. 1186).

2761 Avignon, 8 avril 1326.

In e. m. priori Sancti Eutropii, Xanctonensis diocesis. (Reg. 113, fol. 207, p. c. 1186).

2762 Avignon, 8 avril 1326.

In e. m. priori Sancti Marcelli, Diensis diocesis. (Reg. 113, fol. 207, p. c. 1186).

2763 Avignon, 8 avril 1326.

In e. m. priori de Podio Ganagerobio, Sistaricensis diocesis. (Reg. 113, fol. 207, p. c. 1186).

2764 Avignon, 8 avril 1326.

In e. m. priori de Abbatisvilla, Ambianensis diocesis. (Reg. 113, fol. 207, p. c. 1186).

2765 Avignon, 8 avril 1326.

In e. m. priori de Longoponte, Parisiensis diocesis. (Reg. 113, fol. 207, p. c. 1186).

2766 Avignon, 8 avril 1326.

In e. m. priori Cariloci, Matisconensis diocesis. (Reg. 113, fol. 207, p. c. 1186).

2767 Avignon, 12 avril 1326.

Litteris Caroli regis Franciae a P. Barreriae, Nivernensi archidiacono, praesentatis respondet. (Reg. 113, fol. 207, c. 1187).

« *Carolo, regi Francie.* Receptis litteris regiis nobis per dilectum filium magistrum P. Barrerie, Nivernensem archidiaconum, presentatis, ac que in eis continebantur plenius intellectis, super facto in eisdem exposito ut potuimus plenius duximus providendum prout litterarum perplurium super hoc confectarum lectio excellentie regie poterit seriosius reserare. Magistrum P. predictum super mora (1) habere velit serenitas regia excusatum cum circa accelerationem dicti negotii diligentiam oportunam adhibuerit, sed ut provideretur plenius secum ipsum negotium moram traxit. Gratia Domini nostri cor regium in agendis dirigat et protegat ab adversis. Datum Avinione, III idus aprilis, anno decimo ».

2768 Avignon, 17 avril 1326.

Eidem regi respondet quod antequam litterae ejus pro Johanne Hellequin pervenirent, de praebenda quam Hugo Parisiensis episcopus, tempore promotionis suae in eadem ecclesia obtinebat ipse jam duxerat providendum. (Reg. 113, fol. 207, c. 1188).

« *Carolo regi Francie.* Cum de canonicatu — Datum Avinione, XV kal. maii, anno decimo ».

(1) Reg. : *mora excusatum habere.*

2769 Avignon, 17 avril 1326.

Eidem regi Franciae, ut negotia Helioni de Villanova. magistri Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, qui ad partes transmarinas proficisci se disponit, celeriter expedire velit. (Reg. 113, fol. 207, c. 1189).

« *Eidem.* Cum dilectus filius Helionus de Villanova, magister Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani ad partes transmarinas disponens in brevi, dirigente Domino, proficisci, pro exhibenda regie celsitudini reverentia, et quibusdam suis et Hospitalis predicti negotiis promovendis, ad regalem presentiam dirigat gressus suos, nos eundem magistrum regie benivolentie propensius commendantes, serenitatem rogamus regiam attentius et hortamur quatinus ipsum benigne recipiens et regio favore pertractans, sic eum velit regia providentia celeriter et favorabiliter pro divina et Apostolice Sedis reverentia expedire quod ipse conceptum hujusmodi laudande intentionis propositum, actore Domino, utiliter prosequi valeat et complere. — Datum ut supra ».

2770 Avignon, 17 avril 1326.

Alfonso de Hispania, de eodem. (Reg. 113, fol. 207 v°, c. 1190).

« *Alfonso de Ispania.* Dilectum filium Elionum. — Datum ut supra ».

2771 Avignon, 19 avril 1326.

Regi Franciae negotia quae Gasto, comes Fuxi, in regali curia expedire habet, commendat. (Reg. 113, fol. 207 v°, c. 1191).

« *Regi Francie.* Cum dilectus filius — Datum Avinione, XIII kal. maii, anno decimo ».

2772 Avignon, 19 avril 1326.

Alfonso de Hispania de eodem. (Reg. 113, fol. 207 v°, c. 1192).

« *Alfonso de Ispania.* Dilectum filium nobilem — Datum ut supra ».

2773 Avignon, 19 avril 1326.

Michaeli, Fratrum Minorum generali ministro, Nicolaum de Regio, ejusdem ordinis, quem ad lecturam sententiarum in studio Parisiensi idoneum fore audivit, commendat. (Reg. 113, fol. 360 v°, c. 2116; Denifle et Chatelain, *Chartularium Univ. Paris.*, t. II, p. 290, n. 851).

« *Michaeli, fratrum ordinis Minorum generali ministro.* Laudabilia testimonia que — Datum Avinione, XIII kal. maii, anno decimo ».

2774 Avignon, 20 avril 1326.

Odoni, duci Burgundiae, de morte matris ejus et de concessione absolutionis petitae. (Reg. 113, fol. 207 v°, c. 1193).

« *Oddoni, duci Burgundie.* Litterarum tuarum pagina — Datum Avinione, XII kal. maii, anno decimo ».

2775 Avignon, 22 avril 1326.

Regi Franciae, ut magistro Guillelmo de Weston, juris civilis professori, canonico Lincolnensi, licentiam in Franciam veniendi concedat. (Reg. 113, fol. 207 v°, c. 1194).

« *Regi Francie.* Cum dilectum filium. — Datum Avinione, X kal. maii, anno decimo ».

2776 Avignon, 22 avril 1326.

Reginae Angliae, de reconciliatione cum rege viro suo, de tractatu pacis super facto ducatus Aquitaniae, et de gravaminibus Norwicensi episcopo illatis. (Reg. 113, fol. 218, c. 1279).

« *Regine Anglie.* Sublimitatis regie litteras excusationem venerabilis fratris nostri Guillelmi, episcopi Norvicensis, nec non et illata sibi et ecclesie sue varia gravamina describentes, solite benignitatis affectu recepimus, et eorum intelleximus seriem diligenter. Sane, filia carissima, regiam providentiam volumus non latere quod nos indubie supponimus te non ex suasione ipsius episcopi vel cujusdam alterius, ad carissimi in Christo filii nostri E., regis Anglie illustris, viri tui, te conferre presentiam hactenus distulisse, quodque tu et idem episcopus formam tractatus pacis super facto ducatus Aquitanie nobis traditam transgressi nullatenus extitistis, sicut eidem regi per nostras litteras sepius duximus explicandum. Ceterum, illatis dicto episcopo velut honorabili membro Ecclesie gravaminibus pregravamur et ad illa tollenda laboravimus hactenus, nec cessabimus, donec sublata fuerint, paterne solicitudinis studiis laborare. Datum Avinione, X kal. maii, anno decimo ».

2777 Avignon, 24 avril 1326.

Guigoni, dalfino Viennensi, ut gratum habeat Agoutum de Baucio pro Ecclesiae negotiis ad certas partes destinari. (Reg. 113, fol. 367 v°, c. 2156).

« *Guigoni, dalfino Viennensi.* De te, fili — Datum Avinione, VIII kal. maii, anno decimo ».

2778 Avignon, 24 avril 1326.

Henrico Dalfini, ut eumdem Guigonem, nepotem suum, ad praedicta inducat. (Reg. 113, fol. 367 v°, c. 2157).

« *Henrico Dalfini, domino Montisalbani et Medullionis.* Pro certis nostris — Datum ut supra ».

2779 Avignon, 25 avril 1326.

Archiepiscopo Arelatensi et universis personis ecclesiasticis ejus provinciae scribit in e. m. ac episcopo et personis ecclesiasticis Taurinensis diocesis, pro reservatione et collectione fructuum unius anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum vacantium usque ad unum annum. (Reg. 113, fol. 302, c. 1748).

« *Item sub data « Avinione, VII kal. maii, anno decimo, in eundem modum.. archiepiscopo Arelatensi ejusque suffraganeis ac dilectis filiis et cetera, per civitatem ac diocesim et provinciam Arelatenses.* Dum cogitamus necessitates — Et sunt collectores prepositus et archidiaconus ecclesie Arelatensis, mutato tamen quod ubi supra dicitur floren., dicitur ibi libr. tur. parvor ».

2780 Avignon, 25 avril 1326.

In e. m. in provincia Aquensi ; collectores : praepositus et Raymundus Neulonis, canonicus ecclesiae Aquensis. (Reg. 113, fol. 302 v°, p. c. 1748).

2781 Avignon, 25 avril 1326.

In e. m. in provincia Ebredunensi ; collectores : praepositus et Raymundus Baboti, canonicus ecclesiae Ebredunensis. (Reg. 113, fol. 302, p. c. 1748).

2782 Avignon, 25 avril 1326.

In e. m. in provincia Viennensi ; collectores : Zacharias de Sancto Juliano, prior saecularis ecclesiae Sancti Martini Viennensis, et Pontius Salvatoris, canonicus Vivariensis, officialis Viennensis. (Reg. 113, fol. 302, p. c. 1748).

2783 Avignon, 27 avril 1326.

Petrum Daurocha, de quibusdam pecuniarum summis ex bonis quondam Geraldi, episcopi Lemovicensis, provenientibus quas Camerae Apostolicae assignaverat quittat. (Reg. 113, fol. 306 v°, c. 1803).

« *Dilecto filio Petro Daurocha, preposito ecclesie Ahentensis, Lemovicensis diocesis.* Cum de bonis — Datum Avinione, V kal. maii, anno decimo ».

2784 Avignon, 29 avril 1326.

Regi Franciae negotia quae Catherina de Griliaco in regali curia expedire habet commendat. (Reg. 113, fol. 207 v°, c. 1195).

« *Eidem* [*regi Francie*]. Cum dilecta in — Datum Avinione, III kal. maii, anno decimo ».

2785 Avignon, 29 avril 1326.

Alfonso de Hispania de eodem. (Reg. 113, fol. 208, c. 1196).

« *Alfonso de Ispania.* Dilectam in Christo — Datum ut supra ».

2786 Avignon, 29 avril 1326.

In e. m. Johanni Cerchamont, cancellario regis Franciae. (Reg. 113, fol. 208, p. c. 1196).

2787 Avignon, 1er mai 1326.

Gastoni, comiti Fuxensi, quod in negotio electionis Arnaldi Guillelmi de Audonnis in ecclesia Adurensi fiet ut justitia suadebit. (Reg. 113, fol. 212 v°, c. 1239).

« *Gastoni, comiti Fuxensi.* Missis nobis tue — Datum Avinione, kalendis maii, anno decimo ».

2787 *bis* Avignon, 1er mai 1326.

Archiepiscopo Viennensi et episcopo Aurasicensi, nuntiis apostolicis, ut Carolum, regem Franciae, ad restitutionem terrae ducatus Aquitaniae E., regis Angliae primogenito, faciendam inducant. (Reg. 113, fol. 219, c. 1286).

« *Guillelmo, archiepiscopo Viennensi et H., episcopo Aurasicensi, Apostolice Sedis nuntiis.* Desiderantes intense ut inter carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, et E., Anglie reges illustres, pacis perennis et concordie, sublatis quibuscunque impedimentis contrariis, vigeat plenitudo, volumus et fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus instetis apud eundem regem Francie sicut videritis expedire ut ipse circa restitutionem terre ducatus Acquitanie per ipsum occupate dilecto filio nobili viro E., predicti regis Anglie primogenito, duci Acquitanie, faciendam, non juris rigorem velit attendere, sed potius se habeat gratiosum, nos super hiis et aliis vobis occurentibus reddituri nichilominus quotiens oportunum noveritis certiores. Datum ut supra [Avinione, kalendis maii] ».

2788 Avignon, 2 mai 1326.

Artaudo, abbati monasterii Virziliacensis, recedendi de Romana Curia licentiam concedit. (Reg. 113, fol. 199, c. 1109).

« *Dilecto filio Artaudo, abbati monasterii Virziliacensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Eduensis diocesis.* Cum dudum certis ex causis pro quibus tuam extimabamus existere presentiam oportunam te duxerimus per nostras certi tenoris litteras ad Sedem Apostolicam personaliter evocandum, nos carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris porrectis pro te nobis precibus inclinati, de Romana curia recedendi et repetendi, quando volueris partes tuas ac ibidem usque ad nostrum beneplacitum seu quousque pro te mandaverimus remanendi tibi licentiam tenore presentium elargimur. Datum Avinione, VI nonas maii, anno decimo ».

2789 Avignon, 3 mai 1326.

Regi Franciae Atrebatensem et Autisiodorensem episcopos, nuntios suos, remittit. (Reg. 113, fol. 208, c. 1197).

« *Regi Francie.* Ecce, fili carissime, quod venerabiles fratres nostri, P., Atrebatensis, et P., Autisiodorensis episcopi, regi[i] nuntii, ad regalem presentiam remittuntur, qui de negotiis pro quibus missi fuerant ac commissis eisdem postmodum providentiam poterunt regiam reddere certiorem ut sic possit ordinare super hiis quod viderit expedire. Nos autem, si omnibus beneficialibus petitionibus regiis non annuerimus, cum hoc gravamen ecclesiarum (1) non sustineret, habeat regia benivolentia excusatos. Prefatos autem nuntios velut honoris regii fervidos zelatores gratie regie licet superfluo ac ipsorum ecclesias affectione qua possumus commendamus. Datum Avinione, V nonas maii, anno decimo ».

2790 Avignon, 3 mai 1326.

Johannae, reginae Franciae de eorumdem nuntiorum reditu. (Reg. 113, fol. 208, c. 1198).

« *Johanne, regine Francie.* Certiorari de statu — Datum ut supra ».

(1) Corr : *Ecclesia* ?

2791 Avignon, 3 mai 1326.

Alphonso de Hispania, de expositis pro parte sua a Petro de Cunho. (Reg. 113, fol. 208, c. 1199).

« *Alfonso de Ispania.* Super hiis que dilectus filius Petrus de Cunho pro parte tue nobilitatis exponere procuravit cum venerabili fratre nostro episcopo Petro, episcopo Autisiodorensi, contulimus, qui de intentione nostra super hiis et aliis harum partium rumoribus nobilitatem eandem reddere poterit certiorem. Datum ut supra ».

2792 Avignon, 3 mai 1326.

Jonanni Cerchamont de praefatorum nuntiorum reditu. (Reg. 113, fol. 208, c. 1200).

« *Johanni Cerchamont, decano Pictavensi, regis Francie cancellario.* Ecce quod venerabiles — Datum ut supra ».

2793 Avignon, 4 mai 1326.

Sanciae reginae Siciliae, respondet quod dispensatio matrimonii inter Fernandum de Majoricis et natam quondam Petri, regis Castillae, contrahendi concedi non potest ; quid de baroniae Montispessulani concessione faciendum videtur ei significat et de convalescentia ejus congaudet. (Reg. 113, fol. 265, c. 1570).

« *Sancie, regine Sicilie.* Serenitatis regie litteras, per quas, multis expressis commoditatibus, te afferre plurimum descripisti quod inter dilectum filium nobilem virum Fernandum de Majoricis, nepotem tuum, et dilectam in Christo filiam puellam nobilem natam quondam Petri, regis Castelle, contrahendum, cum Dei et nostro beneplacito, matrimonium tractaretur, benignitate recepimus consueta, et que continebantur in eis pleno collegimus intellectu. Sane, filia carissima, regalem volumus providentiam non latere quod, si matrimonium hujusmodi valeret perfici commode, gratum nobis admodum existeret et acceptum, sed pridem, ante receptionem litterarum hujusmodi, carissimus in Christo filius noster Jacobus, rex Aragonum illustris, ut dispensare de benignitate apostolica dignaremur quod inter dilectum filium nobilem virum

Johannem de Viscaya et eandem puellam posset contrahi matrimonium nobis cum instantia supplicavit, nosque jam diu ante, carissimorum in Christo filiorum nostrorum.. regis et.. regine Portugalie illustrium precibus inclinati, super matrimonio inter eorum primogenitum et puellam contrahendo predictam per nostras duximus litteras dispensandum. Et licet super hiis que in hac parte regius conceperat animus via difficilis videatur, nobis tamen placebit si prosequi negocium hujusmodi regia circumspectio faciat, sicut noverit oportunum ; super quo nos, quantum cum Deo et nostra decentia poterimus, propitios reperiet et benignos. Ad hec non videmus expedire ut tractatus prosequeretur presentialiter quod carissimus in Christo filius noster Jacobus, rex Majoricarum illustris, baroniam Montispessulani concedat eidem Fernando, fratri suo, tum quia rex ipse juvenis et sub potestate tutoris constitutus, hoc forsan facere nequiret commode, tum etiam quia carissimus in Christo filius noster Carolus, rex Francie et Navarre illustris, hiis non consentiret forsitan, et alium preter regem eundem ad homagium pro ipsa baronia recipere recusaret, sed cum idem Fernandus erit, Deo dante, in istis partibus, hec et alia que videbuntur accommoda melius poterunt et utilius pertractari. Ceterum non absque compassione percepimus quod hoc anno febrilis infirmitas te gravavit, licet postmodum, intellecto quod febris extiterat tertiana, que non periculosa patientibus sed esse curabilis consuevit, fuimus in Domino consolati, rumores audire placidos de plena convalescentia prestolantes. Cum autem discrasia hujusmodi dicatur ex nimiis abstinentiis quas supra vires corporis, non acquiescendo persuasionibus carissimi in Christo filii nostri Roberti, regis Sicilie illustris, viri tui, fecisse diceris, provenisse, volumus et tibi paterno consilio suademus ut abstinentiis quas vires corporis poterunt commode sufferre contenta, vacando aliis bonis operibus, alias pretermittas, nos enim ut tue saluti anime in hac parte salubrius consulatur, confessori tuo, ut tecum super hiis dispensare, auctoritate nostra, cum expedire viderit, valeat, concedimus per alias nostras litteras quas inde tue sublimitati dirigimus, potestatem. Datum Avinione, IIII nonas maii, anno decimo ».

2794 Avignon, 6 mai 1326.

Garino de Barro, inquisitori, ut contra Guiotum Lefolet de Fraxino, laicum Bisuntinae diocesis, de haeresis crimine suspectum, procedat. (Reg. 113, fol. 246 v°, c. 1447).

« *Dilecto filio Garino de Barro, ordinis fratrum Predicatorum, inquisitori heretice pravitatis in Bisuntina, Gebennensi, Lausanensi, Sedunensi, Tullensi, Metensi et Virdunensi civitatibus et diocesibus auctoritate apostolica deputato.* Cum Guiotus Lefolet — Datum Avinione, II nonas maii, anno decimo ».

2795 Avignon, 7 mai 1326.

Abbati monasterii de Moysiaco ordinis Cluniacensis, ut subsidium pro guerris Italiae concedat. (Reg. 43, fol. 208, c. 1201).

« *Abbati monasterii de Moysiaco, ordinis Cluniacensis, Caturcensis diocesis.* Tuam, fili, credimus. — Datum Avinione, nonis maii, anno decimo ».

2796 Avignon, 7 mai 1326.

In e. m. priori prioratus Deaurate Tolosane, ordinis Cluniacensis. (Reg. 113, fol. 208, p. c. 1201).

2797 Avignon, 7 mai 1326.

In e. m. priori de Longavilla, ejusdem ordinis, Rothomagensis diocesis. (Reg. 113, fol. 208, p. c. 1201).

2798 Avignon, 7 mai 1326.

In e. m. priori Sancti Martini de Campis Parisiensis, ejusdem ordinis. (Reg. 113, fol. 208, p. c. 1201).

2799 Avignon, 7 mai 1326.

In e. m. priori Sancti Nicolai Silvanectensis, ejusdem ordinis. (Reg. 113, fol. 208, p. c. 1201).

2800 Avignon, 7 mai 1326.

In e. m. priori de Volta, ejusdem ordinis, Claromontensis diocesis. (Reg. 113, fol. 208, p. c. 1201).

2801 Avignon, 7 mai 1326.

In e. m. abbati de Figiaco, ejusdem ordinis, Caturcensis diocesis. (Reg. 113, fol. 208, p. c. 1201).

2802 Avignon, 7 mai 1326.

In e. m. abbati de Lesaco, ejusdem ordinis... diocesis (*sic*). (Reg. 113, fol. 208, p. c. 1201).

2803 Avignon, 7 mai 1326.

In e. m. abbati Monsatensi, ejusdem ordinis, Claromontensis diocesis (Reg. 113, fol. 208, p. c. 1201).

2804 Avignon, 7 mai 1326.

In e. m. abbati de Balma, ejusdem ordinis, Bisuntinae diocesis. (Reg. 113, fol. 208, p. c. 1201).

2805 Avignon, 7 mai 1326.

In e. m. abbati monasterii de Belloloco, ejusdem ordinis, ... diocesis (*sic*). (Reg. 113, fol. 208 v°, p. c. 1201).

2806 Avignon, 7 mai 1326.

In e. m. abbati Monasterii Novi, ejusdem ordinis, Pictavensis [diocesis]. (Reg. 113, fol. 208 v°, p. c. 1201).

2807 Avignon, 7 mai 1326.

In e. m. priori de Filinnhaco, ejusdem ordinis, Claromontensis diocesis. (Reg. 113, fol. 208 v°, p. c. 1201).

2808 Avignon, 7 mai 1326.

In e. m. priori de Couciaco, ejusdem ordinis, Suessionensis diocesis. (Reg. 113, fol. 208 v°, p. c. 1201).

2809 Avignon, 7 mai 1326.

In e. m. priori de Sancto Lupo de Asserento, dicti ordinis, Belvacensis diocesis. (Reg. 113, fol. 208 v°, p. c. 1201)

2810 Avignon, 7 mai 1326.

In e. m. priori de Crispeyo, ejusdem ordinis, Silvanectensis diocesis. (Reg. 113, fol. 208 v°, p. c. 1201).

2811 Avignon, 7 mai 1326.

In e. m. priori Sancti Staturnini de Portu, ejusdem ordinis, Uticensis diocesis. (Reg. 113, fol. 208 v°, p. c. 1201).

2812 Avignon, 7 mai 1326.

In e. m. priori de Paredo, ejusdem ordinis, Eduensis diocesis. (Reg. 113, fol. 208 v°, p. c. 1201).

2813 Avignon, 7 mai 1326.

In e. m. priori de Martinhiaco, ejusdem ordinis, Eduensis diocesis. (Reg. 113, fol. 208 v°, p. c. 1201).

2814 Avignon, 7 mai 1326.

In e. m. priori Sancti Orientii, ejusdem ordinis, Auxitanae diocesis. (Reg. 113, fol. 208 v°, p. c. 1201).

2815 Avignon, 7 mai 1326.

In e. m. priori de Rivis, Claromontensis diocesis. (Reg. 113, fol. 208 v°, p. c. 1201).

2816 Avignon, 7 mai 1326.

In e. m. priori Montis Desiderii, ejusdem ordinis, Ambianensis diocesis. (Reg. 113, fol. 208 v°, p. c. 1201).

2817 Avignon, 7 mai 1326.

In e. m. priori de Auberta, ejusdem ordinis, Lugdunensis diocesis. (Reg. 113, fol. 208 v°, p. c. 1201).

2818 Avignon, 7 mai 1326.

In e. m. priori de Ginhiaco, ejusdem ordinis, Lugdunensis diocesis. (Reg. 113, fol. 208 v°, p. c. 1201).

2819 Avignon, 7 mai 1326.

In e. m. priori de Vallibus subtus Polinhiacum, ejusdem ordinis, Bisuntinae diocesis. (Reg. 113, fol. 208 v°, p. c. 1201).

2820 Avignon, 7 mai 1326.

In e. m. priori Sancte Margarete in Hernicuria, ejusdem ordinis, Noviomensis diocesis. (Reg. 113, fol. 208 v°, p. c. 1201).

2821 Avignon, 7 mai 1326.

In e. m. priori de Venna, ejusdem ordinis, Claromontensis diocesis. (Reg. 113, fol. 208 v°, p. c. 1201).

2822 Avignon, 7 mai 1326.

In e. m. decano de Lehuno in Sanguinetorso, ejusdem ordinis, Ambianensis diocesis. (Reg. 113, fol. 208 v°, p. c. 1201).

2823 Avignon, 11 mai 1326.

Parisiensi, Atrebatensi ac Autisiodorensi episcopis, ad supplicationem regis Franciae facultatem concedit dispensandi super irregularitate cum personis ecclesiasticis quae, divina celebrando in locis et villis Flandriae ecclesiastico interdicto suppositis, dictae irregularitatis maculam contraxissent. (Reg. 113, fol. 199, c. 1110).

« *Venerabilibus fratribus.. Parisiensi et.. Atrabatensi, ac.. Autisiodorensi episcopis.* Pridem carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, supplicationibus favorabiliter annuentes, venerabilibus fratribus nostris.. Silvanectensi et.. Tornacensi episcopis, ut Flandrensibus qui in excommunicationis sententias per felicis recordationis Clementem, papam V^um^, predecessorem nostrum, contra illos ex eis qui pacem olim, actore Domino, reformatam inter clare memorie Philippum, regem Francie, genitorem et predecessorem regis predicti, et quondam Robertum, comitem Flandrie, non servarent vel contra ipsam aut articulos in ea contentos venire presumerent, promulgatas, declarati fuerant, ex eo quod pacem ipsam minime servaverant, incidisse, valerent ab eisdem sententiis, postquam iidem Flandrenses obedivissent et fecissent, quantum in eis erat, vel facerent in futurum que secundum ordinationem pacis ejusdem facere tenentur et debent, juxta formam Ecclesie absolutionis beneficium impertiri et interdicta quibus ville ac loca Flandrie subjacerent super hoc relaxare per nostras et alias certi tenoris litteras concessisse meminimus potestatem. Cumque nonnulle persone ecclesiastice regulares et seculares, tunc in villis et locis commorantes eisdem, pro eo quod dictis ligate sententiis vel in locis et villis hujusmodi, occasione predicta, ecclesiastico suppositis interdicto, celebraverunt divina vel immiscuerunt se illis noscantur irregularitatis maculam contraxisse, nos, regis ejusdem in hac parte supplicationibus inclinati, volentes personarum ipsorum statui super hiis de benignitate apostolica providere, ac de nostre circumspectionis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes, super irregularitate predicta cum personis eisdem, postquam a dictis excommunicationis sententiis rite fuerint absolute, ipsis ad tempus a suorum ordinum executione suspensis, et alias eis injuncta penitentia, sicut expedire videritis, pro premissis vobis et cuilibet vestrum in solidum per vos vel alium seu alios auctoritate nostra dispensandi, hac vice, plenam concedimus auctoritate presentium facultatem. Datum Avinione, VI idus maii, anno decimo ».

2824 Avignon, 14 mai 1326.

Mariam, reginam Majoricarum, iterum hortatur ut, nisi vellet in sui nominis gloria maculam ponere, ad Provinciam se conferrat. (Reg. 113, fol. 240 v°, c. 1418).

« *Marie, regine Majoricarum.* Tenet nostra memoria nec a tua, filia carissima, credimus excidisse, quomodo te iteratis vicibus duxerimus exhortandam sano tibi consilio suadendo ut carissimi in Christo filii nostri Roberti, regis Sicilie illustris, germani tui, consiliis acquiescens, deberes ad Provinciam te conferre, decenter et honeste ibidem

moratura quousque ipse curasset de viro convenienti tibi, favente Domino, providere. Sane quia nondum est exhortationibus nostris et consiliis hujusmodi satisfactum, nos eas iterum repetentes, circumspectionem regiam rogamus attentius et hortamur quatinus quod inprovide hactenus super hiis est omissum adimplere sublato more dispendio, regalis sublimitas non postponat. Et quia res lubrica noscitur fama pudoris, regie providentie suademus ne ad partes alias, nisi vellet, quod absit, in sui nominis gloria maculam ponere presumat quomolibet se transferre. Et ecce quod nos carissimo in Christo filio nostro Jacobo, regi Majoricarum illustri, et dilecto filio Philippo de Majoricis, thesaurario ecclesie beati Martini Turonensis, regis ipsius patruo et tutori scribimus ut, si ad Provinciam ipsam accesseris, tibi de comitiva oportuna prout tuam decet magnificentiam providere ac de tuis juribus taliter ordinare procurent quod possint erga te de prompta benivolentia merito commendari, quodque te habeant interim, sicut et ipsos habere supponimus, propicius commendatam. Datum Avinione II idus maii, anno decimo ».

2825 Avignon, 14 mai 1326.

Philippo de Majoricis, de eodem. (Reg. 113, fol. 240 v°, c. 1417).

« *Eidem* [*Philippo de Majoricis, thesaurario ecclesie Beati Martini Turonensis*]. Ecce quod carissime in Christo filie nostre Marie, regine Majoricarum illustri, scribimus juxta formam quam cedula continet presentibus interclusa, discretionem tuam rogantes et hortantes attentius quatinus ea que posterior litterarum ipsarum clausula continet, sic operosis affectibus perficere studeas et complere quod tue circumspectionis providentia perinde debeat commendari. Datum ut supra [Avinione, II idus maii, anno decimo] ».

2826 Avignon, 14 mai 1326.

Jacobo, regi Majoricarum, ut praedictae reginae, si ad partes Provinciae se transferat, de honesta comitiva prováideat. (Reg. 113, fol. 241, c. 1419).

« *Jacobo, regi Majoricarum.* Cum nos carissime — Datum ut supra ».

2827 Avignon, 14 mai 1326.

Guigoni, dalphino Viennensi, ut de missione Agouti de Baucio quam Henricus Dalfini, patruus suus, gratam habet, cum eodem patruo deliberet eamque acceptet. (Reg. 113, fol. 367 v°, c. 2159).

« *Guigoni, dalfino Viennensi.* Miramur admodum fili — Datum Avinione, II idus maii, anno decimo ».

2828 Avignon, 14 mai 1326.

Henrico Dalfini, de eodem scribit eumque hortatur ut praefati Guigonis intentionem notificet. (Reg. 113, fol. 368, c. 2160).

«*Henrico Dalfini, domino Montisalbani et Medullionis.* Nobilitatis tue litteris — Datum ut supra proxime ».

2829 Avignon, 15 mai 1326.

Petro Genesta, diacono, concedit ut ratione archipresbyteratus sui Sancti Affricani, Vabrensis diocesis, et parrochialis ecclesie de Rochatalhada, ad sacerdotium se facere promoveri usque ad triennium non teneatur nec in eisdem archipresbyteratu et ecclesia residere. (Reg. 113, fol. 296, c. 1728).

« *Dilecto filio Petro Genesta, archipresbytere Sancti Affricani Vabrensis diocesis, cui parrochialis ecclesia de Rochatalhada Ruthenensis diocesis est annexa, familiari nostro.* Dudum grata tue — Datum Avinione, idibus maii, anno decimo ».

2830 Avignon, 15 mai 1326.

« In e. m. pro Raymundo de Monte Acuto, rectore parrochialis ecclesiae de Portello, Tholosanae diocesis, familiari nostro. Datum ut supra proxime ». (Reg. 113, fol. 296 v°, p. c. 1728).

2831 Avignon, 18 mai 1326.

Carolo, regi Franciae, de capitanei missione. (Reg. 113, fol. 208 v°, c. 1202).

« *Carolo, regi Francie.* De litteris regiis super licentia recipiendi de regno tuo, fili carissime, capitaneum et certam gentem armigeram nobis missis, regie celsitudini gratiarum referimus uberes actiones; verumtamen, propter exceptionis adjectam in primis litteris clausulam ante receptionem aliarum sine exceptione missarum postmodum duxeramus de alio capitaneo providendum. Datum Avinione, XV kal. junii, anno decimo ».

2832 Avignon, 19 mai 1326.

Alienordi de Monteforti nuntiat se, ut ipsa petierat, Arnaldum de Sancto Michaele, ordinis Praedicatorum, de poenitentiarii officio providisse eamque de diligentia in concordia inter Petrum Raymundi et Guidonem de Convenis, nepotes suos, reformanda adhibita, commendat. (Reg. 113, fol. 208 v°, c. 1203).

« *Alienordi de Monteforti, comitisse Vindocinensi.* Facultate se nobis — Datum ut supra ».

2833 Avignon, 21 mai 1326.

Petro, episcopo Atrebatensi ut gubernationem ecclesiae Carnotensis sibi commissae suscipiat. (Reg. 113, fol. 303 v°, c. 1762).

« *Venerabili fratri Petro, episcopo Carnotensi.* Pridem ecclesia Carnotensi — Datum Avinione, XII kal. junii, anno decimo ».

2834 Avignon, 21 mai 1326.

Johanni electo, ut gubernationem ecclesiae Atrebatensis sibi post translationem Petri episcopi ad ecclesiam Carnotensem commissam suscipiat. (Reg. 113, fol. 304, c. 1764).

« *Dilecto filio Johanni electo Atrebatensi.* Atrabatensi ecclesia pro — Datum Avinione, XII kal. junii, anno decimo ».

2835 Avignon, 26 mai 1326.

Eduardum, comitem Sabaudiae, ad pacem cum Guigone, dalfino Viennensi, hortatur eique Bertrandum, priorem Sancti Saturnini de Portu propter hoc mandat. (Reg. 113, fol. 368, c. 2161).

« *Eduardo, comiti Sabaudie.* Dum commoda pacis — Datum Avinione, VII kal. junii, anno decimo ».

2836 Avignon, 26 mai 1326.

Aymoni de Sabaudia, ut eumdem Eduardum germanum suum ad praefatam pacem inducat. (Reg. 113, fol. 368 v°, c. 2162).

« *Aymoni de Sabaudia.* Dum commoda pacis — Datum ut supra ».

2837 Avignon, 26 mai 1326.

In e. m. Ludovico de Sabaudia, domino Baudi, pro dicto Eduardo, consanguineo suo. (Reg. 113, fol. 368 v°, p. c. 2162).

2838 Avignon, 26 mai 1326.

Dalfino Viennensi super eodem in eodem modo ac sub praecedenti (1). (Reg. 113, fol. 368, p. c. 2162).

2839 Avignon, 26 mai 1326.

Item Henrico Dalfini pro nepote suo. (Reg. 113, fol. 368, p. c. 2162).

2840 Avignon, 26 mai 1326.

Petro, archiepiscopo Lugdunensi, ut Eduardum, comitem Sabaudiae, nepotem suum, ad pacem cum Guigone, dalphino Viennensi, habendam inducat et B. de Capella, priori Sancti Saturnini de Portu, nuntio apostolico, assistat. (Reg. 113, fol. 368 v°, c. 2163).

« *Petro, archiepiscopo Lugdunensi.* Cum nos pacis reformationem inter dilectos filios nobiles viros

(1) N° 2835.

Eduardum, comitem Sabaudie, nepotem tuum, et Guigonem dalfinum Viennensem pro qua, ut tua novit fraternitas, alias laboravimus sedule ut obvietur periculis imminentibus desiderabiliter affectantes, dilectum filium B. de Capella, priorem Sancti Saturnini de Portu, capellanum nostrum, ad eorundem comitis et dalfini, et aliorum de quibus expedire vidimus, presentiam destinemus, fraternitatem tuam attente requirimus et hortamur quatinus bona innenarrabilia ex pace et concordia et pericula varia ex guerris et dissensionibus ipsorum probabiliter proventura in examine recte considerationis adducens, prefatum comitem ad viam pacis inducere viis et modis expedientibus non postponas, eundemque priorem dirigas super hoc et taliter eidem assistas consiliis, auxiliis et favoribus oportunis quod nos tuam debeamus prudentiam propter hoc merito commendare. Datum ut supra ».

2841 Avignon, 27 mai 1326.

Praefato Bertrando de Capella, ut dictos Eduardum et Guigonem ad treugas ineundas inducat. (Reg. 113, fol. 362 v°, c. 2134).

« *Dilecto filio Bertrando de Capella, priori Sancti Saturnini de Portu, Uticensis diocesis, capellano nostro, Apostolice Sedis nuntio.* Obviari periculis que guerrarum et commotionum dissidia inter dilectos filios nobiles viros Eduardum, comitem Sabaudie, ex una parte, ac Guigonem dalfinum Viennensem, ex altera, procurante pacis hoste inimico humani generis, suscitata probabiliter comminantur, ac illis extinctis et odiorum extirpatis fomitibus inter eos bonum pacis et concordie procurari paterne solicitudinis studiis cupientes, te, de cujus circumspectione provida plene confidimus, ad ipsorum nobilium presentiam cum litteris nostris aliis per quas, ostensis eisdem pacis commodis et dissensionum incommodis, eos ad pacis reformationem exhortamur attentius, providimus destinandum. Ut autem, congressibus bellicis cessantibus et aliis quibuscunque sublatis obstaculis et impedimentis summotis quibus tractatus pacis valeret impediri quomodolibet inter eos ad tractatum hujusmodi procedi possit liberius, pacis actoris gratia suffragante, volumus et tue discretioni mandamus quatinus, eosdem nobiles ut treugas, que pacis representent ymaginem, usque ad aliquem competentem terminum ineant, ex parte nostra moneas efficaciter juxta datam a Deo tibi prudentiam et inducas. Nos enim treugas ipsas, si eas partes predicte inire convenerint, auctoritate nostra firmandi et roborandi penis et sententiis spiritualibus, de quibus expedire cognoveris, et alia faciendi et expediendi que circa premissa fuerint quomodolibet opportuna, plenam et liberam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Datum Avinione, VI kal. junii, anno decimo ».

2842 Avignon, 27 mai 1326.

Ademario de Pictavia, ut ad curiam veniat. (Reg. 113, fol. 367 v°, c. 2158).

« *Ademario de Pictavia, familiari nostro.* Cum certis ex — Datum Avinione, VI kal. junii, anno decimo ».

2843 Avignon, 1er juin 1326.

Guillelmo de Granholis, quod fructus beneficiorum suorum in absentia usque ad triennium percipere possit, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis. (Reg. 113, fol. 297, c. 1731).

« *Dilecto filio Guillelmo de Granholis* (1), *canonico Bajocensi, familiari nostro.* Ex tue devotionis — Datum Avinione, kalendis junii, anno decimo ».

2844 Avignon, 1er juin 1326.

Judicibus, ut eidem Guillelmo praedictos fructus ministrari faciant. (Reg. 113, fol. 297 v°, p. c. 1731).

« *Judicibus.* Quocirca mandamus quatinus — Datum ut supra ».

2845 Avignon, 11 juin 1326.

Littera de securo conductu usque ad unum mensem valitura pro Arnaldo de Rosillione, milite, qui ad partes Italiae cum certa gente armigera se transfert. (Reg. 113, fol. 304 v°, c. 1769).

---

(1) Index : *Gregnolis.*

« *Venerabilibus fratribus* etc. [*archiepiscopis et episcopis...*] ut in proxima (1), usque pervenerat. Cum dilectus filius nobilis vir Arnaldus de Rosilhone, miles, exhibitor presentium, ad partes Italie cum certa gente armigera in subsidium fidelium proficiscatur ad presens, universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attente quatinus prefatum nobilem dum per terras, loca et districtus vestros cum gente predicta transierint ad partes eundo predictas, benigne recommendatum habentes, nullam sibi ac dicte genti suisque familiis in personis vel rebus suis molestationem nec impedimentum aliquod inferatis nec ab aliis, quantum in vobis fuerit, permittatis inferri, sed eis potius de securo conductu si egeant et illum a vobis petierint, sic pro nostra et Apostolice Sedis reverentia prompte et etiam (ut in proxima usque commendare), presentibus post unum mensem minime valituris. Datum Avinione, III idus junii, anno decimo ».

2846 Avignon, 17 juin 1326.

Episcopo Venetensi, ut fructus et proventus prioratus Sancti Guiduali, ordinis sancti Benedicti, suae diocesis, post mortem Raymundi, episcopi Ostiensis, vacantis, dispositioni Apostolicae reservatos, recipiat eosque ad Cameram mittat. (Reg. 113, fol. 298, c. 1735).

« *Venerabili fratri.. episcopo Venetensi.* Cum dispositionem fructuum — Datum Avinione, XV kal. julii, anno decimo ».

2847 Avignon, 17 juin 1326.

In e. m. episcopo Xanctonensi pro proventibus prioratus Sancti Thomae de Casnaco, ordinis sancti Benedicti, Xanctonensis diocesis, similiter vacantis, reservatis. (Reg. 113, fol. 298 v°, p. c. 1735).

2848 Avignon, 17 juin 1326.

In e. m. episcopo Vabrensi, pro proventibus ecclesiae de Briolis, vacantis per obitum Petri, tituli Sancti Stephani in Coeliomonte presbyteri cardinalis, Ecclesiae Romanae vicecancellarii. (Reg. 113, fol. 298 v°, p. c. 1735).

(1) Cap. 1768 : *Littera de securo conductu pro Guillelmo Cassia de Novarra.*

2849 Avignon, 18 juin 1326.

Senescallo Tolosae, ut perturbationibus quae in Vasconia oriuntur obviare studeat pro pace inter regem Angliae et regem Franciae procuranda. (Reg. 113, fol. 208 v°, c. 1204).

« *Senescallo Tholosano.* Displicenter nimis audivimus statum partium Vasconie pacificum perturbari ; desiderantes itaque tam pernitioso principio salubriter obviari, presertim cum pro pace inter carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et E., Anglie reges illustres, stabiliter procuranda, nostros solennes nuntios ad ipsorum regum presentiam duxerimus destinandos, nobilitatem tuam requirimus attentius et rogamus quatinus guerre dispendia considerans diligenter, ut eisdem obvietur salubriter laborare viliganti studio non postponas ; et quia ad hoc via congrua videretur ut attemptata hinc inde ad statum, prout esset possibile, revocarentur pristinum et a similibus curaretur in posterum abstinere circa hec vel alia que oportuna premissis videris, sedulam studeas opem dare. Datum XIIII kalendas julii, anno decimo ».

2850 Avignon, 18 juin 1326.

Senescallum Agennensem rogat ut cum gentibus regis Angliae in Vasconia existentibus colloquium habeat et tractatum per quos finis guerrae principio imponatur, eumdem senescallum de apostolicorum nuntiorum missione certiorem faciens. (Reg. 113, fol. 212 v°, c. 1240).

« *Senescallo Agennensi pro rege Francie.* Dum commoda pacis attendimus et guerrarum dispendia cogitamus, desideranter appetimus illam precipue inter catholicos vigere principes et hanc (1) a Christicolarum finibus exulare. Sane quia, sicut habet infausti rumoris assertio, nesciamus quo casu quave temeritate status partium Vasconie rapinis, invasionibus variis ac incendiis cepit periculose nimium, et ut tenemus indubie preter conscientiam carissimorum in Christo filiorum nostrorum.. Francie et.. Anglie regum illustrium, perturbari, nos tantis desiderantes periculis obviare, nobilitatem tuam requirimus et rogamus quatinus, premissa considerans diligenter, cum gentibus regis predicti Anglie in partibus illis existentibus colloquium habeas et trac-

(1) *Sic.* Corr : *has* ?

tatum per quos finis tam pernitiose guerre principio imponatur, ordinando quod attemptata hinc inde illorum que extant videlicet ad statum reducantur pristinum, et talia imposterum conquiescant, presertim cum speciales nostros nuntios ad premissorum regum presentiam duxerimus pro supputanda qualibet dissentionis materia destinandos, qui, jamdiu est, dicuntur in Angliam transivisse. Datum Avinione, XIIII kalendas julii, anno decimo ».

2851 Avignon, 18 juin 1326.

In e. m. senescallo Vasconie pro rege Angliae. (Reg. 113, fol. 213, p. c. 1240).

2852 Avignon, 19 juin 1326.

Guigoni, dalfino Viennensi, et Henrico Dalfini, qui consiliis Bertrandi de Capella, prioris Sancti Saturnini, Uticensis diocesis, nuntii apostolici, pro pace cum E., comite Sabaudiae, habenda acquieverant, gratias agit eosque ad perseverandum hortatur. (Reg. 113, fol. 368 v°, c. 2164).

« *Guidoni* (1), *dalfino Viennensi, et Henrico Dalfini, domino Montis Albani.* Grata litterarum lectione vestrarum ac dilecti filii Bertrandi de Capella, prioris Sancti Saturnini, Uticensis diocesis, capellani nostri, Sedis Apostolice nuntii, insinuatione percepimus quod vos nuntium ipsum quem pro tractatu pacis inter vos et dilectum filium nobilem virum E., comitem Sabaudie, dissidentes invicem, cum litteris nostris ad vos destinavimus, favorabiliter admittentes ac nostris exhortationibus et ejusdem nuntii persuasionibus salubribus acquiescentes prudenter, treugarum prorogationi nec non ad eligendum aliquos probos viros super tractatu pacis predicte et ostagiamentis captorum, sicut secure fieri poterit et commode vestros animos inclinastis, super quibus devotionis vestre promptitudinem et providentiam circumspectam plurimum in Domino commendamus, nobilitatem vestram rogantes attentius et hortantes quatinus in hujusmodi laudabili proposito constanter et solide persistentes, ac illud exhibitione fructuosi operis prosequentes, super ostagiamentis predictis vos velitis, quantum commode poteritis, reddere propicios, ut et benignos (*sic*) citius fructus pacis desiderati proveniant. Datum Avinione, XIII kal. julii, anno decimo ».

(1) *Sic.* Corr. *Guigoni.*

2853 Avignon, 19 juin 1326.

Eumdem nuntium de studio suo commendat litterarumque apostolicarum Oddoni, duci Burgundiae, et E., comiti Sabaudiae directarum tenorem in cedula interclusa mittit. (Reg. 113, fol. 368 v°, c. 2165).

« *Eidem nuntio* [*Bertrando de Capella*]. Tam tuas quam dilectorum filiorum nobilium virorum Guigonis, dalfini Viennensis, et Henrici Dalfini, domini Montis Albani, litteras recepimus leta manu et que continebantur in eis intelleximus diligenter, solicitudinis tue studium quod adhibere circa commissa tibi curasti, sicut ex litterarum ipsarum serie collegimus, plurimum in Domino commendantes. Et ecce quod dilectis filiis nobilibus viris Oddoni, duci Burgundie, et E., comiti Sabaudie, sicut petiisti, scribimus juxta formam quam cedula continet presentibus interclusa, discretionem tuam attentius exhortantes quatinus circa prosecutionem incepti negotii tua diligentia non tepescat, ut exinde preter mercedis celestis premium nostram et Apostolice Sedis gratiam uberius merearis. Datum ut supra ».

2854 [Avignon, 19 juin 1326].

Eduardo, comiti Sabaudiae ut treugas cum Guigone, dalphino Viennensi usque ad quindenam instantis festi Nativitatis beati Johannis Baptistae initas, usque ad instans festum beati Andreae vel prolixiorem terminum si expediens fuerit, prorogare velit. (Reg. 113, fol. 369, c. 2166).

« *Eduardo, comiti Sabaudie.* Obviari periculis que — et intendi » (1).

2855 Avignon, 19 juin 1326.

Odoni, duci Burgundiae ut praefatum E., comitem Sabaudiae, ad pacem cum Guigone, dalphino Viennensi, et Henrico Dalphini perficiendam inducat. (Reg. 113, fol. 369, c. 2167).

(1) Lettre non datée, mais annoncée par la lettre précédente, n° 2853.

« *Oddoni, duci Burgundie.* Ut inter dilectos filios nobiles viros E., comitem Sabaudie, et Guigonem, dalfinum Viennensem, extinctis zizaniorum pestiferis seminibus, pacis jacerentur semina votivos fructus et uberes productura desiderabiliter affectantes, pridem nobiles ipsos per diversas nostras litteras duximus exhortandos ut aliquos viros ydoneos, pacis ejusdem fervidos zelatores, pro illius tractatu assumerent, treugas usque ad aliquem terminum competentem, quibus durantibus et congressibus bellicis cessantibus, eidem intendi posset commodius tractatui nichilominus ineundo. Et cum vox viva magis in cordibus audientium imprimatur quam mortua, dilectum filium B. de Capella, priorem Sancti Saturnini, Uticensis diocesis, capellanum nostrum, Apostolice Sedis nuntium, ad eorundem nobilium presentiam providimus propter hoc specialiter destinandum. Sane fili, quia pacis attentis inenarrabilibus commodis et dissentionis periculosis dispendiis cogitatis, via pacis tam eisdem nobilibus quam ipsorum amicis et subditis existere noscitur, ut tua non ignorat prudentia, plurimum oportuna, nobilitatem tuam rogamus attentius et hortamur quatinus eundem comitem, ut treugis ineundis, seu jam initis prorogandis prompte consentiat, ac nostris exhortationibus dictique nuntii persuasionibus salubribus super hiis acquiescat efficaciter inducere non postponas, ut durantibus treugis ipsis, predicto tractatui ac ostagiamentis dilecti filii nobilis viri Roberti, germani tui, et aliorum captorum vacari possit liberius et intendi, super quibus tractandis et perficiendis sicut alias extiterat inchoatum dictus Dalfinus et dilectus filius nobilis vir Henricus Dalfini, dominus Montis Albani consentire libenter secundum ordinationem nostram, nobis per suas litteras rescripserunt. Datum Avinione, XIII kalendas julii, anno decimo ».

2856 Avignon, 27 juin 1326.

Regi Franciae quod quaedam litterae, ut petierat, triplicatae Alphonso de Hispania assignatae fuerunt. (Reg. 113, fol. 208 v°, p. c. 1205).

« *Regi Francie.* Litteras illas quas pridem regalis excellentia duplicari et assignari postmodum dilecto filio nobili viro Alfonso de Ispania postularat, eidem nobili triplicatas etiam ut abundantius regio desiderio satisfieret, fecimus assignari. Datum Avinione, V kalendas julii, anno decimo ».

2857 Avignon, 30 juin 1326.

Senescallo Tolosano, ut de quibusdam attemptatis rescribat et cum gallico et anglico senescallis ad repressionem cujusdam commotionis intendat. (Reg. 113, fol. 209, c. 1206),

« *Senescallo Tholosano.* Receptis nobilitatis tue litteris benivolentia consueta super insinuatione illorum que continebantur in eis tue solicitudinis studium plurimum in Domino comendamus. Sane tenore illarum diligenter attento, miramur admodum, causam commotionis illarum gentium ignorantes et presertim in inclusa litteris ipsis cedula que non sine stupore audivimus, nequaquam sufficimus admirari, nec in cor nostrum potest ascendere quampiam vesaniam tam detestabilem attemptasse. Quocirca nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus diligenter super hiis te informans, quicquid in hac parte repereris, nobis quamtotius cum occurrentibus ceteris rescribere non postponas. Ceterum nuper tua insinuatione periculis commotionis hujusmodi intellectis, illisque occurrere cupientes, tibi ac per ducatum.. gallico et.. anglico senescallis litteras nostras per nuntium specialem direximus quas illuc pervenisse supponimus, ut ad repressionem commotionis ipsius vigilanter intendere curaretis; super quo tuam adhuc providentiam ex[c]itamus. Datum Avinione, II kalendas julii, anno decimo ».

2858 Avignon, 30 juin 1326.

Gastoni, comiti Fuxi, ut ipsum excusatum habere velit, quia nec ejus nec regis Franciae litteris respondere potuit. (Reg. 113, fol. 213, c. 1241).

« *Gastoni, comiti Fuxi.* Tam carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris quam tue nobilitatis recepimus litteras nobis per dilectum filium nobilem virum Sycardum de Lordato, militem, presentatas et contenta in eis intelleximus diligenter. Sane quia super eis adhuc plene, aliis arduis occupati negotiis, deliberare nequivimus ut vellemus, quod tamen oportunitate captata facere, tibique quod decens et honestum in hac parte viderimus respondere intendimus, habeat nos tua predicta nobilitas excusatos. Datum Avinione, II kalendas julii, anno decimo ».

2859 Avignon, 1er juillet 1326.

Guillelmo, archiepiscopo Bituricensi, ut de quibusdam fratribus Minoribus villae Exulduni, Bituricensis diocesis, qui in pontificalibus celebrarunt, veritatem inquirat et culpabiles ad Apostolicam Sedem mittat. (Reg. 113, fol. 191 vo, c. 1087).

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Bituricensi.* Ex officii debito — Datum Avinione, kalendis julii, anno decimo ».

2860 Avignon, 1er juillet 1326.

Regi Franciae ut fratrem et nepotes ipsius a personali servicio guerrae Vasconiae si forte procederet excusare velit. (Reg. 113, fol. 209, c. 1207).

« *Regi Francie.* Quantum nobis dilectorum filiorum nobilium virorum.. germani et nepotum nostrorum tuorumque devotorum et fidelium sit assistentia necessaria, et eorum presentia, qua carere commode non possumus, nostris obsequiis oportuna, regalem excellentiam indubie supponimus non latere. Quocirca celsitudinem regiam affectione qua possumus deprecamur quatinus ipsos et eorum quemlibet a personali servicio guerre Vasconie, si forte, quod absit, procederet, habere velit regia sublimitas nostre considerationis obtentu favorabiliter excusatos. Datum Avinione, kalendis julii, anno decimo ».

2861 Avignon, 1er juillet 1326.

Johanni Cerchemont ut pro eisdem apud dictum regem partes suas interponat. (Reg. 113, fol. 209, c. 1208).

« *Johanni Cerchemont, regis Francie cancellario.* Ecce, fili, quod — Datum ut supra ».

2862 Avignon, 1er juillet 1326.

Regi Franciae ea quae Polia, nata Ademari de Pictavia, relicta Raynaldi, comitis de Dompno Martino, ratione dotis suae et quorumdam aliorum negotiorum, in regali curia expedire habet, commendat. (Reg. 113, fol. 209, c. 1209).

« *Regi Francie.* Quia regiam decet — Datum Avinione, kalendis julii, anno decimo ».

2863 Avignon, 1er juillet 1326.

Guillelmo archiepiscopo Auxitano, eadem commendat. (Reg. 113, fol. 209, c. 1210).

« *Guillelmo, archiepiscopo Auxitano.* Cum dilecta in — Datum ut supra ».

2864 Avignon, 1er juillet 1326.

In e. m. Johanni Cerchamont, dicti regis [Franciae] cancellario. (Reg. 113, fol. 209, p. c. 1210).

2865 Avignon, 1er juillet 1326.

Gasberto de Montelauduno, Lemovicensis diocesis, quod possit laudare omnes venditiones factas et faciendas usque ad beneplacitum ipsius papae in castro Sancti Laurentii de Arboribus et locis Sancti Genesii de Liriaci (1), Avinionensis diocesis, ad ecclesiam Avinionensem spectantibus. (Reg. 113, fol. 363, c. 2135 ; — Reg. 80, cur., fol. 9 vo, c. 48 ; — Reg. Avin., t. XXV).

« *Dilecto filio Gasberto de Montelauduno, archipresbytero de Lamaensa* (2), *Lemovicensis diocesis, salutem* (3). Gerentes de tue — Datum Avinione, kalendis julii, anno decimo ».

2866 Avignon, 1er juillet 1326.

Bernardo de Podio, rectori ecclesiae de Relhana, Aquensis diocesis, quod possit laudare omnes venditiones factas et faciendas usque ad beneplacitum ipsius papae in castris Novarum et Sancti Remigii ad ecclesiam Avinionensem spectantibus. (Reg. 113 fol. 363, c. 2135 (4) ; — Reg. 80, cur., fol. 9 vo, c. 47 ; — Reg. Avin., t. XXV, fol. 695 vo, c. 42.

---

(1) *Lirati*, dans l'index du reg. 80 et dans Avin. XXV.

(2) Reg. 80 : *Lavidensa.*

(3) *salutem*, dans Reg. 80 seul.

(4) Dans reg. 113, lettre simplement analysée.

« *Dilecto filio Bernardo de Podio, rectori ecclesie de Relhana, Aquensis diocesis, salutem.* Gerentes de tue — Datum Avinione, kalendis julii, anno decimo ».

2867 Avignon, 1er juillet 1326.

Petro, archiepiscopo Lugdunensi, de laudabili suo proposito pacem inter E. comitem Sabaudiae, nepotem suum, et Guigonen, dalfinum Viennensem, reformandi, necnon de prompto obsequio quod etiam in persona propria exequendum pro repressione hereticorum Italiae obtulit, gratias agit. (Reg. 113, fol. 369 v°, c. 2168).

« *Petro, archiepiscopo Lugdunensi.* Grata fraternitatis tue litterarum lectione percepto te ferventer affici ad pacem et concordiam inter dilectos filios nobiles viros E., comitem Sabaudie, nepotem tuum, et Guigonem, dalfinum Viennensem, dissidentes invicem reformandam, inde tue laudabilis intentionis propositum multipliciter in Domino commendantes, eandem fraternitatem tuam attentius exhortamur quatinus illud operis exhibitione prout tibi possibile fuerit et Deus pacis tibi ministraverit, attesteris. Ceterum cum ex relatione dilecti filii B. de Capella, prioris Sancti Saturnini, Uticensis diocesis, capellani nostri, accepimus nobis et Ecclesie Romane pro repressione hereticorum et infidelium in partibus Italie tuum promptum obsequium liberaliter etiam exequendum in persona propria obtulisse, inde tibi gratiarum actiones uberes referentes, exhortationibus nostris adicimus ut in fervore concepte devotionis hujusmodi persistere non postponas, sciturus, frater, quod nisi obstarent ea que tue considerationi super hiis occurrerant, prout idem prior nobis retulit viva voce, nos recepissemus presentialiter oblationem predictam, sincere tue devotionis affectum pro effectu super hiis nichilominus admittentes. Datum Avinione, kalendis julii, anno decimo ».

2868 Avignon, 6 juillet 1326.

Ademaro, episcopo Massiliensi, concedit ut loca ecclesiastica suae diocesis per alium usque ad unum annum visitare possit. (Reg. 113, fol. 297 v°, c. 1733).

« *Venerabili fratri Ademario, episcopo Massiliensi, thesaurario nostro.* Merita tue devotionis — Datum Avinione, II nonas julii, anno decimo ».

2869 Avignon, 6 juillet 1326.

Judicibus ut praedictam concessionem exequi faciant. (Reg. 113, fol. 297 v°, p. c. 1733).

« *Judicibus.* Merita et cetera — Datum ut supra ».

2870 Avignon, 6 juillet 1326.

Gasberto, archiepiscopo Arelatensi, concedit ut loca ecclesiastica provinciae suae per alium usque ad annum visitare possit. (Reg. 113, fol. 297 v°, c. 1732).

« *Venerabili fratri Gasberto, archiepiscopo Arelatensi, camerario nostre.* Meritis tue devotionis — Datum Avinione, II nonas julii, anno decimo ».

2871 Avignon, 6 juillet 1326.

Judicibus ut praedictam concessionem exequi faciant. (Reg. 113, fol. 297 v°, p. c. 1732).

« *Judicibus.* Meritis etc.. — Datum ut supra ».

2872 Avignon, 6 juillet 1326.

In e. m. Jacobo, archiepiscopo Aquensi. (Reg. 113, fol. 297 v°, p. c. 1732).

2873 Avignon, 6 juillet 1326.

In e. m. Bertrando, archiepiscopo Ebredunensi. (Reg. 113, fol. 297 v°, p. c. 1732).

2874 Avignon, 6 juillet 1326.

In e. m. Johanni, archiepiscopo Tolosano. (Reg. 113, fol. 297 v°, p. c. 1732).

2875 Avignon, 10 juillet 1326.

Petro Raymundi et Guidoni de Convenis terminum solutionis decem millium librarum turonensium parvorum

in quibus quondam Petro, episcopo Carcassonensi, ex causa mutui tenebantur, a festo beatae Mariae Magdalenae proximo venturo usque ad instans festum Resurrectionis Dominicae prorogat. (Reg. 113, fol. 191 v°, c. 1088).

« *Dilectis filiis nobilibus viris Petro Raymundi et Guidonis* (*sic*) *de Convenis, fratribus.* Vestra dudum coram — Datum Avinione, VI idus julii, anno decimo ».

2876 Avignon, 12 juillet 1326.

Guillelmo archiepiscopo Viennensi, et Hugoni, episcopo Aurasicensi, nuntiis apostolicis, de eorum reditu. (Reg. 113, fol. 209, c. 1211).

« *Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni, episcopo Aurasicensi, Apostolice Sedis nuntiis.* Eramus prostolantes (*sic*) vestrum adventum dum carissime in Christo filie nostre Isabellis, regine Anglie illustris, tueque, frater Aurasicensis episcope, nobis V idus julii fuerunt littere presentate. Profecto vester adventus satis nobis erat implacidus quia hoste pacis procurante, vester accessus non fuerat fructuosus, sed nichilominus erat gratus, attento quod per verbalem relationem eorum que videratis et audieratis vestre legationis negotium tangentia sperabamus aliquid per quod possemus malis obviare que comminatur talis dissensio, vel saltem illa aliqualiter temperare, adhuc nobis occurrebat acceptus quia venerabilium fratrum et dilectorum filiorum nostrorum videbamus cessare ad tempus saltem onera que ipsis inferebat multipliciter mora vestra. Providete igitur super hiis ne bonum quod sequi gravamenque cessare ex vestro possent reditu impediat mora vestra, nisi aliud offeratur vel via vobis pandatur alia per quod sperare possitis quod mora vestra vestrique circa illam diligentia esse valeat fructuosa. Datum Avinione, IIII idus julii, anno decimo ».

2877 Avignon, 15 juillet 1326.

Gasberto, archiepiscopo Arelatensi, concedit ut visitator ab eo deputato duas vel plures ecclesias una die visitare possit. (Reg. 113, fol. 298, c. 1734).

« *Venerabili fratri Gasberto, archiepiscopo Arelatensi, camerario nostro.* Pridem tuis supplicationibus — Datum Avinione, idibus julii, anno decimo ».

2878 Avignon, 15 juillet 1326.

In e. m. Johanni, archiepisco Tolosano. (Reg. 113, fol. 298, p. c. 1734).

2879 Avignon, 15 juillet 1326.

In e. m. Ademario, episcopo Massiliensi. (Reg. 113, fol. 298, p. c. 1734).

2880 Avignon, 15 juillet 1326.

In e. m. Jacobo, archiepiscopo Aquensi. (Reg. 113, fol. 298, p. c. 1734).

2881 Avignon, 15 juillet 1326.

In e. m. Bartholomeo, episcopo Forojuliensi. (Reg. 113, fol. 298, p. c. 1734).

2882 Avignon, 15 juillet 1326.

In e. m. B[ertrando], archiepiscopo Ebredunensi. Datum ut supra. (Reg. 113, fol. 298, p. c. 1734).

2883 Avignon, 15 juillet 1326.

Odonem, ducem Burgundiae, hortatur ut ad pacem cum Guigone, dalphino Viennensi, habendam congressus bellicos saltem usque ad instans festum Omnium Sanctorum suspendi faciat, fidemque B. de Capella priori Sancti Saturnini, Uticensis diocesis, adhibere studeat. (Reg. 113, fol. 369 v°, c. 2169).

« *Oddoni, duci Burgundie.* Licet dudum ad precidendum discordiam quam malorum incentor inter dilectos filios nobiles viros E., comitem Sabaudie, ac Guigonem dalfinum Viennensem, suis periculosis insidiis suscitavit, tam per solennes nuntios

quam per litteras diligentiam adhibuerimus oportunam, nostrisque desideriis, hostis pacis obsistente malicia, nondum fuerit satisfactum, quia tamen prefata discordia multis est onusta periculis, magnis est plena dispendiis, multorum discrimina secum trahit, utilia Dei servicia impedit, animarum excitia, excidia corporum, vastitates rerum et alia horrenda que avertat Dominus, comminatur, cogit caritas, hortatur pietas ut propterea non desistamus a ceptis, sed illis solertius insistamus. Sane quia abstucia (*sic*) caritatis emuli te dicte discordie implicavit, nos qui te in gravioribus pacis probavimus amatorem, nostrisque salutaribus monitis aurem te velut obedientie et benedictionis filium prebuisse, tue benivolentie preces et exhortationes nostras confidenter duximus porrigendas, eandem toto cordis deprecantes affectu quatinus, cogitans et recogitans diligenter quam sit eventus belli dubius quamque temeritate sit plenum excellentes viros in bello personam exponere, quod non justum sed injustum potius est censendum, quanta quoque pericula dicta dissensio comminetur ac quanta tua et ipsorum concors unanimitas compendia repromittat, tuum velis ad pacem animum inclinare. Et quia in desideriis nostris geritur ut circa captos per partem Dalfini, et specialiter circa personam.. fratris tui taliter negotium ordinetur quod possis probabiliter contentari in quo deficere non speramus, magnitudinem tuam hortamur et rogamus attente quatinus opem et operam velis dare sedulam ut inter te comitem et Dalfinum predictos vestrosque valitores usque ad tempus aliquod, infra quod hoc possit perfici, congressus bellici, saltem usque ad festum instans Sanctorum Omnium suspendantur. Super hoc enim partibus ipsis hiis diebus exhortationes et preces porreximus per nostras litteras, et nuntium specialem. Et quia ad hoc pars comitis juxta nostrum desiderium non respondit, ad te recurrimus ut hoc a dicto comite debeas obtinere, presertim quia nos de fratrum nostrorum consilio pro hiis exequendis solennes viros elegimus et ad partes illas decrevimus destinandos, qui ad iter arripiendum et prosequendum celerius sunt accincti. Sciturus quod, si status tuus et negocia paterentur quod ad nostram posses presentiam te conferre, speramus in Domino quod tam de captis quam[de] principali negocio ordinaretur taliter quod ad Dei gloriam et honorem, quietem partium et valitorum ipsorum subditorum quoque ipsorum utilitatem cederet, et ad nostrum et tuum ingens deberet gaudium redundare. Et quoniam vox viva efficacius quam mortua imprimere consuevit, dilectum filium B. de Capella, priorem Sancti Saturnini, Uticensis diocesis, capellanum nostrum ad tuam super hoc magnitudinem providimus destinandum, cujus exhortationibus annuere ac fidem in hac parte relatibus studeas adhibere. Datum Avinione, idibus julii, anno decimo ».

2884 Avignon, 16 juillet 1326.

Guigonis, dalphini Viennensis, et Henrici Dalphini litteris a Nicolao Constantini de Alba praesentatis respondet. (Reg. 113, fol. 370, c. 2170).

« *Dilectis filiis nobilibus viris Guigoni, dalfino Viennensi, et Henrico Dalfini, domino Montisalbani.* Nobilitatis vestre litteras nobis per dilectum filium nobilem virum Nicolaum Constantini de Alba, militem, vestrum nuntium, presentatas benigne recepimus, et tam earum serie quam que dictus miles, sub commissa sibi per easdem litteras credentia, nobis explicare studuit, plenius intellectis, super eis sibi respondimus sicut ipse vobis plenius referre poterit viva voce. Datum Avinione, XVII kalendas augusti, anno decimo ».

2885 Avignon, 18 juillet 1326.

Guillelmo, dicto Bonasinas de Figiaco, ad instantiam regis Franciae, unam navim et unam galeam cum nuntiis ejusdem regis et quibusdam mercatoribus ac mercibus ad terras soldani Babiloniae ducendi facultatem concedit. (Reg. 113, fol. 192, c. 1089).

« *Dilecto filio Guillelmo dicto Bonasinas de Figiaco laico Caturcensis diocesis.* Carissimus in Christo filius noster Carolus, rex Francie et Navarre illustris, nobis cum instantia supplicavit ut, cum ipse pro certis negotiis fidei exaltationem catholice tangentibus, ad terras quas soldanus Babilonie in ultramarinis partibus detinet, certos habeat nuntios destinare, tibi de quo rex ipse fiduciam specialem gerere dicitur, ducendi unam navim et unam galeam que dictos nuntios ac certos mercatores et merses (*sic*) ad terras easdem deferant, licentiam concedere dignaremur. Nos autem hujusmodi supplica-

tioni dicti regis benignius inclinati, ducendi dictas navim et galeam ad partes ultramarinas et terras soldani prefatas cum dictis nuntiis ac mercatoribus et mercationibus illis que sunt specialiter per constitutiones Apostolice Sedis prohibite, non tamen cum armis, ferro, lignaminibus et aliis vetitis a jure communi, constitutionibus, prohibitionibus et processibus Apostolice Sedis spirituales et temporales penas, mulctas et sententias continentibus contra transferentes cum mersibus (*sic*) seu mercatoribus in Alexandriam et terram Soldani predicti editis factis et habitis nequaquam obstantibus, liberam tibi licentiam elargimur, proviso quod fraus circa premissa nullatenus committatur, quod si secus actum fuerit, ex nunc hujusmodi concessam licentiam nullius esse penitus decenirmus firmitatis. Ceterum volumus quod per diocesanum loci in quo navis et galea onerabuntur predicte a te vel aliis magistris et ministris earundem navis et galee, ne premissa fiant in fraudem, juramentum specialiter exigatur. Datum Avinione, XV kalendas augusti, anno decimo ».

2886 Avignon, 18 juillet 1326.

Officiali Caturcensi, ut fructus beneficiorum ecclesiasticorum Arnaldi de Vilario (1), operarii ecclesiae Caturcensis, carceribus mancipati, qui collecti non fuerunt, exigat et conservet. (Reg. 113, fol. 192, c. 1090).

« *Dilecto filio.. officiali Caturcensi.* Volentes dudum fructus — Datum Avinione ut supra proxime ».

2887 Avignon, 21 juillet 1326.

Arnaldo de Verdala et Johanni Regrasiedi, ut nonnulla quae de fructibus et redditibus diocesis Tholosanae post ejusdem diocesis divisionem dispositioni apostolicae reservatis colligenda supersunt, exigant. (Reg. 113, fol. 192 v°, c. 1091).

« *Dilectis filiis Arnaldo de Verdala, canonico Mirapiscensi, et Johanni Regrasiedi, rectori ecclesie de Mujulano, Magalonensis diocesis.* Dudum ad divini — Datum Avinione, XII kal. augusti, anno decimo ».

(1) Index : *Villaribus.*

2888 Avignon, 21 juillet 1326.

Archiepiscopo Tholosano et magistro Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani mandat ut ad treugas indicendas et concordiam habendam inter Eduardum, comitem Sabaudiae, et Guigonem, dalphinum Viennensem quibus nuntii mittuntur, studeant. (Reg. 113, fol. 363, c. 2136).

« *Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Tholosano, et dilecto filio Heliono de Villanova, magistro Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani.* Dum non absque — Datum Avinione, XII kalendas augusti, anno decimo ».

2889 Avignon, 21 juillet 1326.

Eidem archiepiscopo Tholosano quod inhibeat dictis comiti Sabaudiae et dalphino Viennensi eisque faventibus, sub excommunicatione, interdicto caeterisque penis formidabilibus ne ad processus bellicos ulterius procedant. (Reg. 113, fol. 363 v°, c. 2137).

« *Dicto archiepiscopo.* Quia sicut habet — Datum ut supra proxime ».

2890 Avignon, 22 juillet 1326.

Littera de securo conductu usque ad duos menses valitura pro Johanne, archiepiscopo Tolosano, et Heliono de Villanova, magistro Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, nuntiis apostolicis ad partes comitatus Sabaudiae et dalfinatus Viennensis pro earum statu pacifico procurando. (Reg. 113, fol. 305, c. 1772).

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis et aliis ecclesiarum prelatis et rectoribus ipsorumque vices gerentibus, capitulis quoque, conventibus ceterisque personis ecclesiasticis secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis Cisterciensis, Cluniacensis, Premostratensis, Grandimontensis, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum ac domorum Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, Sancte Marie Theutonicorum, Calatravensis et Humiliatorum magistris, prioribus et preceptoribus nec non nobilibus viris ducibus, principibus, marchionibus, comitibus, baronibus, senescallis, justiciariis, potestatibus, capitaneis, rectoribus, bajulis*

ceterisque domini[s] temporalibus, universitatibus quoque et communitatibus civitatum, castrorum, terrarum et aliorum quorumcumque locorum ac aliis universis et singulis ad quos presentes littere pervenerint. Cum nos venerabilem — Datum Avinione, XI kal. augusti, anno decimo. Duplicata ».

2891 Avignon, 22 juillet 1326.

Dalphinum Viennensem hortatur ut erga Odonem, ducem Burgundiae, se liberalem exhibeat, et nuntiorum apostolicorum persuasionibus acquiescendo, pacem cum comite Sabaudiae faciat. (Reg. 113, fol. 370, c. 2171).

« *Dalfino Viennensi.* Si quantum sit onusta dispendiis, quantumque sit plena periculis detentio dilecti filii nobilis viri Roberti de Burgundia germani magnifici viri Oddonis ducis Burgundie, attenderes diligenter, et quantorum tibi auxilia et subsidia subtrahat quantorumque tibi germinet odia considerares attente, profecto, fili, non pertinacem ad ejus ostagiamenta te redderes, sed potius te liberalem offerres. Ideoque nobilitatem tuam rogamus attente, sano tibi nichilominus consilio suadentes, quatinus, hoc cogitans et recogitans diligenter quatinus (1) ostagiamenta ac rationabilia et humana nobilium quos captos detines et precipue nobilis antedicti, te liberalem exhibeas et benignum, quod corda magnatum propterea contra te irritata demulceas et ad te valeas revocare, pacique inter te et dilectum filium magnificum virum E., comitem Sabaudie, auxiliante Domino, reformande, per hoc ex quo pacis ipsius reformatio pendere dicitur viam pandas. Et quia venerabilem fratrem nostrum Johannem, archiepiscopum Tholosanum, et dilectum filium Helionum de Villanova, magistrum Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani ad eas partes pro reformatione hujusmodi destinamus, exhortationibus nostris subjungimus ut eorum in hac parte velis relatibus fidem adhibere credulam ac persuasionibus monitisque salubribus tuum animum inclinare. Datum Avinione, XI kal. augusti, anno decimo ».

2892 Avignon, 22 juillet 1326.

In e. m. Henrico Dalphini, mutatis mutandis. (Reg. 113, fol. 370, p. c. 2171).

(1) *Corr* : quo ad ?

2893 Avignon, 22 juillet 1326.

Johannem, regem Bohemiae, deprecatur ut ad reformandam pacem inter praedictos comitem Sabaudiae ac dalphinum Viennensem et Henricum Dalphini studium adhibeat, fidemque nuntiorum apostolicorum relatibus adhibeat. (Reg. 113, fol. 370, c. 2172).

« *Johanni, regi Bohemie.* Dum commoda pacis attendimus et dissensionum discrimina cogitamus, intensis desideramus affectibus quod suscitata, incentore malorum omnium procurante, inter dilectos filios magnificos viros E., comitem Saubaudie, ac Guigonem, dalfinum Viennensem, et Henricum Dalfini, dominum Montisalbani, patruum suum, periculosa dissensio pacis et concordie remedio sopiretur. Et licet nos pro dissensione hujusmodi sopienda et reformanda concordia inter eos, mittendo sepius solennes nuntios nostros et litteras, diligentiam adhibere curaverimus sedulam, nec, obsistente pacis hostis malicia, satisfactum fuerit votis nostris, nos tamen, urgente caritate pietateque suadente, adhuc circa premissa ferventius, ut gravibus que dissensio ipsa comminatur probabiliter obvietur periculis, decrevimus insistendum ; ad quod celsitudinis regalis suffragium utile ac necessarium arbitrantes, serenitatem regiam attentius deprecamur quatinus ad reformandam pacem predictam velis regie solicitudinis studium adhibere, ut particeps merito fieri bonorum innumerabilium que ex pace hujusmodi, si eam, pacis actore donante, contingat subsequi, creduntur probabiliter proventura, illaque merearis assequi que ineuntibus pacis consilia Sapiens repromittit. Ceterum, cum venerabilem fratrem nostrum Johannem, archiepiscopum Tholosanum, et dilectum filium Helionum de Villanova magistrum Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, Apostolice Sedis nuncios, viros utique multa prudentia preditos et pacis ac concordie zelatores fervidos, de fratrum nostrum consilio, ad procurandum bonum pacis hujusmodi destinemus, precibus nostris adjungimus quatinus nuntiorum ipsorum in hac parte relatibus fidem velit regia serenitas adhibere credulam, et eorum suasionibus regium animum inclinare. Datum Avinione, XI kal. augusti, anno decimo ».

2894 Avignon, 22 juillet 1326.

In e. m. Ludovico, comiti Claromontensi. (Reg. 113, fol. 370 v°, p. c. 2172).

2895 Avignon, 22 juillet 1326.

In e. m. duci Brabanciae. (Reg. 113, fol. 370 v°, p. c. 2172).

2896 Avignon, 22 juillet 1326.

Petro, archiepiscopo Lugdunensi, ut eumdem comitem Sabaudiae nepotem suum, ad pacem inducat. (Reg. 113, fol. 370 v°, c. 2173).

« *Petro, archiepiscopo Lugdunensi.* Dum commoda pacis — Datum ut supra ».

2897 Avignon, 22 juillet 1326.

In e. m. Aymoni, fratri dicti comitis. (Reg. 113, fol. 370 v°, p. c. 2173).

2898 Avignon, 22 juillet 1326.

In e. m. Ludovico de Sabaudia, domino Waudi. (Reg. 113, fol. 370 v°, p. c. 2173).

2899 Avignon, 22 juillet 1326.

In e. m. comiti Barensi. (Reg. 113, fol. 370 v°, p. c. 2173).

2900 Avignon, 22 juillet 1326.

In e. m. Johanni, comiti Foresii, pro praedictis Guigone et Henrico. (Reg. 113, fol. 370 v°, p. c. 2173).

2901 Avignon, 22 juillet 1326.

In e. m. Ademario de Pictavia juniori. (Reg. 113, fol. 370 v°, p. c. 2173).

2902 Avignon, 22 juillet 1326.

Eduardo, comiti Sabaudiae ut ad dictam pacem procurandam praefatorum nuntiorum consiliis acquiescat. (Reg. 113, fol. 370 v°, c. 2174).

« *Eduardo, comiti Sabaudie.* Si fili, quod — Datum ut supra

2903 Avignon, 22 juillet 1326.

In e. m. dictis dalfino et Henrico. (Reg. 113, fol. 371, p. c. 2174).

2904 Avignon, 23 juillet 1326.

Archiepiscopo Narbonensi et ejus clero, cum Ecclesia in diversis Italiae partibus molestetur, scribit ut super subsidio ei liberaliter concedendo velint annuere graciose et Arnaldo de Verdala, canonico Mirapiscensis, et Johanni Regafredi, rectori de Mujulano, Magalonensis diocesis ecclesiarum, apostolicis nuntiis fidem adhibeant. (Reg. 113, fol. 194 v°, c. 1097).

« *Venerabili fratri.. archiepiscopo Narbonensi, et dilectis filiis universis abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, capitulis, collegiis, conventibus et aliis personis ecclesiasticis tam secularibus quam regularibus, exemptis et non exemptis, ordinum quoruncunque, necnon domorum Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, Beate Marie Theutonicorum et Calatravensis magistris, prioribus et preceptoribus in civitate et diocesi Narbonensi constitutis.* Si uni membro patienti compatiantur alia, profecto patienti capiti est a membris compatiendum fortius et eidem subsidium promptius ministrandum. Sane vestram credimus prudentiam non latere quam dure quamque immaniter ab hereticis et infidelibus plurimis sacrosancta Romana Ecclesia mater vestra, que aliarum ecclesiarum caput esse dinoscitur, in diversis Italie partibus molestetur; ideoque nos attentius cogitantes quod res vestra, dum sua tractatur, agitur, necessitates ipsius ad quas supportandas per se non sufficit, vobis fiducialiter providimus exponendas, sperantes indubie quod velut devoti et grati filii, eidem matri compassionis et pietatis aperietis viscera et ad tante superbie et infidelitatis cornua quanta prefati heretici et infideles contra ipsam erigunt conterenda, ipsi Ecclesie de oportuno subsidio maturabitis subvenire, presertim quia, sicut nostis, toto tempore nostro vitavimus in postulandis subsidiis, cum hoc primum esse credimus quod a vobis per nos postulatum extiterit, vos gravare. Quocirca universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attentius quatinus pre-

missis in scrutinio recte considerationis adductis, et insuper diligenter attento quod hereticorum et infidelium predictorum invalescente malicia, ubique in illis partibus pullulant hereses, divinus cultus minuitur, fides catholica premitur, libertates et jura ecclesiastica conculcantur, prelati quoque et alii clericali militia insigniti plerumque capiuntur, et ignominiose tractantur, spoliantur sacra et pia loca tam religiosa quam alia possessionibus et aliis bonis suis, et quamvis sint divino dicata cultui, ad usus tamen deputantur illicitos et prophanos, potestas ecclesiastice censure contempnitur, incenduntur et destruuntur urbes et castra cum ecclesiis que sunt ibi constructe, infringitur stratarum securitas, spoliantur viatores nec parcitur ordini, sexui vel etati, defenduntur heretici adeo quod in eis partibus inquisitores heretice pravitatis raro audent accedere ad loca de quibus esset expediens pro suo officio contra dictos hereticos exercendo, ad reprimendum tam presumptuosos ausus tamque periculosos hereticales excessus et supportandum gravium sarcinam onerum incumbentium ex premissis, vos et vestrum singuli sic prompte velitis manus extendere liberaliter adjutrices quod, auxiliante Domino, tanta reprimatur temeritas, fides in partibus illis quibus jam periclitari noscitur solidetur catholica et, hereticorum prostrata malicia, votiva suscipiat fidelium incrementa, vosque nostram et Apostolice Sedis gratiam vobis propter hoc uberius acquiratis. Super predictis autem dilectis filiis Arnaldo de Verdala, canonico Mirapiscensis et Johanni Regafredi, rectori de Mujulano Magalonensis diocesis ecclesiarum, Apostolice Sedis nuntiis, et eorum cuilibet in solidum, quos ad vos mittimus propter hoc, velitis intendere, ac fidem indubiam adhibere. Datum Avinione, X kal. augusti, anno decimo ».

2905 Avignon, 23 juillet 1326.

Eidem archiepiscopo Narbonensi, ut in concessione praedicti subsidii se liberalem exhibere velit, quo facilius alii suo exemplo inducantur. (Reg. 113, fol. 194 v°, c. 1098).

« *Venerabili fratri.. archiepiscopo Narbonensi.* Seviente crudeliter in — Datum ut supra ».

2906 Avignon, 23 juillet 1326.

« Item in e. m. per singulas litteras patentes et clausas
.. Carcassonensi,
.. Elnensi,
.. Biterrensi,
.. Electensi,
.. Agathensi,
.. Magalonensi,
.. Lodovensi,
.. Sancti Poncii,
.. Nemausensi et
.. Uticensi episcopis, excepto quod in duobus ultimis episcopatibus est deputatus nuntius Arnaudus de Narcesio, decanus ecclesie Sancti Stephani de Thescone Montis albani ». (Reg. 113, fol. 194 v°, p. c. 1098).

2907 Avignon, 23 juillet 1326.

Item in e. m. per singulas patentes et clausas litteras
.. archiepiscopo Tholosano et
.. Appamiensi,
.. Sancti Papuli,
.. Lomberiensi,
.. Vaurensi,
.. Rivensi,
.. Montisalbanensi et
.. Mirapiscensi episcopis, et sunt ibi deputati nuntii Guillelmus Renelli, decanus de Burlaco et Raymundus Moreli, canonicus ecclesie Beati Martini de Campellis in Bria, Castrensis et Parisiensis diocesum, excepto quod illis qui sunt in curia presentes non mittuntur littere clause. (Reg. 113, fol. 194 v°, p. c. 1098).

2908 Avignon, 23 juillet 1326.

Item in e. m.
.. archiepiscopo Auxitano et
.. Aquensi,
.. Lectorensi,
.. Convenarum,
.. Conseranensi,
.. Tarviensi,
.. Olorensi,
.. Vasatensi,
.. Bajonensi,
.. Lascurensi et
.. Adurensi episcopis, per singulas patentes et clausas litteras, exceptis illis qui sunt in curia, quibus non mittuntur littere clause. Nuntii sunt Ermengaudus, archidiaconus de Pardiaco in ecclesia Auxitana et Michael Boden, canonicus Vivariensis ». (Reg. 113, fol. 194 v°, p. c. 1098).

2909 Avignon, 23 juillet 1326.

« In e. m.
.. archiepiscopo Turonensi, nec non
.. Cenomanensi,
.. Andegavensi,
.. Dolensi,
.. Redonensi,
.. Nannetensi,
.. Corisopitensi,
.. Venetensi,
.. Macloviensi,
.. Briocensi,
.. Trecorensi et .. Leonensi episcopis, per singulas patentes et clausas litteras ; et sunt ibi nuntii Bernardus de Monte Valrano archidiaconus Translig[er]ensis in ecclesiaTuronensi, et Bernardus de Oluna, rector ecclesie de Vallibus, Agennensis diocesis ». (Reg. 113, fol. 194 v°, p. c. 1098).

2910 Avignon, 23 juillet 1326.

« Item in e. m.
.. archiepiscopo Rothomagensi et
.. Bajocensi,
.. Abrincensi,
.. Ebroicensi,
.. Sagiensi,
.. Lexoviensi et
.. Constantiensi episcopis, per singulas patentes et clausas litteras, et sunt ibi nuntii Petrus Arquerii, decanus Rothomagensis, et Petrus de Bisuncio, rector ecclesie de Yssio, Lingonensis diocesis ». (Reg. 113, fol. 195, p. c. 1098).

2911 Avignon, 23 juillet 1326.

« Item in e. m.
.. archiepiscopo Remensi et
.. Suessionensi,
.. Atrabatensi,
.. Noviomensi,
.. Belvacensi,
.. Cathaulanensi,
.. Ambianensi,
.. Silvanectensi et
.. Laudunensi episcopis, per singulas patentes et clausas litteras, et sunt ibi nuntii Geraldus de Asserio de Petrucia et Hugo de Veyraco de Grandiroca ecclesiarum, Ruthenensis et Caturcensis diocesum priores. Postea mutati fuerunt nuntii et fuerunt facti Raymundus de Olargio, prior de Vernha Ruthenensis, et Oloricus Saumate, canonicus Ruthenensis ». (Reg. 113, fol. 195, p. c. 1098).

2912 Avignon, 23 juillet 1326.

« Item in e. m.
.. archiepiscopo Senonensi et
.. Parisiensi,
.. Carnotensi,
.. Aurelianensi,
.. Nivernensi,
.. Autisiodorensi,
.. Trecensi et
.. Meldensi episcopis. Sunt ibi nuntii Geraldus de Bisturre, decanus ecclesie Andegavensis, et Petrus Papacii, clericus Albiensis diocesis ». (Reg. 113, fol. 195, p. c. 1098).

2913 Avignon, 23 juillet 1326.

« Item in e. m.
.. archiepiscopo Bituricensi et
.. Lemovicensi et
.. Tutellensi episcopis. Sunt ibi nuntii Petrus Danrocha, prepositus de Haento, et Hugo Rogerii, prior de Briva, Lemovicensis diocesis ». (Reg. 113, fol. 195, p. c. 1098).

2914 Avignon, 23 juillet 1326.

« Item .. Claromontensi,
.. Sancti Flori,
.. Mimatensi et
.. Aniciensi episcopis. Sunt ibi nuntii Guillelmus de Orto, abbas Claromontensis, et Guillelmus Rufi, canonicus Aniciensis ecclesiarum ». (Reg. 113, fol. 195, p. c. 1098).

2915 Avignon, 23 juillet 1326.

« Item .. Ruthenensi,
.. Vabrensi,
.. Caturcensi episcopis. Sunt ibi nuntii Galhardus Juliani, Caturcensis, et Bernardus Danrocha, Lemovicensis ecclesiarum canonici ». (Reg. 113, fol. 195, p. c. 1098).

2916 Avignon, 23 juillet 1326.

« Item .. Albiensi et .. Castrensi episcopis. Sunt ibi nuntii dicti Guillelmus Benelli et Raymundus Moreti.

Singulis dictorum archiepiscopi (*sic*) et episcoporum sunt misse singule patentes et clause littere, exceptis illis qui sunt in curia quibus non mittuntur clause ». (Reg. 113, fol. 195, p. c. 1098).

2917 Avignon, 23 juillet 1326.

« Item in e. m. . . archiepiscopo Lugdunensi et
. . Matisconensi,
. . Eduensi,
. . Lingonensi et
. . Cabilonensi episcopis, per singulas patentes et clausas litteras. Sunt ibi nuntii Guillelmus de Sura, cantor Lugdunensis, et Bermundus Petri, canonicus Aniciensis. (Reg. 113, fol. 195, p. c. 1098).

2918 Avignon, 23 juillet 1326.

Item in e. m. . . archiepiscopo Burdegalensi et
. . Pictavensi,
. . Malleacensi,
. . Lucionensi,
. . Xanctonensi,
. . Engolismensi,
. . Petragoricensi,
. . Sarlatensi,
. . Agennensi et
. . Condomiensi episcopis, per singulas patentes et clausas litteras, et sunt ibi nuntii Helias Manhani, Xanctonensis, Faiditus Guirandonis de Capdroco, canonici, et Helias Laplancha, rector Sancti Martini de Ponte Sarlatensis et Xanctonensis diocesum ecclesiarum. (Reg. 113, fol. 195, p. c. 1098).

2919 Avignon, 23 juillet 1326.

Capitulo Narbonensi, ut ingentibus Ecclesiae necessitatibus consideratis, se in oportuni subsidii exhibitione pro hereticorum repressione liberalem ostendere velit. (Reg. 113, fol. 195, c. 1099).

« *Dilecto filio capitulo Narbonensi.* Seviente crudeliter in — Datum Avinione, X kal, augusti, anno decimo ».

2920 Avignon, 23 juillet 1326.

Item in eundem modum singulis capitulis singularum ecclesiarum cathedralium archiepiscoporum et episcoporum superius (1) nominatorum regni Franciae. (Reg. 113, fol. 195 v°, p. c. 1099).

(1) Cf. *supra*, n°s 2904 à 2918.

2921 Avignon, 23 juillet 1326.

Regi Angliae, ut attemptata a gentibus ejus in ducatus Aquitaniae partibus contra pacem cum rege Franciae initam, reformari faciat. (Reg. 113, fol. 221 v°, c. 1302).

« *Regi Anglie.* Displicenter nimis percepimus, fili carissime, hiis diebus quod gentes tue quas ad partes ducatus Aquitanie velut administrator dilecti filii viri magnifici Edwardi tui primogeniti ducisque ducatus predicti, destinaras, contra pacem inter te et carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, initam sigillisque regiis communitam, nulla diffidatione premissa ausu temerario venientes terram illam ducatus predicti quam rex ipse estate preterita occupaverat vi armorum, queque juxta formam pacis ejusdem apud regem predictum debebat remanere pacifice quoadusque de jure ducis extitisset cognitum, hostiliter invaserunt loca predicta impugnantes immaniter ac nonnulla ex ipsis incendio et ruine ac vastitati bona reperta inibi stragique incolarum corpora non absque animarum periculis severiter exponentes, quedam vero retinentes ex ipsis, ea contra regem predictum minime temere presumpserunt. Profecto, fili carissime, miramur nec sufficimus admirari quis tibi ausus consulere fuerit tantum scelus. Miramur insuper cui potuisti credere ut sic inprovide divine majestatis oculos tantumque principem contra te irritares. Ultinam, fili carissime, tu et tui consiliarii finem ausus tam temerarii obtutibus vestrarum mentium statuere curassetis. Credimus etenim quod si hoc fecissetis, viam tam onustam dispendiis, tamque plenam periculis aggredi nullatenus temptassetis, sed ad vias pacificas vestra convertissetis studia que satis prompta aderant si in vobis dominaretur ratio ut debebat. Sane quia facta haberi nequeunt pro infactis (1), decet, fili carissime et est multipliciter oportunum ut tua sustinet circumspectio cepta tam improvide ad viam a devio revocare. Licet enim post primi parentis lapsum natura humana ad malum pronior sit effecta, in malis tamen perseverantia non est homini sed demoni ascribenda. Sed suum est cum male fecerit, ac ut illa reformari cum Dei auxilio valeat, studiosum operam adhibere. Ad quod promptius exequendum Apostolice Sedis vigilantia se non substrahet, sed potius aderit si prodesse putaverit oportune. Gratia Dei sit tecum que in tantis peri-

(1) Reg. : *infectis*.

culis aperiat tue mentis oculos, et in viam pacis et concordie dirigat gressus tuos. Amen. Datum Avinione, X kal. augusti, anno decimo ».

2922 Avignon, 23 juillet 1326.

Bartholomeo, episcopo Forojuliensi in eodem modo ac Ademaro episcopo Massiliensi (1) concedit ut loca ecclesiastica suae diocesis per alium usque ad [unum] annum visitare possit. (Reg. 113, fol. 298, p. c. 1733).

« *Item in e. m. Bartholomeo episcopo Forojuliensi.* Merita tue devotionis — Contradictores etc. (2) ».

2923 Avignon, 23 juillet 1326.

« Item in e. m. Guillelmo, episcopo Montisalbanensi, sub data X kal. augusti, anno decimo ». (Reg. 113, fol. 298, p. c. 1733).

2924 Avignon, 23 juillet 1326.

Odoni, duci Burgundiae, ut ad pacem inter comitem Sabaudiae et dalphinum Viennensem ac Henricum Dalphini reformandam animum inclinet nuntiisque apostolicis assistet. (Reg. 113, fol. 371, c. 2175).

« *Oddoni, duci Burgundie.* Quia sicut pridem nobilitati tue scripsimus, pacis reformatio inter dilectos filios nobiles viros E., comitem Saubaudie, et Guigonem, dalfinum Viennensem, ac Henricum Dalfini, patruum suum, dominum Montisalbani, ut obvietur gravibus periculis que ipsorum comminatur dissensio, non leviter insidet nobis cordi, et propter hoc venerabilem fratrem nostrum Johannem, archiepiscopum Tholosanum, et dilectum filium Helionum de Villanova, magistrum Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, Apostolice Sedis nuncios, viros utique fidei constantia et prudentie maturitate pollentes, ac pacis hujusmodi fervidos zelatores, ad eorundem presentiam principum providerimus destinandos, nobilitatem tuam rogamus iteratis precibus attentius et hortamur quatinus, pacis innenarrabilibus commodis et dissensionis periculis innumeris cogitatis, circa pacis reformationem ipsius tuum inclinans animum et affectibus operosis intendens, eisdem taliter assistas in hac parte nuntiis, consiliis, auxiliis et favoribus oportunis quod bonorum que ex pace subsequuntur predicta, si eam, ut oramus, Deus dederit, efficiaris particeps, illaque merearis assequi gaudia que pacis ineuntibus consilia sapiens repromittit. Datum Avinione, X kal. augusti, anno decimo ».

(1) Cf. *supra*, n° 2868.
(2) Pour la date, voir l'acte suivant.

2925 Avignon, 25 juillet 1326.

Johanni, episcopo Rivensi, in e. m. ac Gasberto, archiepiscopo Arelatensi (1), concedit ut visitator ab eo deputatus duas vel plures ecclesias una die visitare possit. (Reg. 113, fol. 298, p. c. 1734).

« *Item in e. m. Johanni, episcopo Rivensi.* Pridem tuis supplicationibus — Datum Avinione, VIII kal. augusti, anno decimo ».

2926 Avignon, 25 juillet 1326.

In e. m. Bertrando, episcopo Sarlatensi. (Reg. 113, fol. 298, p. c. 1734.

2927 Avignon, 25 juillet 1326.

In e. m. Raymundo, episcopo Sancti Papuli. (Reg. 113, fol. 298, p. c. 1734).

2928 Avignon, 25 juillet 1326.

In e. m. Gaufredo, episcopo Cavallicensi. (Reg. 113, fol. 298, p. c. 2734).

2929 Avignon, 25 juillet 1326.

Item Guillelmo, episcopo Convenarum. (Reg. 113, fol. 298, p. c. 2734).

2930 Avignon, 25 juillet 1236.

In e. m. Bertrando, episcopo Caturcensi. (Reg. 113, fol. 298, p. c. 2734).

(1) V. *supra*, n° 2877.

2931 Avignon, 25 juillet 1326.

Episcopo Parisiensi, ut se informet de magistris qui regunt Parisius in hebraica, graeca, arabica et chaldea linguis et de eorum numero et si scholares auditores habent et qualiter et in quantis pecuniarum summis providetur eisdem et a quibus exigitur dicta pecunia et quantum, totumque referatur. (Reg. 80, cur., fol. 9 v°, c. 49 ; — Raynaldi, *Annales ecclesiastici*, t. V, n. 29 ; — Denifle et Chatelain, *Chartularium univ. paris.*, t. II, p. 293, n. 857).

« *Venerabili fratri.. episcopo Parisiensi, salutem.* Cupientes ut fidei christiane religio, dilatato territorii sui loco, funiculos suos faciat largiores et proinde salus proveniat animabus, plenam volumus habere notitiam qualiter statutum felicis recordationis Clementis pape V, predecessoris nostri, de scolis in ebrayce, grece, arabice et chaldee linguarum generibus in Parisiensi et certis aliis studiis erigendis et a certis viris catholicis sufficientem habentibus linguarum ipsarum notitiam scolis regendis eisdem ac de provisione annua ipsis regentibus stipendiis competentibus et sumptibus facienda, in concilio Viennensi editum, quod dilatationem fidei et profectum animarum earumdem respicere noscitur, observatur in Parisiensi studio prelibato. Quocirca, fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus de illis et eorum necnon qui dictas scolas in prefato Pariensi studio juxta hujusmodi statutum in linguis regunt eisdem, et si scolares auditores habent et qualiter in stipendiis et sumptibus antedictis et per quos et in quanta vel quantis pecuniariis summis dictis regentibus providetur, et a quibus et quantum exigatur ratione provisionis hujusmodi plenarie te informes et cum exinde informatus extiteris, quicquid inveneris de premissis et singulis nobis per tuas litteras harum seriem continentes, cures particulariter et distincte quamtotius reserare. Datum Avinione, VIII kal. augusti, anno decimo ».

2932 Avignon, 26 juillet 1326.

Senescallo Tholosano (1) de guerra Vasconiae et de quarumdam litterarum transsumptis. (Reg. 113, fol. 209 v°, c. 1212).

« *Bernardo, domino Solempniaci, senescallo regio Tholosano.* Propter discrimina grandia, temporalia et spiritualia que comminatur guerra Vasconica molesta nobis est nimium et infesta, cui occurrere laboravimus sicut scrivimus, sed partes nullum nostris dederunt responsum nuntiis oportunum, sed nec ob hoc desistere intendimus, quin pro pace procuranda inter tantos principes laboremus sicut viderimus expedire, de transumptis vero litterarum illarum nobis missis noviter nobilitatis tue devotionem ac diligentiam cum gratiarum actionibus commendantes. Datum Avinione, VII kal. augusti, anno decimo ».

(1) Index : *Vasconiae.*

2933 Avignon, 27 juillet 1326.

Johanni, archiepiscopo Tholosano, et Heliono de Villanova, quod commissa sibi pro concordia inter Eduardum, comitem Sabaudiae, et Guigonem, dalphinum Viennensem, habenda, conjunctim vel separatim exequi possint. (Reg. 113, fol. 364 v°, c. 2138).

« *Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Tholosano, et dilecto filio Heliono de Villanova, magistro Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani.* Ad periculose dissensionis — Datum Avinione, VI kal. augusti, anno decimo ».

2934 Avignon, 29 juillet 1326.

Johannam, reginam Franciae, hortatur ut praefatum Guigonem, dalphinum Viennensem, filium suum, ad eamdem pacem cum dicto comiti Sabaudiae inducat. (Reg. 113, fol. 371, c. 2176).

« *Johanne, regine Francie.* Quia reformationem pacis inter dilectos filios magnificos viros E., comitem Sabaudie, et Guigonem, dalfinum Viennensem, filium tuum, te, filia carissima, scimus desiderare ferventer, serenitatem tuam requirimus et hortamur quatinus eundem dalfinum, ut venerabilis fratris nostri Johannis, archiepiscopi Tholosani, et dilecti filii Helioni de Villanova, magistri Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, quos ad procurandam pacem hujusmodi, tanquam ipsius zelatores fervidos destinavimus, salutaribus monitis et exhortationibus salubribus tam super liberatione et ostagiamentis nobilium pridem per ipsum captorum quam aliis ad pacem oportunis predictam, acquiescere studeat, inducere ac alias ad pacis

ejusdem inter ipsos principes reformanda federa partes suas efficaciter regalis providentia non postponat. Datum Avinione, IIII kal. augusti, anno decimo ».

2935 Avignon, 31 juillet 1326.

Eidem reginae de studio in concordia inter Odonem, ducem Burgundiae, et dictum comitem Sabaudiae ex una parte, ac praefatum dalfinum Viennensem ex altera reformanda adhibito gratias agit, eamque ad pacem procurandam perpetuo duraturam hortatur. (Reg. 113, fol. 371, c. 2177).

« *Eidem regine.* Compassive sic letanter percepimus, filia carissima, labores insolitos quos ad obviandum periculis innumeris spiritualibus et temporalibus que congressus bellicus paratus inter dilectos filios magnificos viros Oddonem, ducem Burgundie, et E., comitem Sabaudie, cum suis sequacibus, ex parte una, ac Guigonem dalfinum Viennensem, ex altera, minabatur probabiliter, laudabiliter assumpsisti, Actori pacis qui tibi ad supportandum labores hujusmodi robur tribuit et potenter astitit, ut regium tam salubre propositum compleretur, gratias uberes referentes ; sed quia nil perfecte actum intelligitur cum quid superest ad agendum, circumspectionem regiam rogamus attente quatinus, ut inter predictos principes pacis durature perpetuo federa reformentur, curam vigilem et solertem diligentiam studeat adhibere. Datum Avinione, II kal. augusti, anno decimo ».

2936 Avignon, 31 juillet 1326.

Bertrando de Capella, de eadem pace. (Reg. 113, fol. 371, c. 2178).

« *Bertrando de Capella, priori Sancti Saturnini, Uticensis diocesis.* Benedictus Deus qui — Datum ut supra ».

2937 Avignon, 31 juillet 1326.

Archiepiscopo Tholosano et magistro Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, nuntiis apostolicis, mandat ut ad ipsius praesentiam redeant cum negotium dissensionis comitis Sabaudiae et dalphini Viennensis sopitum sit. (Reg. 113, fol. 371 v°, c. 2179).

« *Archiepiscopo Tholosano et.. magistro Hospitalis, Apostolice Sedis nuntiis.* Cum ad aures nostras leta et fidedigna relatione pervenerit quod negotium dissensionis dilectorum filiorum nobilium virorum E., comitis Sabaudie, ac G., dalfini Viennensis, pro presenti pro quo de mandato nostro arrepto itinere diligenter laborare inceperatis, per Dei gratiam quoad presens amicabiliter est sopitum, cupientes vestris in hac parte laboribus indulgere et expensis, discretioni vestre presentium tenore mandamus quatinus, visis hujusmodi, cum nostre benedictionis gratia ad nostram presentiam redeatis. Datum ut supra ».

2938 Avignon, 1er août 1326.

Arnaldo de Verdala et Johanni Regrasiedi, ut pecunias quae penes collectores residuorum bonorum mobilium quondam Petri, episcopi Carcassonensis, dispositioni apostolicae reservabantur exigant et Camerae Apostolicae assignent. (Reg. 113, fol. 193, c. 1092).

« *Eisdem canonico et rectori* [*dilectis filiis Arnaldo de Verdala, canonico Mirapiscensi, et Johanni Regrasiedi, rectori ecclesie de Mujulano, Magalonensis diocesis*] (1). Cum sicut accepimus — Datum Avinione, kalendis augusti, anno decimo ».

2939 Avignon, 1er août 1326.

Eisdem, ut de bonis quondam Raymundi, episcopi Mirapiscensis, dispositioni apostolicae reservatis, congruam portionem executoribus testamenti ad quaedam expensas, legata et debita persolvenda assignent et residuum conservent. (Reg. 113, fol. 193, c. 1093).

« *Eisdem.* Dudum bonorum mobilium — Datum ut supra proxime ».

2940 Avignon, 1er août 1326.

Eisdem assignandi Jacobo, episcopo Mirapiscensi pro sua provisione decenti, quamdam quantitatem de bonis mobilibus bonae memoriae Raymundi, episcopi Mirapiscensis, facultatem concedit. (Reg. 113, fol. 193 v°, c. 1094).

(1) *Vide supra*, n. 2887, c. 1091.

« *Eisdem.* Ut de bonis mobilibus bone memorie Raymundi, episcopi Mirapiscensis, per nos dudum certis causis rationabilibus reservatis, venerabili fratri nostro Jacobo, episcopo Mirapiscensi, pro sua provisione decenti a die qua ipsum ab ecclesia Appamiensi, cui preerat, ad ecclesiam Mirapiscensem transtulimus, usque ad novos fructus ex tunc proventuros quantitatem rationabilem de qua vobis videbitur, computatis tamen et inclusis proventibus qui sibi de episcopatu Mirapiscensi medio tempore provenerunt, deputare ac eidem assignare seu assignare facere valeatis, vobis plenam et liberam concedimus auctoritate presentium facultatem. Datum ut supra ».

2941 Avignon, 1er août 1326.

Eisdem assignandi Dominico, episcopo Appamiarum, quamdam quantitatem de bonis et debitis episcopatus Appamiensis tempore translationis Jacobi ad Mirapiscensem ecclesiam extantibus, facultatem concedit. (Reg. 113, fol. 193 vo, c. 1095).

« *Eisdem.* Ut de bonis et debitis episcopatus Appamiensis extantibus tempore quo nos venerabilem fratrem nostrum Jacobum, episcopum Mirapiscensem, ab ecclesia Appamiensi cui preerat, ad ecclesiam Mirapiscensem transtulimus, quorum dispositionem nobis certis causis rationabilibus duximus reservandam, venerabili fratri nostro Dominico, episcopo Appamiarum, pro provisione sua competenti a die qua ipsum ecclesie Appamiensi prefecimus usque ad novos etc.. ut supra. Datum ut supra ».

2942 Avignon, 1er août 1326.

Abbati Cluniacensi, de quarumdam principum dissidentium concordia. (Reg. 113, fol. 209 vo, c. 1213).

« *Abbati Cluniacensi.* Gratias agimus Illi cui, cum voluerit, subest posse, qui corda principum dissidentium et ad congressus bellicos succintorum ad viam pacis dignatus est misericorditer inclinare, cernui supplicantes Eidem ut ipse, cujus perfecta sunt opera, quod cepit ad sibi gratum cunctisque fidelibus obtabilem dignetur perducere finem, nuntiantis sedulam diligentiam commendantes. Datum Avinione, kalendis augusti, anno decimo ».

2943 Avignon, 1er août 1326.

Waltero, archiepiscopo Cantuariensi, ut litteras regi Angliae super invasione ducatus Aquitaniae directas praesentet, et apud eumdem pro observatione contentorum in dictis litteris instet. (Reg. 113, fol. 222, c. 1303).

« *Waltero, archiepiscopo Cantuariensi.* Suadente paterne caritatis et dilectionis affectu, carissimo in Christo filio nostro E., regi Anglie illustri, post salutationis eloquium scribimus in hec verba : « displicenter nimis etc.. » ut supra proxime (1). Quocirca fraternitatem tuam requirimus et hortamur quatinus litteras ipsas regi memorato presentans seu earum presentationi assistens et, ut ad exauditionis admittantur effectum, adhibens nichilominus operam quantum in te fuerit efficacem, de responsione ac intentione regis predicti super contentis in eis nos per tuas litteras cures efficere quamtotius certiores. Datum Avinione, kalendis augusti, anno decimo ».

2944 Avignon, 1er août 1326.

Heliae, electo Lemovicensi, in e. m. ac Ademaro, episcopo Massiliensi (2), concedit ut loca ecclesiastica suae diocesis per alium usque ad annum visitare possit. (Reg. 113, fol. 298, p. c. 1733).

« *Item in e. m. Helie, electo Lemovicensi.* Merita tue devotionis — sub data kalendis augusti, anno decimo ».

2945 Avignon, 1er août 1326.

Item pluribus aliis (3). (Reg. 113, fol. 298, p. c. 1733).

---

(1) Cf. no 2921.
(2) Cf. no 2868.
(3) Nihil aliud.

2946 Avignon, 1er août 1326.

Andreae, episcopo Magalonensi, in e. m. ac Gasberto, archiepiscopo Arelatensi (1), concedit ut visitator ab eo deputato duas vel plures ecclesias una die visitare possit. (Reg. 113, fol. 298, p. c. 1734).

« *Item in e. m. Andree, episcopo Magalonensi.* Pridem tuis supplicationibus. — Datum kalendis augusti, anno decimo ».

2947 Avignon, 1er août 1326.

In e. m. Guillelmo, episcopo Biterrensi. (Reg. 113, fol. 298, p. c. 1734).

2948 Avignon, 5 août 1326.

Comiti Petragoricensi, ut ea quae ratione dotis Agnetis, germanae suae, Johannisque Caroli regis Siciliae filii, principis Achaiae, consortis, solvenda restant, complere curet. (Reg. 113, fol. 209 vo, c. 1214).

« *Comiti Petragoricensi.* Cum dilectus filius — Datum Avinione, nonis augusti, anno decimo ».

2949 Avignon, 6 août 1326.

Littera de securo conductu usque ad quatuor menses valitura pro Bernardo de Montevalrano, archidiacono Transligerensis, Turonensis, et Bernardo de Oluna, rectore de Vallibus, Agennensis diocesis ecclesiarum, ad civitatem et diocesim ac provinciam Turonensem destinatis. (Reg. 113, fol. 305, c. 1773).

« *Venerabilibus etc.. ut in proxima* (2) *usque pervenerint.* Cum nos dilectos — Datum Avinione, VIII idus augusti, anno decimo ».

2950 Avignon, 7 août 1326.

Johanni, duci Britanniae, eosdem Bernardum de Montevalrano et Bernardum de Oluna, nuntios apostolicos ad certas ducatus Britanniae partes destinatos commendat. (Reg. 113, fol. 209 vo, c. 1215).

(1) Cf. no 2877.
(2) Cf. no 2890.

« *Johanni duci Britanniae.* Cum nos dilectos — Datum Avinione, VII idus augusti, anno decimo ».

2951 Avignon, 7 août 1326.

In e. m. Philippo, comiti Andegavensi. (Reg. 113, fol. 209 vo, p. c. 1215).

2952 Avignon, 7 août 1326.

Henrico de Valgorio eosdem nuntios commendat. (Reg. 113, fol. 209 vo, c. 1216).

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino de Valgorio.* Dilectos filios Bernardum — Datum ut supra ».

2953 Avignon, 7 août 1326.

Petro Arquerii quasdam litteras super subsidio a personis ecclesiasticis provinciae Rothomagensis pro magnis Ecclesiae necessitatibus obtinendo, per Petrum de Bisuncio, rectorem ecclesiae de Issio, Lingonensis diocesis, collegam ejus mittit. (Reg. 113, fol. 209 vo, c. 1217).

« *Petro Arquerii, decano Rothomagensi.* Super subsidio a — Datum Avinione, VII idus augusti, anno decimo ».

2954 Avignon, 7 août 1326.

In e. m. Johanni de Arpadella in provincia Senonensi ; mittitur ei Petrus Papacii, clericus Albiensis diocesis, collega ejus. (Reg. 113, fol. 210, p. c. 1217).

2955 Avignon, 7 août 1326.

Archiepiscopo Tolosano et.. magistro Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, ne se in pacis inter quosdam principes reformandae negotio ingerant. (Reg. 113, fol. 371 vo, c. 2180).

« *Eisdem* [.. *archiepiscopo Tholosano et.. magistro Hospitalis, Apostolice Sedis nuntiis*]. Receptis ves-

tris litteris benivolentia consueta et que continebantur in eis plenius intellectis, non videtur nobis expediens quod importune vos in pacis inter illos principes reformande negotio ingeratis, cum carissimus in Christo filius noster C., rex Francie et Navarre illustris, illud, sicut accepimus, ceperit ordinare. Datum Avinione, VII idus augusti, anno decimo ».

2956 Avignon, 13 août 1326.

Johanni Cerchamont, quod fructus beneficiorum suorum in absentia percipere possit. (Reg. 113, fol. 299, c. 1741)

« *Dilecto filio magistro Johanni Cerchamont, decano ecclesie Pictavensis.* Tue merita probitatis — Datum Avinione, idibus augusti, anno decimo ».

2957 Avignon, 13 août 1326.

Iudicibus, ut eidem Johanni praedictos fructus ministrare faciant. (Reg. 113, fol. 299, p. c. 1741).

« *Judicibus.* Quocirca discretioni vestre — Datum ut supra ».

2958 Avignon, 15 août 1326.

Regi Franciae negotia P. de Columpna, praepositi Massiliensis, nepotis quondam Petri, Sancti Angeli diaconi cardinalis, commendat. (Reg. 113, fol. 210, c. 1218).

« *Regi Francie.* Cum dilectus — Datum Avinione, XVIII kal. septembris, anno decimo ».

2959 Avignon, 15 août 1326.

Petro, episcopo Autisiodorensi, eumdem P. commendat. (Reg. 113, fol. 210 v°, c. 1219).

« *Petro, episcopo Autisiodorensi.* Dilectum filium P. — commendamus ». [Datum Avinione, XVIII kal. septembris, anno decimo].

(1) Cf. n° 2937.

2960 Avignon, 15 août 1326.

In e. m. Johanni Cerchamont, cancellario regis. Datum ut supra. (Reg. 113, fol. 210 v°, p. c. 1219).

2961 Avignon, 17 août 1326.

Petro, de Vivariensi ecclesia ad Bajocensem ecclesiam translato, mandat ut onus sibi commissum suscipiat. (Reg. 113, fol. 304, c. 1763).

« *Venerabili fratri Petro, episcopo Baiocensi.* Nuper ecclesia Baiocensi — Datum Avinione, XVI kal. septembris, anno decimo ».

2962 Avignon, 18 août 1326.

Ademario, ut gubernationem ecclesiae Vivariensis sibi post translationem praedicti Petri episcopi ad Baiocensem ecclesiam commissam suscipiat. (Reg. 113, fol. 304, c. 1765).

« *Dilecto filio Ademario, electo Vivariensi.* Pridem ex eo — Datum Avinione, XV kal. septembris, anno decimo ».

2963 Avignon, 22 août 1326.

Regi Franciae de benigna expeditione quorumdam negotiorum in curia regia gratias agit. (Reg. 113, fol. 210 v°, c. 1220).

« *Regi Francie.* De gratiosa prosecutione et expeditione felici eorum que nostri (1) agere in curia regia habuerunt, et de multis honoribus eisdem circa illa impensis, gratiarum regali magnificentie referimus uberes actiones, prompti quantum cum Deo poterimus ad ea que honoris et commodi regii respiciant incrementa. Datum Avinione, XI kal. septembris, anno decimo ».

2964 Avignon, 22 août 1326.

Petro, episcopo Autisiodorensi de eodem ut pro eis quae agenda restant, partes suas interponat. (Reg. 113, fol. 210, c. 1221).

(1) Index : *illi de parentela pape.*

« *Petro, episcopo Autisiodorensi.* Laudande solicitudinis studium — Datum ut supra ».

2965 Avignon, 22 août 1326.

In e. m. Johanni Cerchamont. (Reg. 112, fol. 210, p. c. 1221).

2966 Avignon, 22 août 1326.

Johanni de Arpadella, ut quasdam litteras regi Franciae praesentet. (Reg. 113, fol. 210, c. 1222).

« *Johanni de Arpadella.* Si venerabilis frater noster P., episcopus Autisiodorensis, cum carissimo in Christo filio nostro Carolo, rege Francie et Navarre illustri, cui quasdam litteras nostras clausas dirigimus, non sit presens, volumus quod tu eas et alias quas aliis etiam dirigimus et tibi cum presentibus mittimus, studeas presentare, alias nostre voluntatis existit quod presentet eas dictus episcopus, si sit ibi. Datum ut supra ».

2967 Avignon, 22 août 1326.

Magistro Hospitalis, ut Stephanum de Salis, fratrem ejusdem Hospitalis, in possessione domus seu bajuliae de Vahor, Albiensis diocesis, contra Aymericum de Tureyo, priorem Sancti Aegidii qui dictum Stephanum impedire conatur, manuteneat. (Reg. 113, fol. 371 v°, c. 2181).

« *Magistro Hospitalis.* Cum olim tu — Datum Avinione, XI kal. septembris, anno decimo ».

2968 Avignon, 22 août 1326.

Dicto priori Sancti Aegidii, ut ab eisdem impedimentis desistat. (Reg. 113, fol. 371 v°, c. 2182).

« *Eidem priori.* Cum olim etc. — Datum ut supra ».

2969 Avignon, 23 août 1326.

Bertrando, Sanctae Mariae in Aquiro diacono cardinali, mandat ut, resumptis omnibus processibus contra Bertrandum de Audirano, canonicum Sancti Caprasii Agennensis, habitis, ejusdem Bertrandi qui malignos spiritus invocasse, damnata et illicita commisisse etc., dicitur, negotium sententialiter terminet. (Reg. 113, fol. 193 v°, c. 1096).

« *Dilecto filio Bertrando, Sancte Marie in Aquiro diacono cardinali.* Dudum ad venerabilis fratris nostri Amanevi, episcopi Agennensis, notitiam, fama publica deferente, perducto quod Bertrandus de Audirano, canonicus ecclesie Sancti Caprasii Agennensis, et quidam sui familiares et complices, eo presente, sciente ac permittente fierique faciente, ac postmodum ratum habente, nedum in domo quam idem Bertrandus in civitate Agennensi inhabitat, sed aliis locis, pluribus et diversis dampnatis scientiis et artibus non absque transgressione fidei catholice jurisque canonici et civilis usus seu abusus fuerat in sue perniciem anime diutius et frequenter contra bonos mores et in detrimentum plurium utebatur, quodque ipse ad usum seu abusum scientiarum seu artium prohibitarum hujusmodi diversos libros, scripturas ac vasa vitrea, terrea et lignea et alia instrumenta diversa cum quibus varios pulveres et liquores tam fetidos quam alios et alia quamplurima dampnata et illicita composuerat ac etiam componebat, et insuper quod idem Bertrandus, dictis utendo seu abutendo scientiis et artibus, demum temptare demones et malignos spiritus invocare, conjuria et alia illicita et dampnata ad illum finem committere satagebat, quod exinde tremenda tonitrua, corruscationes, fulgura, tempestates, grandines, demoniorum percussiones, invasiones ac mortes hominum et alia dampna innumera sequerentur ; item quod, eodem Bertrando mandante ac fieri faciente, Petrus de Auriaco, laicus, et Johannes de Ponte, clericus, de Limosio, familiares dicti Bertandi, de furchis patibularibus civitatis predicte duo capita et unum brachium hominum suspensorum in furchis eisdem de nocte ceperant et apportaverant ad civitatem eandem, qui capti cum eisdem capitibus et brachio extiterunt per custodes seu vigiles civitatis ejusdem, eodem Petro ex sua confessione flammarum incendiis justo judicio tradito, et prefato Johanne in carceribus memorati episcopi mancipato ; et preterea quod dictus Bertrandus in domo sua recep-

taverat multociens ac etiam receptabat plures personas que dictis scientiis et artibus utebantur, conversando publice cum eisdem, quodque de predictis omnibus erat et fuerat prefatus Bertrandus apud civitatem eandem multipliciter diffamatus, prefatus episcopus, nolens premissa sic enormia incorrecta conniventibus oculis pertransire, contra dictum Bertrandum propter hoc suis carceribus mancipatum incepit inquirere diligenter. Et tandem, propter criminum enormitatem hujusmodi, et ut exhiberetur plenius super hiis justitie complementum, ipsum Bertrandum ad Sedem Apostolicam sub fida custodia transmittere procuravit. Nos autem super predictis et ea tangentibus volentes plenius informari, tibi ac bone memorie Petro, tituli Sancti Stephani in Celio monte presbytero cardinali, ut veritatem solerter inquirere nobisque refferre quod repereritis in hac parte fideliter cureretis commissimus viva voce. Cujus quidem commisionis auctoritate ad actus nonnullos, dum adhuc dictus Petrus cardinalis vitam in humanis ageret, in predicto negotio procedere curavistis, et subsequenter eodem cardinali, sicut Domino placuit, vita functo, tu de mandato nostro vive vocis oraculo tibi facto super premissis ad actus alios, prout ejusdem exigebat qualitas negotii, processisti, volentes itaque negocium hujusmodi, exigente justitia, fine debito terminari, ac de tue circumspectionis exquisite providentia plenam in Domino fiduciam obtinentes, discretioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus resumptis omnibus processibus tam per te ac eundem cardinalem simul quam per te solum et quosvis alios super predictis habitis, eisque completis et perfectis si perfecti forsitan non fuerint et completi, habendo pre oculis solum Deum, prefatum Bertrandum qui propter predicta nostris detinetur mancipatus carceribus, absolvendo vel condempnando prout de jure fuerit et secundum Deum tibi videbitur, studeas dictum negotium sententialiter terminare. Datum Avinione, X kal. septembris, anno decimo ».

2970 Avignon, 24 août 1326.

Regi Franciae, de responsione fienda quibusdam litteris quas ei mittit. (Reg. 113, fol. 210, c. 1223 ; — Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 297, n. 727).

« *Regi Francie.* Cuidam devoto nostro fuerunt a quibusdam amicis suis misse littere que continet cedula presentibus interclusa continentes, quam mittere voluimus ut providentia regia circa responsionem fiendam sibi per illos ad quos erat destinatus nuntius, possit cautius se habere. Datum Avinione, IX kal. septembris, anno decimo ».

2971 Avignon, 24 août 1326.

Eidem regi de negotio Alphonsi de Hispania et de electione Frederici, ducis Austriae, in regem Romanorum. (Reg. 113, fol. 210, c. 1224 ; Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 296, n. 726).

« *Eidem regi.* Binas serenitatis regie litteras successive recepimus benivolentia consueta, quarum una nobis insinuavit aperte intentionis esse regie super negotio pro quo dilectus filius nobilis vir Alfonsus de Ispania, dominus de Lunello, et alii ejus in hac parte college ad nos fuerant per regiam magnitudinem destinati novissime, finalem responsionem facere in prefixo ad hoc a nobis termino, sive circa ; reliqua vero quod per certos ex dictis regiis relatione ac scriptura quam eis dedimus super negotio ipso auditur (1), non videbatur providentie regie, arctitudine termini consiliariorumque regiorum occupationibus et absentia et aliis ingruentibus impedimentis attentis, citra vel ad ipsum terminum respondere[posse ?], quare nisi tunc ipsam responsionem faceret, quam tamen citra festum Omnium Sanctorum proximum facturum offerebat, plenarie haberi se petiit excusatum. Super quibus regali magnificentie taliter respondemus quod gratum est nobis, oportunitatibus favendo regiis, dicte dilationi annuere, quantum videlicet ipsum negotium nos concernit, sed dum attente circa illud attendimus quod in tractatu dicti negotii prefixioneque termini nonnulli ambaxatores solennes certarum civitatum solemnium de ipsorum regiorum nuntiorum beneplacito affuerunt, veremur quod ipsius termini prorogatio eis inconsultis vel insciis, dubios ipsos reddat et anxios, quod utique non expedit in hac parte. Preterea, sicut ad aures supponimus regias pervenisse, ambaxiata solennis pro parte viri magnifici Frederici, ducis Austrie, dudum in regem Romanorum electi, dirigenda nobis ordinata extitit pridie, in qua dilecti filii.. nobiles viri Albertus, ipsius Frederici ger-

(1) Sic, corr. : *auditis* ?

manus pro eo et.. de Bucheli ac de Vinemberk comites, pro venerabilibus fratribus nostris.. Maguntino et.. Coloniensi archiepiscopis fuerunt ad veniendum cum aliis nonnullis personis sollennibus specialiter deputati, qui siquidem australes duos post modum precursores nuntios premittentes, a nobis nonnulla in favorem electionis Frederici predicti cum ferventi instantia postularunt, quibus cum annuendum minime decreverimus, tam precursoribus ipsis oretenus quam Alberto predicto per speciales litteras duximus taliter respondendum, videlicet quod super negotio per eosdem nuntios proposito prefatum Fredericum principaliter contingente, parati eramus prompte et expedite cum fratrum nostrorum consilio, sicut et requirit negotii qualitas, justitiam exhibere, et adhuc gratiose et favorabiliter quantum sine Dei offensa sueque dicte Ecclesie prejudicio ac injuria principum ad quos electio regis Romanorum promovendi in imperatorem pertinere noscitur, poterit fieri, cum hoc oportune postulatum fuerit, nos habere. Ex quibus providentia, quesumus, colligat regia que possent presertim exordio nec non intento fini dicti negotii, ex prorogatione responsionis hujusmodi maxime australibus ipsis et sibi adherentibus condictam ambaxiatam prosequentibus obstacula provenire. Nichilominus tamen offerimus nos paratos memoratis civitatum predictarum ambaxiatoribus juxta regium beneplacitum scribere prorogationem termini antefati rogareque illos etiam quod exinde displicentie materiam eorum devotio non assumat. Datum Avinione, IX kal. septembris, anno decimo ».

2972 Avignon, 26 août 1326.

Eidem regi, quod antequam litterae suae pro P., episcopo Carnotensi, ad Bajocensem ecclesiam transferendo pervenissent, de eadem ecclesia P., prius Vivariensi episcopo, Gaucelmi tituli Sanctorum Marcellini et Petri presbyteri candinalis germano, provisum erat. (Reg. 113, fol. 210 v°, c. 1225).

« *Eidem.* Priusquam regie littere — Datum Avinione, VII kalendas septembris, anno decimo ».

2973 Avignon, 29 août 1326.

Eidem regi P., episcopum Bajocensem pro suis et ecclesiae suae negotiis ad regalem praesentiam accedentem, commendat. (Reg. 113, fol. 210 v°, c. 1226).

« *Eidem.* Venerabilem fratrem nostrum — Datum Avinione, IIII kal. septembris, anno decimo ».

2974 Avignon, 1er septembre 1326.

Dicto regi qui de pace cum rege Angliae in partibus Vasconiae violata scripserat respondet se nuntios ad eamdem pacem reformandam destinasse eumque rogat ut moram cantoris Claromontensis, regii consiliarii, in curia excusatam habere velit. (Reg. 113, fol. 211, c. 1229).

« *Carolo, regi Francie.* Serenitatis regie litteris oblatis nobis per dilectum filium.. cantorem Claromontensem, regium consiliarium ac benigne receptis, contenta in eis ac que circa illa juxta ordinationem sibi datam idem cantor proponere voluit, intelleximus diligenter, per quarum utique seriem ad nostram notitiam circumspectio regia deducebat pacem dudum inter ipsum et carissimum in Christo filium nostrum, E., regem Anglie illustrem, super guerra Vasconie initam et juramento vallatam fore absque diffidatione aliqua temere violatam, ac subditis regiis in personis et rebus per gentes dicti regis Anglie in partibus ipsis Vasconie contra pacem predictam illata fuisse dampna gravia excessusque perpetratos detestabiles varios et continue perpetrari, ad illum finem hec ad nostram noticiam deducendo quod excessus injurie pacis violate ac juramenti transgressio prefati regis Anglie necnon mala, dampna et offensiones contra Deum et Sanctam Ecclesiam que sequuntur exinde, ac pejora que poterunt subsequi tam animabus quam corporibus, nobis existerent manifesta, nec non et ad finem quod de quibusvis malis et periculis que in presenti ex premissis succedant vel in futurum continget succedere, nos et ipsa Ecclesia excusatam regalem celsitudinem haberemus, quodque provideremus quid in casu hujusmodi sit agendum. Profecto, fili carissime, hec non indigne cor nostrum amaritudine repleverunt, hec nos cibarunt abscintio et ministrarunt nobis amarissimum potum fellis, cum per talia videamus divine offendi oculos majestatis, jura violari sanguinis, universe congregationi fidelium discrimina varia preparari. Sane, fili, attendentes quod, sicut dictus cantor nobis exposuit, excellentia regia hoc per viam denunciationis nequaquam proponere seu quovis modo coram nobis prosequi intendebat, sed solum illa ad finem seu fines quem seu quos finis

continet regie littere, ad nostram notitiam deducebat. Et insuper ad memoriam reducentes quomodo rex Anglie supradictus ante adventum cantoris predicti nobis per suas litteras sepius et nuntium curaverat intimare quod carissima in Christo filia nostra Isabellis, regina Anglie, consors ejus, que de ipsius licentia ad partes Francie pro bono pacis utriusque regni pridem accedens plus debito ad eum redire, quamvis pluries super hoc requisita solenniter, differebat, non ex se sed ab alio causam sumens, prout ipse rex se tenere indubie asserebat, quod redire timet ad eum quousque vir nobilis Hugo le Despenser, regis ejusdem nepos et camerarius, amoveatur ab eo, licet nunquam perceperit, ut constare asserit, rex predictus quod dictus Hugo eidem regine dampnum aliquod seu vituperium procuraverit publice vel occulte, quod si percepisset utique, sicut asserit, correxisset taliter quod cederet suis aliis subditis in exemplum, dictusque Hugo paratum se obtulerat, si in aliquo eandem reginam offenderit, eidem satisfacere ad arbitrium boni viri, ac supplicaret per nos salubriter provideri quod dicta regina ad ejus redire consortium et ut tenetur adhereret eidem ad animarum utriusque salutem, precipue cum ipse paratus esset, ac semper extiterit, ipsam reginam, quam semper dilexit et diligit, honorifice ac maritali affectione tractare juxtaque sui status excellentiam et exigentiam facere in omnibus quod incumbit, quodque tuam, fili, excellentiam inducere curaremus ut terras per te occupatas in ducatu Aquitanie duci restitueres Aquitanie, cum jam ab eodem homagium receperis pro eisdem, satis nos predicta nec immerito perplexos et anxios quid super premissis agi expediat reddiderunt, presertim cum super reditu regine predicte, ex dubio quod pretendit penitus supputando, nostros ad te fili, ac reginam et regem Anglie nuntios, prout novit celsitudo regia, duxerimus destinandos, qui a neutra partium responsum ad hoc obtinere congruum minime potuerunt, sicque ipsos redire oportuit, inordinato negotio, non sine periculo ut probant sequentia, remanente. Et ut habet nuntiorum relatio predictorum rex Anglie conductum eis dare nisi super regine negotio recusavit nec de illo ipsis loqui potuit nisi ut vir amaricatus nimium et immense turbatus. Verum quia, ante adventum dicti cantoris, negotium istud velut tangens nimium intima cordis nostri in consistorio secreto proposueramus nostris fratribus, eorum consilium super hoc requirendo, post ejusdem adventum cantoris cum nonnullis ex ipsis fratribus, et tandem cum omnibus in secreto consistorio deliberavimus sepius quid Deo gratum negotium expediens nobisque conveniens possemus agere in premissis, in quo multis in consideratione deductis, in hoc tandem deliberatio recedit (*sic*) omnium ibidem presentium quod adhuc prefatos nostros nuntios videlicet venerabiles fratres nostros G., archiepiscopum Viennensem, et H., episcopum Aurasicensem, velut instructos in prefatis negotiis deberemus, adjuncto eis non sine causa dilecto filio Johanne de Grandissono, archidiacono Notharingie in ecclesia Eboracensi ad tuam, regine ac regis Anglie predictorum presentiam evestigio destinare, quod et ordinavimus indilate; per quos plenius quid nobis agendum videtur super hiis, dante Domino, rescribemus. Cantorem autem predictum retinuimus, volentes quod ante suum recessum sciret quid per nos fieret in premissis cum quo etiam certificari possemus de nobis occurrentibus in predictis. Qui, velut vir prudens et diligens ac regii honoris zelator fervidus, sedule institit ut super premissis curaremus deliberare ipsumque remittere proinde festine. Quare quesumus providentia regia nos et ipsum super mora ejus excusatos habeat et eundem nuntium commendatos (*sic*). Hec autem celsitudinem regiam volumus non latere quod, audita turbatione Vasconie, regi Anglie scripsimus et nonnullis prelatis Anglie super predicta novitate noxia nil de contingentibus omittendo. Super quo nondum recepimus [responsum] regium, de quo cum receperimus, providentiam regiam curabimus reddere certiorem. Datum Avinione, kalendis septembris, anno decimo ».

2975 Avignon, 3 septembre 1326.

Eidem regi Franciae supplicata ab Australibus nuntiis transmittit et nonnulla ipsum regem necnon Teutoniae ac Vasconiae negotia tangentia cantori Claromontensi se commisisse nuntiat. (Reg. 113, fol. 211, c. 1227).

« *Eidem*. Scripsisse pridem regie serenitati meminimus qualiter nunciis novissimis Australibus verbo et dilecto filio nobili viro Alberto duci Austrie, litteris duxeramus ad supplicata per eosdem nuncio[s] respondendum. Sed quum supplicata per nuntios ipsos tunc insinuare ommisimus, ut

de responsionis prefate congruitate plenius celsitudini regie liqueat, ecce formam supplicatorum continet cedula presentibus interclusa. Ad hec quia relatum nobis extitit postmodum quod prefati duces (*sic*) responsionem nostram hujusmodi non habuerunt acceptam, quodque visi sunt per eorum litteras carissimum in Christo filium J., regem Boemie, ac venerabilem fratrem nostrum.. archiepiscopum Treverensem sibi a[t]trahere, regali excellentie, ut si quid illam expediat agere, circa hoc providere valeat, eadem decrevimus nuntianda. Ceterum nonnulla personam tangentia regiam, et aliqua Theutonie ac Vasconie negotia concernentia dilecto filio.. cantori Claromontensi ejus nuntio exponenda regie providentie imposuimus, quem super illis audiat, quesumus, et disponat sicut sibi et eisdem negotiis secundum Deum viderit expedire. Datum Avinione, III nonas septembris, anno decimo ».

2976 Avignon, 3 septembre 1326.

Ad futuram rei memoriam Johannem Garnerii et Johannem Robineti, fratres ordinis Minorum in villa Exoldunensi, Bituricensis diocesis, ad omnia officia praefati ordinis obtinenda inhabilitat et poenitentiam eis usque ad annum imponit pro eo quod, in contemptu pontificalis dignitatis, aliqua enormia in celebrationibus missae et vesperorum attemptati fuerint. (Reg. 80, Cur., fol. 9 v°, c. 50).

« *Ad futuram rei memoriam.* In preeminenti Sedis — Datum Avinione, II nonas septembris, anno decimo ».

2977 Avignon, 3 septembre 1326.

In e. m. Guillelmo, archiepiscopo Bituricensi, ut praefata publicet et exsequi faciat. (Reg. 80, Cur., fol. 10 v°, p. c. 50).

2978 Avignon, 4 septembre 1326.

Regi Franciae nonnulla ab archidiacono Beneventano in partibus transmarinis (1) nuntio noviter scripta transmittit. (Reg. 113, fol. 211, c. 1228).

(1) Index : *Sicilie.*

« *Eidem* [*Carolo, regi Francie*]. Dilectus filius.. archidiaconus·— Datum Avinione, II nonas septembris, anno decimo ».

2979 [Juin 1326 ? (1)].

Petrum de monasterio Fiscanensi ad monasterium Sancti Germani de Pratis Parisiensis in abbatem reducit. (Reg. 113, fol. 300 v°, c. 1746).

« *Dilecto filio Petro, abbati monasterii Sancti Germani de Pratis Parisiensis, ordinis Sancti Benedicti.* Suadentibus tue religionis et vite laudabilibus meritis pridem de te, fili, licet absente, tunc abbate monasterii Sancti Germani de Pratis prope Parisius, ordinis Sancti Benedicti, monasterio Fiscanensi dicti ordinis [Rothomagensis] diocesis, per obitum sui abbatis tunc vacanti, de fratrum nostrorum consilio duximus auctoritate apostolica providendum, teque inibi prefecimus in abbatem. Cum autem tu postmodum, audita provisione hujusmodi, provisio ipsa tibi grata non fuerit, ex certis et rationabilibus causis quas nobis per tuas litteras expressisti, nos tuis supplicationibus inclinati, te de predicto monasterio Fiscanensi ad prefatum monasterium Sancti Germani, eadem auctoritate reducimus in abbatem, volentes ut eidem monasterio Sancti Germani ejusque regimini presis prout preeras ante dictam provisionem de te factam ad regimen dicti monasterii Fiscanensis, quodque ipsius monasterii Sancti Germani juridictionibus utaris et juribus sicut prius ».

2980 [5 septembre 1325 - 4 septembre 1326].

Ecclesiam Ambianensem dispositioni apostolicae reservat inhibetque decano et capitulo ejusdem ecclesiae ne ad electionem vel quamvis dispositionem procedant. (Reg. 113, fol. 289, c. 1698).

« *Ad futuram rei memoriam.* Intendentes ecclesie Ambianensi. — Nulli ergo etc.. Et fiat etiam insinuatoria dictis decano et capitulo mutatis mutandis : quocirca discretioni vestre inhibemus ne ad elec-

(1) Acte non daté. Cf. M. Mollat, *Lettres communes*, n. 25735.

tionem etc.. usque nulli, mutatis mutandis. Non erat data » (1).

2981 [5 septembre 1325 - 4 septembre 1326 ? (2)].

Inquisitori hereticae pravitatis in provincia Tolosana, quomodo in causa cujusdam presbyteri de crimine haeresis accusato et in aliis de quibus scripserat agere debeat. (Reg. 113, fol. 376 v°, c. 2211).

« *Inquisitori heretice pravitatis in provincia Tholosana auctoritate apostolica deputato.* Super consultatione quam per tuas litteras de tribus monachis et uno clerico seculari quendam presbyterum de crimine heresis accusantibus et testes nominantibus, quorum aliqui sunt de falsitate convicti ac aliis contentis in eisdem litteris facere curavisti, tibi breviter respondemus quod cum facti notitiam plenius habeas et in loco ubi copia peritorum reperitur existas, volumus et expediens reputamus quod, peritorum ipsorum adhibito consilio et debita maturitate servata, quod juris et equitatis fuerit super premissis omnibus exequaris ».

(1) Lettre non datée ; attribuée à la dixième année du pontificat, à cause de sa place dans le registre.

(2) *Idem.*

Imp. F. BOISSEAU, Rue du Taur, 34 - TOULOUSE (France)
Dépôt légal, 2e trimestre 1961

BIBLIOTHÈQUE DES ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES ET DE ROME
PUBLIÉE
SOUS LES AUSPICES DU MINISTÈRE DE L'ÉDUCATION NATIONALE

LETTRES SECRÈTES ET CURIALES

DU PAPE

JEAN XXII

(1316-1334)

RELATIVES A LA FRANCE

PUBLIÉES OU ANALYSÉES D'APRÈS LES REGISTRES DU VATICAN

PAR

† AUGUSTE COULON ET S. CLÉMENCET
ANCIENS MEMBRES DE L'ÉCOLE FRANÇAISE DE ROME

SEPTIÈME FASCICULE

Tome III

PARIS
ÉDITIONS E. DE BOCCARD
1, Rue de Médicis, 1

1962

JOANNIS PAPAE XXII

LITTERAE SECRETAE ET DE CURIA

ANNUS UNDECIMUS (1)

2982 Avignon, 5 septembre [1326].

Riccardo de Gordis Johannes papa XXII^us quittandi magistrum P. Arquerii, decanum Rothomagensem, capellanum apostolicum, de duobus millibus et trecentis florenis auri, postquam dictos florenos Dino Forceti et Johanni Guichardini, societatis Bardorum de Florentia sociis, Parisius commorantibus, pro certis Camerae Apostolicae necessitatibus expendendis assignaverit, facultatem concedit. (Reg. 114, fol. 80, c. 462).

« *Riccardo de Gordis, civi et mercatori Avinionensi.* Volentes quod dilectus — Datum Avinione, nonis septembris ».

2983 Avignon, 5 septembre [1326].

Priori fratrum Praedicatorum et officiali Tolosae, ut bona a quondam Bibiano de Luco, canonico Sociensis et rectore de Savalhano ecclesiarum, Auxitanae diocesis, in subsidium Terrae Sanctae legata exigant et Camerae Apostolicae transmittant, executores ac quosvis alios ad quos pertinuerit quittantes. (Reg. 114, fol. 97, c. 553).

« .. *priori fratrum ordinis Predicatorum Tholose et .. officiali Tholosano.* Fidedigna relatione percepimus — Datum Avinione, nonis septembris ».

2984 Avignon, 7 septembre 1326.

Regi Franciae quod non possunt immutari litterae super quibusdam irregularitatibus quoad Flandrenses concessae. (Reg. 114, fol. 104 v°, c. 586).

« *Regi Francie et Navarre illustri.* Fili carissime, nec nos decet nec tue excellencie credimus expedire quod, ad votum illorum qui, sententias apostolicas contempnentes, in eas incidisse noscuntur ac irregularitatis incurrisse maculam, pro eo quod sic ligati in suis ministrarunt ordinibus sicut prius, judices et formam litterarum super absolutione et dispensatione a sentenciis et super irregularitate predictis concessarum immutare aliquatenus debeamus ; quare circumspectio regia si non immutemus litteras super premissis quoad Flandrenses concessas alias nos habeat excusatos. Datum Avinione, VII idus septembris, anno undecino ».

2985 Avignon, 11 septembre 1326.

Nuntium Petri, episcopi Ruthenensis, eidem episcopo responsurum remittit. (Reg. 114, fol. 104, v°, c. 587).

« *Petro, episcopo Ruthenensi.* Fraternitatis tue receptis — Datum Avinione, III idus septembris, anno undecimo ».

---

(1) Les lettres secrètes des années XI et XII (5 septembre 1326 - 4 septembre 1328) sont conservées dans le registre Vatican 114, composé de trois recueils anciens reliés ensemble mais ayant conservé leur propre pagination. On a récemment numéroté tous les feuillets à la suite, de 1 à 366, au bas du recto, à droite, et c'est à cette numérotation moderne que nous renvoyons à la suite de chaque analyse. Par ailleurs, les feuillets 204 à 366, constituant le troisième recueil, celui de l'année XII, sont extrêmement endommagés et difficiles à lire ; les analyses des lettres ne sont donc pas toujours aussi précises qu'elles devraient l'être.

2986 Avignon, 12 septembre [1326].

Raymundo Gastonis, ut fructus beneficiorum Johannis Restotli, carceribus apostolicis detenti, exigat solventesque quittat. (Reg. 114, fol 96, c. 547).

« *Raymundo Gastonis, officiali Sancti Papuli.* Volentes quod fructus — Datum Avinione, II idus septembris ».

2987 Avignon, 12 septembre [1326].

Eidem ut fructus illius partis prioratus de Graisseux, Sancti Papuli diocesis, quam Arnaldus de Villaribus, nunc carceribus apostolicis mancipatus, tenebat, exigat et Camerae Apostolicae assignet. (Reg. 114, fol. 96, c. 548).

« *Eidem.* Cum venerabilis frater — Datum ut supra. »

2988 Avignon, 22 septembre [1326].

Priori fratrum Praedicatorum et officiali Tolosae ut bona a quondam Bibiano de Lucho (1), canonico Sociensis et rectore de Savalhano ecclesiarum, Auxitanae diocesis, in subsidium Terrae Sanctae legata exigant eaque, quittatis solventibus, Camerae Apostolicae assignent. (Reg. 114, fol. 96, c. 549).

« .. *priori fratrum ordinis Predicatorum Tholosanorum, et .. officiali Tholosano.* Nuper auditui nostri — Datum Avinione, X kalendas octobris ».

2989 Avignon, 25 septembre [1326].

Regi Franciae ut G. archiepiscopum Viennensem et H. episcopum Aurasicensem, nuntios apostolicos, benigne audiat eorumque monitis acquiescat. (Reg. 114, f. 105, c. 592).

« *Regi Francie.* Dum ex officii — Datum Avinione, VII kal. octobris ».

2990 Avignon, 25 septembre [1326].

In e. m. regi Angliae. (Reg. 114, fol. 105, p. c. 592).

(1) *Index* : Rubianus de Luccho.

2991 Avignon, 25 septembre [1326].

Eidem regi Franciae ut ad reconciliationem inter regem et reginam Angliae reformandam nuntiorum apostolicorum monitis acquiescat. (Reg. 114, fol. 105, c. 593).

« *Regi Francie.* Ad abolendum perniciosum — Datum ut supra ».

2992 Avignon, 25 septembre [1326]

Regi Angliae ut G. archiepiscopo Viennensi et H., episcopo Aurasicensi, licet negotio imperfecto redierint, et Johanni de Grandissono, nuntiis, fidem adhibeat, pacemque cum regina faciat. (Reg. 114, fol. 117 v°, c. 715).

« *Regi Anglie.* Dum ex officii debito cura pervigili et intento solicitudinis studio meditamur quam sit plenum periculis quamque sit onustum dispendiis dissidium quod inter te, fili carissime, et carissimam in Christo filiam nostram Isabellem, reginam Anglie, consortem tuam caritatis emulus suscitavit, profecto ipsum aboleri penitus intensis desideriis affectamus. Sane, licet more patris benivoli quem non pretereunt incomoda filiorum, ad hoc procurandum venerabiles fratres nostros G., archiepiscopum Viennensem, et H., episcopum Aurasicensem, ad tuam et dicte regine duxerimus presenciam alias destinandos ad nosque redierint negotio imperfecto, nescimus a ceptis desistere, sed in hiis de Illius confisi clementia qui aperire perseveranter pulsantibus repromittit persistentes constanter prefatos archiepiscopum et episcopum necnon dilectum filium Johannem de Grandissono archidiaconum Nothingie in ecclesia Eboracensi, capellanum nostrum, Apostolice Sedis nuncios, quos ad hoc de fratrum nostrorum consilio duximus presentialiter eligendos, ad tuam dicteque regine presentiam destinamus; quos velut pacis angelos, benigne quesumus audiat regia celsitudo, et ea que per eos proponentur intelligat diligenter, ac periculis et dispendiis que dicta comminatur dissentio quantumque tantos dissidium ipsum dedeceat principes, prudenter attendens, eorum salutaribus monitis acquiescat, sic quod pacifice cohabitantes insimul, sicut utraque lex precipit, proli suscipiende ad Dei servitium et rei publice regimen propter quam principaliter institutum noscitur matrimonii sacramentum, possitis intendere et hostis insidias promptius precavere. Datum Avinione, VII kalendas octobris ».

2993 Avignon, 25 septembre [1326].

Isabelli reginae Angliae, super eodem. (Reg. 114, fol. 117, c. 716).

« *Isabelli, regine Anglie.* Dum quantum dissidere ab invicem vel animorum contrarietate disjungi, in conjugibus precipue sublimibus, indecens censeatur, dumque quantum hoc ipsis periculosum existat consideramus attente, profecto discordie materia quam inter te, carissima filia, et carissimum in Christo filium nostrum E., regem Anglie illustrem, virum tuum, suscitavit caritatis emulus, multipliciter in Domino nos conturbat. Sed et dum pericula grandia et dispendia gravia que secum trahit dicta dissentio attendimus diligenter, ipsam inter vos aboleri penitus plenis desideramus affectibus, ejusque loco concordiam debitam subrogari. Sane licet venerabiles fratres nostros G., archiepiscopum Viennensem et H., episcopum Aurasicensem, ad hoc procurandum, ad tuam et dicti regis presenciam duxerimus destinandos ad nosque redierint negotio imperfecto, a ceptis adhuc non desistimus, sed de Illius confisi misericordia qui aperire instanter pulsantibus repromittit, perseveranter insistimus et constanter. Prefatos itaque archiepiscopum et episcopum necnon et dilectum filium Johannem de Grandissono archidiacono Nothingie in ecclesia Eboracensi, capellanum nostrum, ad hoc procurandum de fratrum nostrorum consilio ad partes illas duximus destinandos, regiam celsitudinem attencius exhortantes quatinus ipsos velut pacis angelos benigne audiat et que proponent prudenter intelligat, et quantum sit prefatum dissidium plenum periculis, quantumque sit onustum dispendiis cogitans et recogitans diligenter, eorum salutaribus monitis acquiescat ut sic simul, sicut et lex utraque precipit, habitantes, proli suscipiende ad Dei servicium et rei publice regimen possitis intendere mutuo, propter quam sacramentum matrimonii principaliter noscitur institutum, pacemque Dei que omnem sensum exuperat habere mereamini, que sine pace proximi non habetur. Datum ut supra ».

2994 Avignon, 26 septembre [1326].

Nuntiis, ut ad regum Angliae et Franciae et reginae Isabellis praesentiam se conferentes, eos ad pacem inducant, potestate omnia obstacula levandi eisdem concessa. (Reg. 114, fol. 98 v°, c. 560).

« *Guillelmo, archiepiscopo Viennensi et Hugoni, episcopo Aurasicensi, ac Johanni de Grandissono, Apostolice Sedis nunciis.* Dudum molesta nimis — Datum Avinione, VI kalendas octobris ».

2995 Avignon, 28 septembre [1326].

Bernardo, archiepiscopo Narbonensi, de subsidio adversus haereticos oblato cujus partem Johannes de Collemedio, canonicus Morinensis, praesentavit, regratiatur. (Reg. 114, fol. 104 v°, c. 588).

« *Bernardo, archiepiscopo Narbonensi.* De liberali subsidio — Datum Avinione, IV kalendas octobris».

2996 Avignon, 28 septembre [1326].

Omnibus personis ecclesiasticis civitatis ac diocesis Senonensium, ut pro sedanda discordia inter reges Angliae et Francia orent et orare faciant, indulgentiis ad hoc specialiter concessis, ac in missa certos psalmos, versiculos et orationes dicant. (Reg. 114, fol. 97 r°, c. 554).

Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Senonensi ejusque suffraganeis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbiteris, plebanis et aliis ecclesiarum prelatis et rectoribus ipsorumque vices gerentibus, conventibus quoque, capitulis ceterisque personis ecclesiasticis, religiosis et secularibus, exemptis et non exemptis in civitate ac diocesi et provincia Senonensi constitutis ad quos presentes littere pervenerint. Dudum quod hostis — Datum Avinione, IIII kalendas octobris.

2997 Avignon, 28 septembre [1326].

In e. m. archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis. (Reg. 114, fol. 97 v°, p. c. 554).

2998 Avignon, 28 septembre [1326].

In e. m. archiepiscopo Bituricensi ejusque suffraganeis. (Reg. 114, fol. 97 v°, p. c. 554).

2999 Avignon, 28 septembre [1326].

In e. m. archiepiscopo Turonensi ejusque suffraganeis. (Reg. 114, fol. 97 v°, p. c. 554).

3000 Avignon, 28 septembre [1326].

In e. m. archiepiscopo Burdegalensi ejusque suffraganeis. (Reg. 114, fol. 97 v°, p. c. 554).

3001 Avignon, 28 septembre [1326].

In e. m. archiepiscopo Auxitano ejusque suffraganeis. (Reg. 144, fol. 97 v°, p. c. 554).

3002 Avignon, 28 septembre [1326].

In e. m. archiepiscopo Tholosano ejusque suffraganeis. (Reg. 114, fol. 97 v°, p. c. 554).

3003 Avignon, 28 septembre [1326].

In e. m. archiepiscopo Narbonensi ejusque suffraganeis. (Reg. 114, fol. 97 v°, p. c. 55r).

3004 Avignon, 28 septembre [1326].

In e. m. archiepiscopo Lugdunensi ejusque suffraganeis. (Reg. 114, fol. 97 v°, p. c. 554).

3005 Avignon, 28 septembre [1326].

In e. m. archiepiscopo Rothomagensi ejusque suffraganeis. (Reg. 114, fol. 97 v°, p. c. 554).

3006 Avignon, 28 septembre [1326].

In e. m. archiepiscopo Cantuariensi ejusque suffraganeis. (Reg. 114, fol. 97 v°, p. c. 554).

3007 Avignon, 28 septembre [1326].

In e. m. archiepiscopo Eboracensi ejusque suffraganeis. (Reg. 114, fol. 97 v°, p. c. 554).

3008 Avignon, 29 septembre [1326].

Regi Franciae ut Johanni de Grandissono, Apostolicae Sedis nuntio, securum conductum de eundo, morando et redeundo assignari faciat. (Reg. 114, fol. 104 v°, c. 589).

« *Regi Francie.* Licet littere regie — Datum Avinione, III kalendas octobris ».

3009 Avignon, 29 septembre [1326].

Petro, episcopo Autisiodorensi, super eodem. (Reg. 114, fol. 105, c. 590).

« *Petro, episcopo Autisiodorensi.* Quia in litteris — Datum ut supra ».

3010 Avignon, 29 septembre [1326].

In e. m. Johanni Cerchamont, dicti regis cancellario. (Reg. 114, fol. 105, p. c. 590).

3011 Avignon, 29 septembre [1326].

Reginae Franciae, ut G. archiepiscopo Viennensi, H., episcopo Aurasicensi, et Johanni de Grandissono, Apostolicae Sedis nuntiis, velit auxiliis et favoribus assistere. (Reg. 114, fol. 105, c. 591).

« *Johanne, regine Francie.* Cum nos venerabiles — Datum ut supra ».

3012 Avignon, 29 septembre [1326].

In e. m. reginae Clementiae. (Reg. 114, fol. 105, p. c. 591).

3013 Avignon, 29 septembre [1326].

In e. m. Petro, episcopo Autisiodorensi. (Reg. 114, fol. 105, p. c. 591).

3014 Avignon, 29 septembre [1326].

In e. m. Petro, episcopo Carnotensi. (Reg. 114, fol. 105, p. c. 591).

3015 Avignon, 29 septembre [1326].

In e. m. Galtero, archiepiscopo Cantuariensi. (Reg. 114, fol. 105, p. c. 591).

3016 Avignon, 29 septembre [1326].

In e. m. Guillelmo, archiepiscopo Eboracensi. (Reg. 114, fol. 105, p. c. 591).

3017 Avignon, 29 septembre [1326].

In e. m. Johanni, episcopo Wyntoniensi. (Reg. 114, fol. 105, p. c. 591).

3018 Avignon, 29 septembre [1326].

In e. m. Johanni Cerchamont, regis Franciae cancellario. (Reg. 114, fol. 105, p. c. 591).

3019 Avignon, 29 septembre [1326].

In e. m. Hugoni de Engolisma, archiadiacono Cantuariensi, Apostolicae Sedis nuncio. (Reg. 114, fol. 105, p. c. 591).

3020 Avignon, 29 septembre [1326].

In e. m. Hugoni le Despencier juniori. (Reg. 114, fol. 105, p. c. 591).

3021 Avignon, 29 septembre [1326].

In e. m. comiti de Varennis. (Reg. 114, fol. 105, p. c. 591).

3022 Avignon, 29 septembre [1326].

Episcopo Eliensi, ut praedictis nuntiis in agendis assistet. (Reg. 114, fol. 117 v°, c. 714).

« *Episcopo Eliensi.* Cum nos venerabiles — Datum Avinione, III kalendas octobris ».

3023 Avignon, 29 septembre [1326].

In e. m. episcopo Exoniensi. (Reg. 114, fol. 117 v°, p. c. 714).

3024 Avignon, 29 septembre [1326].

In e. m. episcopo Londoniensi. (Reg. 114, fol. 117 v°, p. c. 714).

3025 Avignon, 29 septembre [1326].

In e. m. episcopo Herfordensi. (Reg. 114, fol. 117 v°, p. c. 714).

3026 Avignon, 29 septembre [1326].

In e. m. episcopo Lincolniensi. (Reg. 114, fol. 117 v°, p. c. 714).

3027 Avignon, 29 septembre [1326].

In e. m. episcopo Norwicensi. (Reg. 114, fol. 117 v°, p. c. 714).

3028 Avignon, 29 septembre [1326].

Guillelmo de Calmellis, quod obsequiis Roberti de Fuxo, abbatis de Segureto in ecclesia Aniciensi insistens vel immorans scolasticis disciplinis etc..., fructus beneficiorum suorum in absentia usque ad triennium quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, recipere possit. (Reg. 114, fol. 163 v°, c. 1028).

« *Guillelmo de Calmellis, archidiacono Reddensi in ecclesia Narbonensi.* Ex meritis tue — Datum Avinione, III kalendas octobris ».

3029 Avignon, 29 septembre [1326].

Archiepiscopo Tholosano, episcopo Carpentoratensi ac abbati monasterii Fuxensis, ut eidem Guillelmo praedictos fructus ministrari faciant. (Reg. 114, fol. 163 v°, p. c. 1028).

« *Iudicibus : archiepiscopo Tholosano, episcopo Carpentoratensi, ac abbati monasterii Fuxensis, Appamiensis diocesis.* Quocirca mandamus quatinus — Datum ut supra ».

3030 Avignon, 1er octobre [1326].

Ludovico, episcopo Metensi, ut ad pacem inter Baldowinum, archiepiscopum, Treverensem, Johannem, regem Bohemiae, Ferricum ducem Lothoringiae, Eduardum, comitem Barensem et nonnullos alios ex una parte, ac cives Metenses ex altera, reformandam intendat. (Reg. 114, fol. 137 vo, c. 852).

« *Ludovico, episcopo Metensi.* Dudum gravibus periculis que dissentiones inter venerabilem fratrem nostrum Baldowinum, archiepiscopum Treverensem, et carissimum in Christo filium nostrum Johannem, regem Boemie illustrem, ac dilectos filios nobiles viros Ferricum, Lothoringie ducem, et Eduardum, comitem Barensem, ac nonnullos adherentes, fautores, valitores et adjutores ipsorum ex parte una, et dilectos filios .. cives Metenses ex altera suscitare ac guerrarum commotiones inde subsecute comminabantur verisimiliter, obviari salubriter cupientes, super sedandis discordiis hujusmodi et pacis reformando federe inter eos fraternitati tue nostras certi tenoris litteras meminimus direxisse. Et licet tu, litteris eisdem receptis, adeo sedule velut pacis ejusdem zelator fervidus laborare studueris in hac parte quod pax extitit inter dissidentes predictos, pacis actoris suffragante gratia, reformata, procurante tamen humani generis inimico et statui pacifico predictorum civium invidente, sic periculose dictorum unitatem civium scindere procuravit, intestini dissidii et inimiciciarum familiarium quibus nulla pestis pejor ad nocendum existit jaciendo semina mortifera inter eos, quod nonnulli burgenses paragiorum civitatem predictam, quam pacifice inhabitabant cum aliis, non absque variis periculis et scandalis deserere sunt compulsi, odiis et rancoribus illius hostis antiqui suggestione callida inter ipsos invicem, sicut habet infausti rumoris assertio, suscitatis. Nos autem tot et tantis periculis, quot et quanta civibus et civitati predictis ex divisione desolatrice hujusmodi ac predictis odiis et rancoribus proventura formidantur verisimiliter obviari remediis salubribus cupientes, et attendentes quod tu ad quietem et pacem dictorum civium filiorum tuorum spiritualium ferventer aspiras ipsosque desideras in pacis et tranquillitatis pulcritudine confoveri, fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus circa pacem et concordiam inter cives reformandam eosdem, ac universitatem reintegrandam ipsorum, viis et modis quibus expedire cognoveris juxta datam a Deo tibi prudenciam solerter intendere non postponas. Super quibus nec non indicendi treugas si expediens fuerit inter eos ac dissolvendi quascunque colligationes, societates, pactiones et ligas factas quomodolibet, pro discordia hujusmodi nutrienda, et relaxandi juramenta super hoc prestita, presertim cum juramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, necnon pacem et treugas quam vel quas fieri seu indici continget inter ipsos firmandi, auctoritate nostra et etiam roborandi penis et sentenciis spiritualibus de quibus videris expedire, ac alia universa et singula faciendi, gerendi et exercendi que circa premissa fuerint oportuna, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, nonobstante... — Datum Avinione, kalendis octobris ».

3031 Avignon, 1er octobre 1326.

Cives Metenses invicem inter se dissidentes ad pacem hortatur. (Reg. 114, fol. 141 vo, c. 875).

« *Civibus Metensibus.* Obviari dudum magnis et gravibus periculis vobis et civitati Metensi ex guerris et dissidiis inter vos et venerabilem fratrem [nostrum] Baldewinum, archiepiscopum Treverensem, et carissimum in Christo filium nostrum Johannem, regem Boemie, ac dilectos filios nobiles viros Ferricum, Lothoringie ducem, et Eduardum comitem Barensem, ac nonnullos fautores, adjutores et valitores ipsorum, pacis hoste procurante, subortis paterne solicitudinis studio cupientes, venerabili fratri nostro Ludovico, episcopo Metensi, vestre salutis et quietis fervido zelatori super hujusmodi sedandis dissidiis et pacis inter vos ac archiepiscopum, regem, nobiles et fautores predictos commodis procurandis litteras nostras, sicut nostis, dirigere curavimus oportunas. Et licet idem episcopus, eisdem receptis litteris, sic sedule laboraverit tanquam pacis angelus quod pace vobis reddita et ab hostibus eorumque insidiis liberati sedere in

pacis pulcritudine, habitare in tabernaculis fiducie et opulenta requie poteratis, postmodum tamen, sicut infausti rumoris assertione percepimus, humane salutis et quietis emulus statui vestro et prefate civitatis pacifico invidere non cessans, et attendens quod inimicis familiaribus nulla pestis existit efficatior ad nocendum, domesticis inter vos inimiciciis et periculosis insidiis suscitatis, unitatem vestram scindere non sine gravibus animarum et corporum periculis rerumque vestrarum dispendiis procuravit, sicque vos commovit invicem idem hostis quod nonnulli burgenses paragiorum civitatem ipsam quam pacifice inhabitabant vobiscum, non absque variis periculis et magnis scandalis, sicut fertur, deserere sunt compulsi. Nos itaque, tot et tantis periculis et scandalis, quot et quanta ex divisione[et] desolatione hujusmodi proventura formidantur vobis et civitati jamdicte verisimiliter, nisi remediis cito provideatur salutaribus, intensis occurrere desideriis affectantes, universitatem vestram rogamus, monemus attencius et hortamur quatinus diligencius attendentes quod habitationi regis pacifici cujus in pace factus est locus ejus corda odiis occupata vel seditionibus inquietata non congruunt et ipsum habitatorem corpora peccatis subdita non admittunt, quodque tanti habitatoris exclusa presencia ipsoque per hujusmodi repulse oprobrium provocato, frustratoria invenitur cujuscunque civitatis custodia quam ipse Dominus non custodit, aliaque gravia discrimina que dicta comminatur dissentio in recte discussionis examine revolventes, circa reintegrandam unitatem vestram ac pacis et caritatis inter vos federa reformando dicto episcopo qui vos et salutem vestram sincere diligit efficaciter intendatis, ac ejus monitis, consiliis et persuasionibus salubribus acquiescere sic prompte, prudenter et provide studeatis quod predictarum dissentionum vepribus extirpatis, liceat vobis in abundancia quietis et pacis pietatis vacare operibus, vestris providere utilitatibus liberius et efficacius saluti vestrarum intendere animarum. Datum Avinione, kalendis octobris, anno undecimo ».

3032 Avignon, 8 octobre [1326].

Geraldo Massani (1) tabellionatus officium concedit. (Reg. 114, fol. 96 v°, c. 550).

(1) *Index* : Massarii.

« *Geraldo Massani, clerico Ruthenensis diocesis.* Ne contractuum memoria — Datum Avinione, VIII idus octobris ».

3033 Avignon, 8 octobre [1326].

Armando de Fagia indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 114, fol. 164 v°, c. 1033).

« *Armando de Fagia, archidiacono Bilomi in ecclesia Claromontensi.* Sincere devotionis affectus — Datum Avinione, VIII idus octobris ».

3034 Avignon, 9 octobre 1326.

Episcopo Elnensi, ut inquirat veritatem super hoc quod frater Guillelmus Nigri, ordinis Minorum de Villafranca, Elnensis diocesis, praedicavit publice quod Jesus Christus nec ejus discipuli aliquid habuerunt in proprio nec in communi, totumque referat. (Reg. 82, cur., fol. 1 v°, c. 3).

« *Venerabili fratri .. episcopo Elnensi, salutem etc...* Apostolice servitutis studium — Datum Avinione, VII idus octobris, anno undecimo ».

3035 Avignon, 10 octobre [1326].

Gastoni de Levis, ut fructus beneficiorum suorum, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, usque ad triennium percipere possit. (Reg. 114, fol. 164 v°, c. 1034).

« *Gastoni de Levis, sacriste Aquensis ecclesie, capellano nostro.* Tue devotionis sinceritas — Datum Avinione, VI idus octobris ».

3036 Avignon, 10 octobre [1326].

Judicibus ut eidem Gastoni praedictos fructus ministrari faciant. (Reg. 114, fol. 165, p. c. 1034).

« *Iudicibus.* Quocirca mandamus quatinus — Datum ut supra ».

3037 Avignon, 11 octobre 1326.

Arnaldo de Verdala et Johanni Regafredi, petendi et exigendi ab archiepiscopo Narbonensi ejusque suffraganeis et aliis personis ecclesiasticis ejusdem provinciae subsidium contra haereticos oblatum, solventes quittandi etc... facultatem concedit. (Reg. 114, fol. 96 v°, c. 551).

« *Arnaldo de Verdala* (1), *canonico Mirapiscensi, et Johanni Regafredi, rectori ecclesie de Mujulano* (2), *Magalonensis diocesis.* Cum venerabilis frater — Datum Avinione, V idus octobris ».

3038 Avignon, 11 octobre [1326].

Regi Franciae de assignatione quorumdam clericorum a Castelleti Parisiensis servientibus facta gratias agit. (Reg. 114, fol. 105 v°, c. 594).

« *Eidem regi* [*Francie*]. Venientes ad Sedem Apostolicam dilecti filii Johannes de Pinquiniaco, Huetus de Charmeya, Guillelmus de Joncheria et Johannes de Furcio dictus Jolis, servientes Castelleti Parisiensis, Petrum Raymundi Sparuerii, Johannem Ferperii de Figiaco et Petrum Ingilberti de Tholosa clericos super certis delatos criminibus nobis pro parte transmissos regia per manum venerabilis fratris nostri Gasberti, archiepiscopi Arelatensis, camerarii nostri, die date presentium assignarunt, super quorum missione gratiarum excellentie regie referimus actiones. Datum Avinione, V idus octobris ».

3039 Avignon, 11 octobre [1326].

Johanni Cerchamont, de sollicitudine in transmissione quorumdam clericorum (3) captorum ad Sedem Apostolicam adhibita regratiatur. (Reg. 114, fol. 10 v°, c. 595).

« *Johanni Cerchamont, ejusdem regis* [*Francie*] *cancellario.* Super diligentia per — Datum ut supra [Avinione, V idus octobris]. »

(1) *Index* : Verdula.
(2) *Index* : Minullano.
(3) *Index* : dictorum clericorum (cf. n° 3038).

3040 Avignon, 15 octobre [1326].

Guillelmo, prius decano monasterii de Carennaco, Cluniacensis ordinis, Caturcensis diocesis, ecclesiae Tornacensi per Helyae de Ventedoro electi renunciationem vacanti in pastorem praefecto, ut eamdem ecclesiam prudenter gubernet. (Reg. 114, fol. 164, c. 1031).

« *Guillelmo electo Tornacensi.* Ecclesia Tornacensi pro — Datum Avinione, idibus octobris ».

3041 Avignon, 15 octobre [1326].

Henrico, domino de Suliaco, Guillelmum electum Tornacensem commendat. (Reg. 114, fol. 105 v°, c. 596).

« *Henrico domino de Suliaco.* Pridem nobilitatis tue receptis litteris nobis per dilectos filios Petrum de Palude, ordinis Predicatorum, sacre theologie magistrum, et Bertrandum de Pomeriis, canonicum Claromontensem, presentatis, et earum serie ac que dicti magister et canonicus voluerunt exponere plenius intellectis, renunciationem dilecti filii Helie de Ventedoro, tunc electi Tornacensis, pro qua nobis instanter supplicaverat, per procuratorem suum coram nobis factam tempore oportuno et antequam posset incurrere sententias contra eum super solutione communis servicii promulgatas recepimus, et deinde dilectum filium Guillelmum, electum Tornacensem tunc decanum monasterii de Carennaco, Cluniacensis ordinis, Caturcensis diocesis, ecclesie prelibate prefecimus in episcopum et pastorem. Quocirca nobilitatem tuam rogamus attencius et hortamur quatinus ut ad honorem Dei et utilitatem ipsius Ecclesie per istum dirigatur salubrius quam per alium directa fuerit, opem et operam adhibere studeas efficaces ; prefatus autem magister quem commendamus de diligencia, intentionem nostram super hiis eidem nobilitati tue referre plenius poterit viva voce. Datum Avinione, idibus octobris ».

3042 Avignon, 15 octobre [1326].

Petrum de Castronovo, canonicum Lingonensem, Ludovici, episcopi Metensis, nuntium, eidem episcopo remittit, nuntians ei petitiones ipsius, ut potuit, exaudisse. (Reg. 114, fol. 142 v°, c. 879).

« *Ludovico, episcopo Metensi.* Fraternitatis tue litteras — Datum Avinione, idibus octobris ».

3043 Avignon, 17 octobre [1326].

Episcopo Matisconensi, ut absolvat Oddonem, ducem Burgundiae, cujus officialis quidam, de ipsius ducis consensu, quemdam monachum monasterii Cluniacensis carceri mancipaverat qui ibidem expirauit. (Reg. 114, fol. 99, c. 561).

« *Episcopo Matisconensi.* Pia mater Ecclesia materne pietatis officium laudabiliter exequens, libenter pandit sue misericordie gremium filiis penitere volentibus post reatum. Sane pro parte dilecti filii nobilis viri Oddonis, ducis Burgundie, nobis obblata peticio continebat quod, eo sciente ac habente ratum, non, ut dicitur, in contemptum ipsius Ecclesie, sed zelo justicie quo ipse dux verisimiliter ducebatur, quidam officialis suus cepit personaliter quendam monachum monasterii Cluniacensis, tue diocesis, utique furto, rapina, fractione sacri loci et culpis enormibus aliis diffamatum, qui per officialem ipsum propterea mancipatus carceri extitit et in illo demum sine questionibus expiravit; propter quod pro parte dicti ducis (1) fuit nobis humiliter supplicatum ut sibi ex conscientie stimulo de premissis multipliciter penitenti de absolutionis beneficio ab excommunicationis sententia, quam ex hiis incurrisse dinoscitur, providere misericorditer dignaremur. Nos ergo, ex affectata nobis in Christo salute fidelium clementer cum duce prefato agere disponentes, ac gerentes de tue circumspectionis industria fiduciam in Domino specialem, fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus, prestito prius per dictum ducem corporali ad sancta Dei evangelia juramento, quod ipse similia non attemptabit in antea nec ut fiant mandabit aut consenciet, immo illa suis officialibus inhibebit, eum hac vice auctoritate nostra juxta formam Ecclesie a predicta sentencia excommunicationis absolvas, injuncta sibi nichilominus pro predictis penitencia salutari. Ceterum, licet ex forma in talibus observata pro commissis dicto duci publica deberet injungi penitencia et alias tam ipse quam heredes ejusdem pena privationis perpetue feudorum vel juris patronatus, si qua a predicto monasterio ipse dux obtinet, merito sint plectendi, nos tamen rationabilibus causis piisque commoniti asperitatem penalitatis indicte mitius lenientes subjungendo mandamus ut ea vice penitentiam publicam et penam privationis hujusmodi predicto duci eadem auctoritate commutes in alia opera pietatis, ita quod filio peccanti non desit de matris miseratione remedium, et impunis culpa non remaneat delictorum. Datum Avinione, XVI kalendas novembris ».

(1) *Reg.* ducicis.

3044 Avignon, 20 octobre [1326].

Regi Francie nuntiat se Coloniensem ecclesiam reservandam duxisse. (Reg. 114, fol. 105 v°, c. 597).

« *Regi Francie.* Quantum intersit nostra et Romane Ecclesie in Coloniensi ecclesia pastorem habere fidelem, circumspectio regia non ignorat. Unde, sicut alias excellencie regie scripsisse meminimus, dictam Coloniensem ecclesiam olim duximus reservandam, cui dante Domino, si ipsam vacare contigerit, providebimus de persona quam fidelem nobis et ipsi Ecclesie ac per consequens regie celsitudini extimemus. Datum Avinione, XIII kalendas novembris ».

3045 Avignon, 25 octobre [1326].

Regi Franciae quod per specialem nuntium ei respondere intendit. (Reg. 114, fol. 105, c. 598).

« *Eidem* [*regi Francie*]. Geminas regalis excellentie litteras recepimus nobis per latorem presencium presentatas super quarum contentis breviter intendimus per specialem nuncium serenitati regie respondere. Datum Avinione, VIII kalendas novembris ».

3046 Avignon, 27 octobre [1326].

Archiepiscopo Viennensi et episcopo Aurasicensi nuntiis, ut una cum Johanne de Grandissono, archidiacono Nothingiae in ecclesia Eboracensi, capellano apostolico ad pacem inter regem Franciae et regem Angliae regi-

namque consortem ejus procurandam studeant. (Reg. 114, fol. 96 v°, c. 552).

« *Guillelmo, archiepiscopo Viennensi et Hugoni, episcopo Aurasicensi, Apostolice Sedis nunciis.* Cum vos ac — Datum Avinione, VI kalendas novembris ».

3047 Avignon, 28 octobre 1326.

Philippo, comiti Valesii, quod supplicationibus ejus super causam inter Petrum de Alesto et Johannem de Claud vertentem annuere non valet. (Reg. 114, fol. 106, c. 604).

« *Philippo, comiti Valesii.* Per tuas, fili, nobis transmissas litteras supplicasti ut causam que inter dilectos filios Petrum de Alesto et Johannem de Claud, ratione prebende Autisiodorensis, in curia Romana vertitur, alicui presbytero viro extra ipsam committere presertim cum litigantes ipsi existere sibi difficile testes in ipsa curia de suis partibus producere tibi suggesserint dignaremur. Sane quia in eadem curia ubi tam auditorum nostri palacii quam aliorum peritorum copia reperitur melius potest justitia exhiberi quam extra, nec litigantes testes habeant in curia ipsa producere, cum super receptione illorum juxta stilum dicte curie qui committi extra ipsam tales causas non sinit remissio concedatur, si supplicationi hujusmodi non valemus decenter annuere, habeat nos tua nobilitas quasi excusatos. Datum Avinione, V kalendas novembris ».

3048 Avignon, 30 octobre [1326].

Johanni Cerchamont, ut Arnaldo de Sancto Michaele ordinis fratrum Praedicatorum, poenitentiario apostolico ad Carolum, regem Franciae destinato fidem adhibeat eique penes praefatum regem assistat. (Reg. 114, fol. 106, c. 604).

« *Johanni Cerchamont, cancellario regio.* Cum nos dilectum filium Arnaldum de Sancto Michaele, ordinis fratrum Predicatorum, penitenciarium nostrum ad carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, cum nostris litteris destinemus, discretionem tuam rogamus attentius et hortamur quatinus eidem penitenciario super hiis que pro parte nostra tue prudentie duxerit exponenda, fidem credulam adhibeas, et in presentatione litterarum predictarum ac explicandis regi prefato et expediendis feliciter que sibi duximus imponenda, sic pro nostra et Apostolice Sedis reverencia ipsum velis favorabiliter dirigere et eidem assistere auxiliis, consiliis et favoribus oportunis, quod nos tue devotionis promptitudinem inde debeamus merito cum gratiarum actionibus commendare. Datum Avinione, III kalendas novembris ».

3049 Avignon, 30 octobre [1326].

In e. m. Alfonso de Hispania, mutatis mutandis (Reg. 114, fol. 106, p. c. 604).

3050 Avignon, 30 octobre [1326].

In e. m. Miloni, domino de Noeriis. (Reg. 114, fol. 106, p. c. 604).

3051 Avignon, 30 octobre [1326].

In e. m. Henrico, domino de Suliaco. (Reg. 114, fol 106, p. c. 604).

3052 Avignon, 30 octobre [1326].

In e. m. Ludovico, comiti Clarimontis. (Reg. 114, fol. 106, p. c. 604).

3053 Avignon, 30 octobre [1326].

In e. m. Philippo, comiti Valesii. (Reg. 114, fol. 106, p. c. 604).

3054 Avignon, 30 octobre [1326].

In e. m. Roberto de Attrabato, comiti Bellimontis. (Reg. 114, fol. 106, p. c. 604).

3055 Avignon, 30 octobre [1326].

Item episcopo Autisiodorensi. (Reg. 114, fol. 106, p. c. 604).

3056 Avignon, 30 octobre [1326].

Item episcopo Carnotensi. (Reg. 114, fol. 106, p. c. 604).

3057 Avignon, 30 octobre [1326].

Johannae, reginae Franciae, petitionibus a domino Montisferrandi, nuntio ejus, praesentatis respondet. (Reg. 114, fol. 106, c. 602).

« *Johanne, regine Francie.* Serenitatis tue litteras nobis per dilectum filium nobilem virum dominum Montisferrandi, militem tuum et nuncium, presentatas benigne recepimus, et ea que dictus miles sub commissa sibi per easdem litteras credencia nobis exponere pro parte tue sublimitatis voluit, dicteque continebant littere intelleximus diligenter, super quibus sibi respondimus sicut ipse regie prudencie referre plenius poterit viva voce, illis de petitionibus tuis nobis exhibitis quas secundum Deum potuimus ad exauditionis gratiam favorabiliter nichilominus introductis. Datum Avinione, III kalendas novembris ».

3058 Avignon, 30 octobre [1326].

Eidem quod antequam litterae suae pervenissent, abbatiae Sancti Eugendi Jurensis jam de abbate providerat respondet. (Reg. 114, fol. 106, c. 603).

« *Eidem.* Antequam regie serenitatis littere de abbatia Sancti Eugendi Jurensis mentionem inter cetera facientes nobis presentate fuissent, disposueramus certam personam quam eidem abbatie perutilem et tue sublimitati devotam existere credimus illi preficere in abbatem, quare nos habeat regia providencia, si sue annuere in hac parte petitioni presentialiter non possumus, excusatos. Datum ut superiori proxima ».

3059 Avignon, 31 octobre [1326].

Johanni, duci Brabantiae, ut dotes Mariae, comitissae Sabaudiae, amitae suae debitas solvet. (Reg. 114, fol. 106, c. 605).

« *Johanni, duci Brebancie* (*sic*). Dilecta in Christo filia, nobilis mulier Maria, comitissa Sabaudie, amita tua, noviter ad nos habens ex fiducia filiali refugium, super exhibendis sibi dotibus dudum ei contractis per quondam .. genitorem tuum, germanum ipsius, ad quas tanquam successor paternus et heres sibi teneris, ut asserit, intercessionis nostre suffragium imploravit. Cum itaque mulieres indotatas esse non deceat, dictaque nobilis, quam indigere non convenit, suum querat in hujusmodi dotibus patrimonium de quo vivat ; nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus non minus honoris tui quam justitie debitum consultius prosequens in hac parte, sic eidem nobili dotes hujusmodi realiter, ut teneris, et indifficiliter exsolvas quod paterne preces effectum inveniant in filio exauditionis, tuque, fili, suam dicta nobili consequente justitiam, apud nos et Apostolicam Sedem propterea commendationis et laudis gaudeas incremento. Datum Avinione, II kalendas novembris ».

3060 Avignon, 5 novembre 1326.

Dotem capellae Beatae Mariae Virginis in civitate Carpentoratensi ubi prius erat synagoga Judaeorum fundata, augmentat. (Reg. 114, fol. 80, c. 463 ; Reg. 82, cur., fol. 2 v°, c. 7).

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Dudum de civitate nostra Carpentoratensi Judeis ibidem tunc morantibus qui post plures monitiones caritativas et predicationes salubres ad fidem converti catholicam renuerunt expulsis, nos ad honorem Dei et Beate Marie Virginis matris sue, domine nostre, omniumque sanctorum in loco ubi synagoga dictorum ibidem extiterat Judeorum, ea diruta penitus, quandam capellam construi et fundari fecimus ejusdem Virginis honoris et nominis vocabulo insignitam, ut orationis domo effecta et judaice superstitionis eliminata spurcitia Salvatoris nostri Domini Jhesu Christi et ejusdem genitricis sue omniumque sanctorum ibidem memoria celebris

haberetur, laudaretur divina potentia et immolaretur pro redemptione criminum hostia salutaris, nichilominus statuentes quod tres presbiteri ydonei, puritate ac morum honestate pollentes, per venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Carpentoratensem et successores suos qui pro tempore fuerint instituendi ad ipsius capelle decorem et regimen, qui horas divinas pariter et nocturnas ibi psallere ac pro vivis et defunctis fidelibus divina officia celebrare, necnon et de bonis pro dote dicte capelle assignatis tenerentur, in communi honeste vivere perpetuis temporibus haberentur. Et licet pro dote dicte capelle dictorumque presbiterorum et servitorum victu et sustentatione aliisque suis necessitatibus et oneribus supportandis, certa res et bona in litteris nostris confectis super hoc plenius designata duxerimus assignanda et etiam applicanda, sicut in eisdem litteris seriosius continetur, volentes tamen dotem augmentare predictam ut prefati presbiteri presentes et posteri eo ferventius et devotius circa divinum cultum agendum in eadem capella vacent continue quo melius et uberius fuerint bonis temporalibus sustentati, res et bona infrascripta ad nos ex certis et legitimis causis spectantia que franca et ab omni alia servitute libera esse perpetuo volumus, in augmentum dotis predicte prefate capelle ac eisdem presbiteris auctoritate apostolica concedimus, donamus, applicamus et in perpetuum assignamus habenda, possidenda et percipienda per ipsos presbiteros cum omnibus juribus et pertinentiis suis pacifice et quiete, videlicet viginti saumatas annone annui et perpetui redditus ad mensuram parvam vel antiquam Carpentoratensem debitas pro quodam territorio sito Carpentorato in loco vocato ad Campum Pratorum, confrontatum ex una parte cum terris Siffredi Garini et ex alia cum terra heredum Ferrarii Gili et cum terra capellanie Raymundi Oliverii et cum vineis Raymbaudi Amalrici et terra Petri de Garigiis, et si qui alii sunt confines; quam quidem annonam pro dicto territorio debent infrascripte persone videlicet Rostagnus Garnerii tres saumatas tres eminas, Raymundus Jaucelini tres saumatas tres eminas, Johannes Lacili quatuordecim eminas, Raymundus et Olivarius Durandi, fratres, duas saumatas, Bertrandus Amati quatuordecim eminas, Pontius Meisonerii undecim eminas cum dimidia, Gaufridus Meissonerii undecim eminas cum dimidia, Durandus Petiti sex eminas cum dimidia, Hugo Germondi sex eminas cum dimidia, Johannes Ruffi sex eminas, Hugo Moire sex eminas, Petrus Faraudi sex eminas et Syffredus Audifredi unam saumatam; quibus quidem presbiteris et quibusvis aliis districtius inhibemus ne bona predicta seu eorum aliqua distrahere, vendere, donare, alienare aut alii concedere vel in alium transferre quoquo modo presumant. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane quicquid contra hujusmodi nostre inhibitionis tenorem contigerit attemptari. Nulli ergo etc... nostre voluntatis, concessionis, donationis, applicationis, assignationis, inhibitionis et constitutionis infringere etc. Datum Avinione, nonis novembris, anno undecimo ».

3061 Avignon, 5 novembre 1326.

Eduardo comiti Sabaudiae ut Bertrando de Capella, priori Sancti Saturnini de Portu, Uticensis diocesis, capellano et nuntio apostolico fidem adhibeat. (Reg. 114, fol. 84, c. 484).

« *Dilecto filio nobili viro Eduardo, comiti Sabaudie.* Dilectum filium Bertrandum — Datum Avinione, nonis novembris, anno undecimo ».

3062 Avignon, 5 novembre 1326.

In e. m. Guigoni, dalphino Viennensi. (Reg. 114, fol. 84, p. c. 484).

3063 Avignon, 5 novembre 1326.

Item in e. m. Henrico Dalphini, domini Montisalbani. (Reg. 114, fol. 84, p. c. 484).

3064 Avignon, 5 novembre 1326.

In. e. m. episcopo Gratianopolitano. (Reg. 114, fol. 84, p. c. 484).

3065 Avignon, 6 novembre 1326.

Litteris Alfonsi de Hispania super diversis respondet eumque ad regiam gratiam conservandam hortatur. (Reg. 114, fol. 105 v° c. 599).

« *Alphonso de Hyspania.* Nobilitatis tue consueta benignitate recepimus litteras nobis per dilectum filium Guillelmum Barte, canonicum Vaurensem, tuum familiarem noviter presentatas, quarum tenor presertim in ea parte nobis acceptus extitit qua per illas insinuabas nobis fiducialiter ling[u]am terciam nequivisse cor regium contra te inmutasse super quo prudenciam tuam exhortatione paterna solicitam reddimus, ut ad regiam gratiam quantum cum Deo poteris conservandam non negligas acuere jugiter studia mentis tue. Ceterum petitiones pro parte tua per dictum canonicum nobis exhibitas exaudiendas quantum cum Deo fieri potuit duximus sicut per relationem ipsius et litteras inde confectas plenius poterit apparere, qui etiam nobilitati tue referre poterit oretenus super aliis per eum pro tua parte nobis expositis eidemque duximus respondendum. In ecclesia vero Seguntina super cujus provisione nobis in eisdem litteris et aliis supplicabas, antequam ad nos tue super hoc pervenissent littere, electio extiterat celebrata et confirmatus electus, ac etiam per suum archiepiscopum consecratus. Datum Avinione, VIII idus novembris ».

3066 Avignon, 9 novembre [1326].

Ludovico, comiti Clarimontis de carnibus venationis salsis regraciatur. (Reg. 114, fol. 106 v°, c. 606).

« *Ludovico, comiti Clarimontis.* Carnes venationis salsas copiose nobis a tua nobilitate transmissas gratanter accepimus, et de illis tibi gratiarum referimus uberes actiones. Datum Avinione, V idus novembris ».

3067 Avignon, 9 novembre [1326].

In e. m. Hugoni de Gibennis (1), domino de Antone, pro caseis transmissis. (Reg. 114, fol. 106 v°, p. c. 606).

3068 Avignon, 9 novembre 1326.

Hugonem de Engolisma H., episcopo Aurasicensi, quem ad pacem inter regem Franciae et regem reginamque Angliae reformandam cum G., archiepiscopo Viennensi, et Johanne de Grandissono nuntium ad praedictos direxerat et qui infirmitate gravatus erat, ad praemissa prosequenda subrogat. (Reg. 114, fol. 117, c. 711).

(1) *Index* : Gebennis.

« *Magistro Hugoni de Engolisma, archidiacono Cantuariensi, Apostolice Sedis nuncio.* Ad reformandam pacis et unitatis concordiam quam hostis pacis inter carissimos in Christo filios nostros C., Francie et Navarre, ac E. Anglie reges, et Isabellem, reginam, dicti regis Anglie consortem illustres deformare studuit, intensis affectibus aspirantes, pridem venerabiles fratres nostros Guillelmum, archiepiscopum Viennensem et H., episcopum Aurasicensem, ac dilectum filium Johannem de Grandissono, archidiaconum Nothingie in ecclesia Eboracensi capellanum nostrum, Apostolice Sedis nuntios ad dictorum regum et regine presenciam de fratrum nostrorum consilio, providimus destinandos, inducendi partes ipsas ad treugarum inhibitionem (*sic*) vel suspensionem alias bellicorum conflictuum usque ad certi temporis spacium infra quod valeat hujusmodi Deo grata inter eos reformatio procurari utilius, necnon dissolvendi, vacuandi, irritandi et revocandi omnes pactiones, colligationes, confederationes et obligationes, juramento vel quacunque alia firmitate vallatas, ac relaxandi hujusmodi et alia juramenta a quibuscunque prestita per que nuttriri discordia et bonum pacis quomodolibet impediri valeret, et insuper treugas hujusmodi et que circa premissa quoad pacem vel treugas ipsas per partes easdem vel alios, ipsis consencientibus, essent ordinata penis de quibus videretur conveniens roborandi et confirmandi plena et libera sibi per alias nostras litteras potestate concessa. Sane cum sicut displicenter intelleximus prefatus episcopus Aurasicensis qui cum aliis predictis collegis suis constitutus, in itinere prosecutionis negocii supradicti sit Deo volente adeo proprii corporis infirmitate gravatus quod non posset quoad presens forsitan vacare prosecutioni negocii prelibati, nos, nolentes quod propter hoc prosecutio hujusmodi valeat retardari, ac de tue circumspectionis industria et fidelitate probata plenam in Domino fiduciam obtinentes, te in locum ejusdem episcopi quoad premissa omnia prosequenda, gerenda et expedienda, quando et quociens prefatus episcopus abfuerit (1) vel vacare non poterit, tenore presentium subrogamus. Datum Avinione, V idus novembris ».

(1) *Ms* : affuerit.

3069 Avignon, 9 novembre [1326].

Johanni de Grandissono indulget quod antequam dies illuscescat missam celebrari facere possit. (Reg. 114, fol. 117, c. 712).

« *Johanni de Grandissono.* Cum de tua — Datum ut supra proxime. [Avinione, V idus novembris].

3070 Avignon, 10 novembre [1326].

Beatrici de Burgundia de mapula missa regratiatur eique petitiones suas exaudivisse nuntiat. (Reg. 114, fol. 106, c. 600).

« *Beatrici de Burgundia, comitisse Marchie et Engolisme.* Missam nobis a tua devotione, filia, mapulam gratanter recepimus, et inde nobilitati tue gratiarum refferimus uberes actiones, illis de petitionibus tuis nobis oblatis quas secundum Deum et nostram decentiam potuimus, ad exauditionis effectum nichilominus introductis. Datum Avinione, IIII idus novembris ».

3071 Avignon, 12 novembre 1326.

Episcopo Carnotensi de nata filia regis Franciae congaudet, sed libentius nuntium audivisset de masculo. (Reg. 114, fol. 106 v°, c. 613).

« *Venerabili fratri Petro, episcopo Carnotensi.* De felici partu carissime in Christo filie nostre Johanne, regine Francie et Navarre illustris, ingenita filia, et de votivo successu status ejus incolumis post langores puerperii matronales prout nobis te commendande fratrer intimante percepimus paternis et merito gaudiis exultamus. Sane quamvis communibus parentum et nostris forent nati auspicia filii, si concessisset Altissimus, graciora, verisimiliter tamen speramus in Eo qui humanum genus in utroque sexu constituit quod prolis inicia ista feminee sunt prenuncia sobolis masculine. Datum Avinione, II idus novembris, anno undecimo ».

3072 Avignon, 13 novembre [1326].

Arnaldi de Verdala et Johanni Regafredi ut ea quae de fructibus quondam episcopatus Tholosani bonisque Gualhardi, olim Tholosani episcopi, colligenda restant, exigant et assignent. (Reg. 114, fol. 97 v°, c. 555).

« *Arnaldo de Verdala, canonico Mirapiscensi, et Johanni Regafredi.* Dudum ad divini — Datum Avinione, idibus novembris ».

3073 Avignon, 14 novembre [1326].

Eisdem, ut debita in quibus Jacobus, episcopus Mirapiscensis ante translationem suam ab ecclesia Appamiarum ratione ejusdem Appamiensis ecclesiae tenebatur, solvent. (Reg. 114, fol. 98, c. 556).

« *Eisdem.* Venerabilis frater noster — Datum Avinione, XVIII kalendas decembris ».

3074 Avignon, 14 novembre 1326.

Dominico, Appamiarum episcopo, de eodem negotio. (Reg. 114, fol. 107, c. 614).

« *Venerabili fratri Dominico, episcopo Appamiarum.* Fraternitatis tue receptis benigne litteris et earum serie diligencius intellecta, tue solicitudinis studium, quod jam adhibuisti circa negocium fidei et exhibere continue, ut ex grata lectione litterarum ipsarum percepimus, non desistis, plurimum in Domino commendamus. Et ecce quod super solvendis debitis que ratione episcopatus Appamiensis venerabilis frater noster Jacobus, episcopus Mirapicensis, tempore translationis per nos de ipso facte debebat dilecto filio Arnaldo de Verdala canonico Mirapiscensi, et Johanni Regafredi, rectori ecclesie de Mujulano, Magalonensis diocesis, Apostolice Sedis nuntiis, nostras litteras dirigimus opportunas. Datum Avinione, XVIII kalendas decembris, anno undecimo ».

3075 Avignon, 16 novembre [1326].

Gasbertum de Montelauduno, administratorem et gubernatorem prioratus de Palhacia, Uticensis diocesis, per Guillelmi, tituli Sancti Ciriaci in Terminis presbyteri

cardinalis, obitum vacantis, ad dispositionem apostolicam retenti deputat. (Reg. 114, fol. 84 v°, c. 460).

« *Gasberto de Montelauduno, archipresbitero de La Maensa, Lemovicensis diocesis.* Pridem prioratu de — Datum Avinione, XVI kalendas decembris ».

3076 Avignon, 17 novembre [1326].

Regi Franciae de dote Mariae ducissae Calabriae persolvenda. (Reg. 114, fol. 106 v°, c. 607).

« *Regi Francie.* Cum sicut accepimus clare memorie Philippus, rex Francie et Navarre, germanus et predecessor tuus dum viveret, ad celebris memorie Carolum, comitem Valesii, patruum suum, gerens specialis dilectionis affectum, eidem LX milia librarum turonensium parvorum recipiendarum de pecunia decime per Sedem Apostolicam concesse in subsidium dotis dilecte in Christo filie nobilis mulieris Marie, ducisse Calabrie, nate dicti comitis, cujus dotis dispositio nobis et tibi, fili carissime, dum tractaretur matrimonium inter ipsam et dilectum filium nobilem virum Carolum, ducem Calabrie, virum suum commissa fuisse dicitur, duxerit liberaliter concedenda, regalem excellentiam attencius deprecamur quatinus hujusmodi summan pecunie necnon viginti milia librarum ejusdem monete que dilectus filius nobilis vir Ludovicus, comes Flandrensis ex eadem causa promisisse dicitur in aliquo ydoneo [loco ?] solvenda pro parte dotis predicte cum constituta et ordinata fuerit regia magnificencia et fideliter conservari (1). Datum Avinione, XV [kal. ?] decembris ».

3077 Avignon, 17 novembre [1326].

Philippo comiti Valesii, ut pro solutione dictae dotis partes suas interponat. (Reg. 114, fol. 106 v°, c. 608).

« *Philippo, comiti Valesii.* Percepto quod dudum — Datum ut supra ».

3078 Avignon, 17 novembre [1326].

Mathildi, comitissae Valesii, de eodem. (Reg. 114, fol. 106 v°, c. 609).

(1) Texte manifestement incomplet, qui n'a pas de sens sous cette forme.

« *Mathildi, comitisse Valesii.* Ecce, filia, quod — Datum ut supra ».

3079 Avignon, 17 novembre [1326].

Regi Siciliae, ut apertius intentionem suam declarare velit super hiis quae regi Franciae, ratione constitutionis dotis Mariae, ducissae Calabriae, scribenda sunt. (Reg. 114, fol. 153 v°, c. 960).

« *Regi Sicilie.* Serenitatis regie litteras benigne recepimus continentes ut apud carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, super constitutione dotis dilecte in Christo filie nobilis mulieris Marie, ducisse Calabrie, cujus ordinatio nobis et eidem regi commissa fuisse dicitur, instaremus. Sane, fili carissime, quia per litteras ipsas nobis certum quid super quo instare apud regem deberemus eundem, regia providencia non expressit, quid aut qualiter habeamus dicto regi scribere super hiis non videmus, sed si nos scripturos eidem velit in hac parte tua sublimitas intentionem suam nobis studeat aperius declarare. Datum Avinione, XV kalendas decembris ».

3080 Avignon, 22 novembre [1326].

Berengarium Galhardi et Johannem Bernerii ad colligendos sexennalem triennalemque decimas et fructus beneficiorum ecclesiasticorum vacantium reservatorum in Viennensi et Tarantasiensi provinciis deputat. (Reg. 114, fol. 80, c. 461).

« *Berengario Galhardi, monacho ordinis Cisterciensis, helemosinario nostro, et Johanni Bernerii* (1) *rectori ecclesie de Nantone, Cabilonensis diocesis.* Cum vos de — Datum Avinione, X kalendas decembris ».

3081 Avignon, 25 novembre [1326].

Petro Andreae officium tabellionatus ad quod a Gasberto, archiepiscopo Arelatensi, camerario, ydoneus repertus fuit, cum forma juramenti, concedit. (Reg. 114, fol. 164, c. 1030).

(1) *Index* : Brenerii.

« *Petro Andree, clerico Montisalbane diocesis.* Ne contractuum memoria — Datum Avinione, VII kalendas decembris ».

3082 Avignon, 28 novembre [1326].

Ludovico, episcopo Metensi, se conferendi ad aerem nativum facultatem concedit. (Reg. 114, fol. 142 v°, c. 880 ; — Riezler, *Vatikanische Akten*, n. 774, p. 309).

« *Eidem* [*Ludovico, episcopo Metensi*]. Ex tue fraternitatis — Datum Avinione, IIII kalendas decembris ».

3083 Avignon, 29 novembre [1326].

Guigoni, dalphino Viennensi, ut ab injuriis Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, inferendis abstineat, fidemque Bertrando, priori Sancti Saturnini, ordinis Cluniacensis, Uticensis diocesis, capellano apostolico, adhibeat. (Reg. 114, fol. 84, c. 482).

« *Guigoni, dalfino Viennensi.* Nuper, fili, ad — Datum Avinione, III kalendas decembris ».

3084 Avignon, 29 novembre [1326].

Henrico Dalfini, ut eundem Guigonem ad praefata inducat. (Reg. 114, fol. 84, c. 483).

« *Henrico Dalfini, domino Montisalbani.* Nuper fili, etc... — Datum ut supra ».

3085 Avignon, 1er décembre 1326.

Capellis quondam Militiae Templi domorum de Roayssio et de Ritarenchis, Vasionensis et Tricastrinae diocesum, et ministris earum, omnes decimas fructuum et proventuum ex terris et possessionium earumdem domorum provenientibus concedit, easque a jurisdictione magistri et fratrum Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani eximit. (Reg. 82, cur. fol. 3 v°, c. 11).

« *Ad perpetuam rei memoriam. Rubrica.* Que observantiam et augmentum divini cultus respiciant quantum cum Deo possumus gratioso ac favorabiliter promovemus. Cupientes igitur ut in capellis quondam Militie Templi de Roayssio et de Ritarenchis, Vasionensis et Tricastrine diocesum, que quidem domus comitatui nostro Venayssino annexe fore noscuntur, cultus hujusmodi observetur et etiam augeatur ne, ob necessariorum defectum ministri capellarum langueant predictarum, omnes decimas fructuum, reddituum et proventuum provenientium ex terris et possessionibus domorum eorundem prefatis capellis pro divinis obsequiis eis a dictis ministris impendendis ex nunc in perpetuum auctoritate apostolica concedimus et etiam applicamus, eas ab omni dominio, proprietate et jure magistri ac fratrum Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani et quorumcunque locorum ecclesiasticorum secularium vel regularium, ad que hactenus hujusmodi decime pertinebant, etiam si in possessione existerent percipiendi easdem, abdicantes omnino et etiam eximentes. Non obstantibus etc... Nulli ergo etc... Datum Avinione, kalendis decembris, anno undecimo ».

3086 Avignon, 2 décembre 1326.

G. archiepiscopum Bituricensem de devotione sua commendat eique innovationem commissionis postulatam fieri praecepisse nuntiat. (Reg. 114, fol. 107, c. 615).

« *Venerabili fratri G., archiepiscopo Bituricensi.* Fraternitatis tue receptis — Datum Avinione, IIII nonas decembris, anno undecimo ».

3087 Avignon, 2 décembre [1326].

Regi Franciae de provisione decanatus Sancti Petri de Insula, Tornacensis diocesis. (Reg. 114, fol. 106 v°, c. 610).

« *Regi Francie.* Ante, fili carissime, quam ad nostri notitiam pro dilecto filio Goudarto de Lonterroy super decanatu ecclesie Sancti Petri de Insula, Tornacensis diocesis, precamina regia que solita patris affectione suscepimus pervenissent, de illo provideramus dilecto filio Philippo de Meleduno, pro quo alias excellentia regia nobis direxerat preces suas. Datum Avinione, IIII nonas decembris ».

3088 Avignon, 2 décembre [1326].

Comiti Valesii, de eodem. (Reg. 114, fol. 106 v°, c. 6

« *Comiti Valesii.* Prius, dilecte fili, quam ad nostri noticiam etc..., ut supra, verbis competenter mutatis ».

3089 Avignon, 7 décembre 1326.

Carolo regi Franciae, magistrum Johannem Mandavilla, legum doctorem, canonicum Cathalaunensem, qui praesens fuit tractatibus Flandrensis negotii, ad ea explicanda mandat. (Reg. 114, fol. 107, c. 616).

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Ut quid etiam — Datum Avinione, VII idus decembris, anno undecimo ».

3090 Avignon, 8 décembre 1326.

Arnaldo de Verdala canonicatum ecclesiae Sancti Pauli Narbonensis cum praebenda confert. (Reg. 114, fol. 168 v°, c. 1054).

« *Arnaldo de Verdala, canonico ecclesie Sancti Pauli Narbonensis.* Litterarum sciencia, morum — Datum Avinione, VI idus decembris, anno undecimo ».

3091 Avignon, 8 décembre 1326.

Judicibus ut eumdem Arnaldum in praedicta ecclesia recipiant. (Reg. 114, fol. 169, p. c. 1054).

« *Judicibus.* Quocirca mandamus quatinus — Datum ut supra ».

3092 Avignon, 9 décembre [1326].

Sycardo Alamanni, ut ea quae Bernardo de Vallebufferia, canonico et sacristae monasterii Sancti Cypriani, ordinis sancti Augustini, Sarlatensis diocesis, indebite abstulit, restituat. (Reg. 114, fol. 98 v°, c. 557).

« *Sycardo Alamanni, priori monasterii Sancti Cypriani, Sarlatensis diocesis.* Nuper ad nostri — Datum Avinione, V idus decembris ».

3093 Avignon, 9 décembre [1326].

Archidiacono de Montepessaco, Raymundo de Columberio et Bertrando de Petrilia, ut praefatum Sycardum ad eandem restitutionem inducant. (Reg. 114, fol. 98 v°, c. 558).

« .. *Archidiacono de Montepessaco, Caturcensis, Raymundo de Columberio, Autissiodorensis, et Bertrando de Petrilia, Turonensis ecclesiarum canonicis.* Nuper etc... — Datum ut supra ».

3094 Avignon, 9 décembre 1326.

Beraudo, domino Solempniaci, de venatione cervorum salsorum regratiatur. (Reg. 114, fol. 107, c. 617).

« *Dilecto filio nobili viro Beraudo domino Solempniaci, senescallo Tholosano et Albiensi.* De venatione cervorum — Datum Avinione, V idus decembris, anno undecimo ».

3095 Avignon, 10 décembre 1326.

Eduardo, comiti Sabaudiae, ut Agoutum de Montilio, quem Guillelmus de Brion, durantibus treugis cum Guigone dalphino Viennensi factis, ut hostem ceperat, libertati restitui faciat. (Reg. 114, fol. 84, c. 485).

« *Dicto comiti* [*Eduardo, comiti Sabaudie*]. Admirantes audivimus quod — Datum Avinione, IIII idus decembris, anno undecimo ».

3096 Avignon, 10 décembre 1326.

In e. m. Oddoni, duci Burgundie. (Reg. 114, fol. 84 v°, p. c. 485).

3097 Avignon, 11 décembre 1326.

Alphonso de Hispania de discrasia quartanae quae eum post reditum Vasconiae acrius solito afflixit, compatitur. (Reg. 114, fol. 107, c. 618).

« *Nobili viro Alphonso de Hispania, domino Lunelli.* Sicut dudum discrasia — Datum Avinione, III idus decembris, anno undecimo ».

3098 Avignon, 11 décembre 1326.

Mathildi, comitissae Valesii, quod sustineat patienter tribulationes, et quod indulgentia petita concedi non potuit. (Reg. 114, fol. 107, c. 619).

« *Mathildi, comitisse Valesii.* Si filia tribulationes — Datum ut supra proxime ».

3099 Avignon, 12 décembre 1326.

Petro, episcopo Carnotensi, quod transcriptum litterarum apostolicarum Apostolicae Sedis nuntiis concessarum regi [Franciae] missum fuit. (Reg. 114, fol. 107, c. 620).

« *Venerabili fratri Petro, episcopo Carnotensi.* Fraternitatis tue diligenciam quam circa directionem nostri nuncii hiis diebus adhibere curasti in Domino plurimum commendantes eandem volumus non latere quod transcriptum litterarum nostrarum nostris concessarum nuntiis excellentie regie in litteris eidem directis misimus interclusum, per quod et ipsarum litterarum seriem circumspectioni regie de contentis in tuis litteris evidencius apparebit, quare ea visa non fuit expediens iterare. Datum Avinione, II idus decembris, anno undecimo ».

3100 Avignon, 12 décembre 1326.

Johanni Cerchamont, de diligentia in eodem negotio adhibita regratiatur (Reg. 114, f. 107, c. 621).

« *Johanni de Cerchamont, decano Pictavensi, dicti regis cancellario.* Venerabilis fratris nostri — Datum ut supra proxime ».

3101 Avignon, 13 décembre [1326].

Episcopo Carnotensi, de diligentia in directione negotii nuncii apostolici adhibita regratiatur, eumque ad ejusdem negotii celerem expeditionem procurandam hortatur. (Reg. 114, fol. 106 v°, c. 612).

« ... *episcopo Carnotensi.* De sedula diligentia — Datum Avinione, idibus decembris ».

3102 Avignon, 14 décembre 1326.

Bernardo Jordani, ne veniat ad curiam si negotia ejus id non patiuntur. (Reg. 114, fol. 116 v°, c. 705).

« *Dilecto filio nobili viro Bernardo Jordani, domino de Insula, familiari nostro.* Licet pro tuorum — Datum Avinione, XIX kalendas januarii, anno undecimo ».

3103 Avignon, 15 décembre 1326.

Alienordi de Monteforti de caseis et butiro regratiatur. (Reg. 114, fol. 107, c. 622).

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Alienordi de Monteforti, comitisse Vindocinensi.* Caseos et butirum — Datum Avinione, XVIII kalendas januarii, anno undecimo ».

3104 Avignon, 21 décembre 1326.

Petro, episcopo Carcassonensi, de missione pecunialis subsidii pro repressione rebellium Lombardiae regratiatur. (Reg. 114, fol. 107, c. 623).

« *Petro, episcopo Carcassonensi.* Super misso nobis — Datum Avinione, XII kalendas januarii, anno undecimo ».

3105 Avignon, 23 décembre 1326.

Episcopum Aurasicensem propter infirmitatem in Anglia transfretare nequientem ad curiam revocat. (Reg. 114, fol. 107 v°, c. 624).

« *Venerabili fratri Hugoni, episcopo Aurasicensi, Apostolice Sedis nuncio.* Non sine magna — Datum Avinione, X kalendas januarii, anno undecimo ».

3106 Avignon, 23 décembre 1326.

Regi Franciae, ut dicti episcopi reditum habeat gratum. (Reg. 114, fol. 107 v°, c. 625).

« *Eidem regi* [*Francie*]. Percepto, fili carissime — Datum ut supra proxime ».

3107 Avignon, 23 décembre 1326.

Petro de Tercelline de devotione erga Ecclesiam regratiatur. (Reg. 114, fol. 107 v°, c. 626).

« *Dilecto filio Petro de Tercelline, militi.* Tam ex litterarum tuarum serie quas benigne recepimus, quam ex relatu credentie dilecti filii Raymundi Stephani, nostri et Apostolice Sedis nuncii, erga Sanctam Romanam matrem Ecclesiam tue devotionis affectu et impensis per te sibi contemplatione nostri obsequiis gratancius intellectis, super utrisque tibi, fili, gratiarum multiplices refferimus actiones. Datum Avinione, X kalendas januarii, anno undecimo ».

3108 Avignon, 23 décembre 1326.

Guidoni, episcopo Cenomanensi, de exeniorum muneribus regratiatur petitionesque suas exaudisse nuntiat. (Reg. 114, fol. 107 v°, c. 628).

« *Venerabili fratri Guidoni episcopo Cenomanensi.* Diversa tue devocionis exeniorum munera grato recepimus animo nobis missa, que licet ex se placida sint et accepta, ea tamen non solum attendimus sed pure devocionis affectum quem tam ex illis quam gratis tui nuncii relatibus ad nos te gerere ferventer et indesinenter novimus, pocius cogitamus inde fraternitati tue gratiarum actiones uberes exsolventes. Ceterum petitiones tuas nobis oblatas ad exauditionis effectum favorabiliter admisimus, sicut in confectis super hiis litteris tua predicta fraternitas poterit intueri. Datum Avinione, X kalendas januarii, anno undecimo ».

3109 Avignon, 23 décembre [1326].

Hugoni de Cardalhaco et Isabelli de Via, ut matrimonium invicem contrahere valeant indulget. (Reg. 114, fol. 165 v°, c. 1039).

« *Hugoni de Cardalhaco et dilecte in Christo filie nobili mulieri Isabelli de Via.* Quia nonnumquam per dilationes morosas contingit bonum matrimonii non absque periculis et dispendiis impediri, nos dilectorum filiorum nobilium virorum Bertrandi de Cardalhaco tui, fili Hugo, et Petri de Via tui filia Isabellis, parentum asserentium vos de consensu ipsorum et aliorum amicorum vestrorum velle matrimonium invicem contrahere, supplicationibus inclinati, ut hujusmodi matrimonium contrahi et solennizari etiam tempore a jure prohibito bannisque in ecclesia nequaquam editis, inter vos, alio tamen non obstante canonico[impedimento], valeat vobis auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo etc... Datum Avinione, X kalendas januarii ».

3110 Avignon, 28 décembre 1326.

Johanni Cerchamont, decano Pictavensi, regis Franciae cancellario, in e. m. ac eidem regi (1), ut pro Hugone, episcopo Aurasicensi, apud dictum regem partes suas interponat. (Reg. 114, fol. 107 v°, p. c. 625).

« In e. m. mutatis mutandis dicti cancellario regis usque : quocirca tuam prudentiam. Datum Avinione, V kalendas januarii, anno undecimo ».

3111 Avignon, 29 décembre 1326.

Regi Franciae, de nominatione prioris domorum Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani in Francia. (Reg. 114, fol. 107 v°, c. 627).

« *Dicto regi Francie.* Litteras regias per quas de prioratu domorum Hospitalis Sancti Johannis Jherosolimitani in Francia instabat regalis excellentia certe provideri persone benignitate recepimus consueta. Quarum serie plenius intellecta, dilectum filium Helionum de Villanova, magistrum dicti Hospitalis, duximus ad nostram presentiam propter hoc evocandum, quem juxta votum regium ad fratrem nominatum in predictis litteris ad prioratum hujusmodi quantum in eo est promovendum paratum reperimus et promptum. Sane quia extra generale capitulum non potest dicto prioratui, sicut asserit, provideri, interim taliter intendit disponere quod votis regiis quantum est in presenti sibi possibile satisfiat, et in dicto capitulo dabit operam ut plenius quod petitur impleatur. Datum Avinione, IIII kalendas januarii, anno undecimo ».

3112 Avignon, 1er janvier [1327].

De institutione capellanorum capellae Beatae Mariae Virginis in civitate Carpentoratensi ubi prius erat synagoga Iudaeorum fundata. (Reg. 114, fol. 80 v°, c. 464).

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Ut ea que — Datum Avinione, kalendis januarii ».

---

(1) Vide *supra*, n° 3106.

3113 Avignon, 6 janvier 1327.

Regi Franciae quod super negotio regis Scotiae providere nequivit. (Reg. 114, fol. 108, c. 638).

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Super negocio carissimi in Christo filii nostri .. regis Scotie illustris, excellencie regie litteris solita benignitate receptis, quia nunquam ad curiam sufficiens procuratorium rex ipse transmisit, commode super illo nequivimus providere. Datum Avinione, VIII idus januarii, anno undecimo ».

3114 Avignon, 7 janvier 1327.

Arnaldum de Verdala, de certis pecuniarum summis ex fructibus et debitis Jacobi, episcopi Mirapiscensis, tempore quo ab ecclesia Appamiensis translatus est reservatis provenientibus Cameraeque Apostolicae solutis, quittat. (Reg. 117, fol. 162 v°, c. 1021).

« *Arnaldo de Verdala, canonico Mirapiscensi* Dudum, fili, fructus — Datum Avinione, VII idus januarii, anno undecimo ».

3115 Avignon, 7 janvier 1327.

Eumdem de certis pecuniarum summis ex bonis quondam Raymundi, episcopi Mirapiscensis, reservatis provenientibus, quas una cum Johanne Regafredi, rectore ecclesiae de Mujulano, Magalonensis diocesis, collectas Camerae assignaverat, quittat. (Reg. 114, fol. 162 v°, c. 1022).

« *Eidem Arnaldo.* Dudum tibi bona — Datum ut supra ».

3116 Avignon, 17 janvier 1327.

Bertrando priori Sancti Saturnini de Portu, quod a prosecutione negocii super concordia inter comitem Sabaudiae et dalphinum Viennensem reformanda supersedeat et ad Sedem Apostolicam redeat. (Reg. 114, fol. 84 v°, c. 489).

« *Dilecto filio Bertrando, priori Sancti Saturnini de Portu, capellano nostro.* Tuarum serie litterarum percepto quod carissimus in Christo filius noster Carolus, rex Francie et Navarre illustris, super concordia inter dilectos filios nobiles viros .. comitem Sabaudie et .. dalfinum Viennensem eorumque valitores et subditos reformanda interponere nititur partes suas, volumus quod a prosecutione hujusmodi negocii pro parte nostra quoad presens supersedeas et redire ad Sedem Apostolicam non postponas. Datum Avinione, XVI kalendas februarii, anno undecimo ».

3117 Avignon, 17 janvier 1327.

Gastoni, comiti Fuxensi, quod antequam litterae suae praesentatae fuissent, de ecclesia Aquensi jam provisum erat respondet, Arnaldumque Guillelmi de Audoniis recommendatum habere promittit. (Reg. 114, fol. 116 v°, c. 706).

« *Dilecto filio nobili viro Gastoni, comiti Fuxensi.* Antequam presentate fuissent — Datum Avinione, XVI kalendas februarii, anno undecimo ».

3118 Avignon, 18 janvier [1327].

Aymericum Rollandi in e. m. ac Bituchium de Pavirano de Cesena in familiarem recipit. (Reg. 114, fol. 166 v°, p. c. 1044).

« *In e. m. nobili viro Aymerico Rollandi de Aureliaco.* Sinceritas magne devotionis — Datum Avinione, XV kalendas februarii ».

3119 Avignon, 18 janvier [1327].

In. e. m. nobili viro Amblardo de Castrolucii. (Reg. 114, fol. 166 v°, p. c. 1044).

3120 Avignon, 21 janvier 1327.

B. Pontenerii, de ordine Praedicatorum, Gastonis comitis Fuxensis nuncium, eidem comiti responsurum remittit. (Reg. 114, fol. 116 v°, c. 707).

« *Eidem* [*Gastoni, comiti Fuxensi*]. Nobilitatis tue litteris — Datum Avinione, XII kalendas februarii, anno undecimo ».

3121 Avignon, 26 janvier 1327.

Litteras super negotio subsidii quod ex certis causis ab ecclesiis regni Franciae exigit, a Guidone Caprasii, consiliario et compotorum regiorum magistro, et Hugone Quiereti, senescallo Bellicadri, nunciis regiis, praesentatas, regi Franciae recepisse nuntiat eumque ad perseverandum in Ecclesiae affectione hortatur. (Reg. 114, fol. 107 v°, c. 629).

« *Prefato regi Francie.* Ad regalis excellencie — Datum Avinione, VII kalendas februarii, anno undecimo ».

3122 Avignon, 27 janvier 1327.

Eidem regi Oliverii de Penna negocia commendat. (Reg. 114, fol. 108, c. 630).

« *Eidem regi.* Cum negocia dilecti filii nobilis viri Oliverii de Penna, condomini de Sextayrolo certa consideratione cordi nostro insideant, ipsum et hujusmodi sua negocia celsitudini regie commendamus. Datum Avinione, VI kalendas februarii, anno undecimo ».

3123 Avignon, 27 janvier 1327.

Alfonso de Hispania idem negotium commendat. (Reg. 114, fol. 108, c. 631).

« *Dilecto filio nobili viro Alfonso de Hispania, domino de Lunello.* Cum negocia dilecti — Datum ut supra ».

Item in e. m. Johanni de Cerchamont, decano ecclesiae Pictavensis, Caroli regis Franciae cancellario. (Reg. 114, fol. 108, p. c. 631).

3124 Avignon, 27 janvier 1327.

Ludovico, comiti Claromontensi, de aprinis carnibus regratiatur. (Reg. 114, fol. 108, c. 632).

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, comiti Claromontensi.* Aprinas carnes nuper — Datum ut supra ».

3125 Avignon, 27 janvier 1327.

Agneti, comitissae Gebennensi, de trottis regratiatur (Reg. 114, fol. 108, c. 633).

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Agneti, comitisse Gebennensi.* Trottas nuper nobis — Datum ut supra ».

3126 Avignon, 27 janvier 1327.

Regi Franciae quod petitionem suam pro Galtero Wynam, clerico, admittere non potuit. (Reg. 114, fol. 108, c. 639).

« *Eidem regi* [*Francie*]. Solita benignitate recepimus litteras quibus pro Galtero Wynam, clerico ... diocesis excellencia regia nos rogavit; verum si regalis prudencia nosceret quam prodicionaliter contra nos et Ecclesiam Sanctam Dei se habuit, nos pro ipso, fili carissime, non rogasses. Datum ut supra ».

3127 Janvier 1327, après le 16.

Rescriptum litterarum regis Castellae negotium Alfonsi tangentium eidem Alfonso destinat. (Reg. 114, fol. 108, c. 636).

« *Eidem Alphonso* [*de Hispania, domino de Lunello*]. Die sextadecima presentis mensis januarii litteras carissimi in Christo filii nostri Alfonsi regis Castelle illustris recepimus super negocio te tangente, quarum rescriptum nobilitati tue ut inde prospicere consultius quid sit agendum valeas destinamus ».

3128 Avignon, 31 janvier 1327.

Geraldo de Bisturre, et Petro Papacii, audito quod nuntii ad Franciam missi pro subsidio contra rebelles Italiae a personis ecclesiasticis obtinendo terminos commissionis suae excesserant, scribit ut prudenter procedant ab ecclesiis pauperibus nihil postulando. (Reg. 114, fol. 108, c. 637 et fol. 109 v°, c. 654).

« *Dilectis filiis Geraldo de Bisturre, decano ecclesie Andegavensi, et Petro Papacii, clerico, Albiensis diocesis, Apostolice Sedis nunciis.* Nuper accepimus admiranter — Datum Avinione, II kalendas februarii, anno undecimo ».

3129 Avignon, 31 janvier 1327.

In e. m. Petro Arquerii, decano Rothomagensis, et Petro de Bisuntio, rectori de Joio, Lingonensis diocesis ecclesiarum, Apostolicae Sedis nunciis. (Reg. 114, fol. 109 v°, p. c. 654).

3130 Avignon, 31 janvier 1327.

In e. m. Geraldo de Asserio, abbati monasterii Trenorchiensis, Cabilonensis, et Hugoni de Veyraco ,priori ecclesiae de Grandiroca, Caturcensis diocesum, Apostolicae Sedis nunciis. (Reg. 114, fol. 109 v°, p. c. 654).

3131 Avignon, 5 février [1327] (1).

Archiepiscopo Auxitano, de provisione ecclesiae Aquensis Apostolicae Sedis reservata. (Reg. 114, fol. 113, c. 690).

« .. *archiepiscopo Auxitano.* Cum nos dudum provisionem ecclesie Aquensis diu ante obitum bone memorie Garcie, episcopi Aquensis, nobis et Sedi Apostolice duxerimus ea vice certis causis rationabilibus que ad id nostrum induxerunt animum reservandam, decernentes extunc irritum et inane si secus per quoscunque scienter vel ignoranter contingeret super hiis attemptari, et pridem ad nostram deducto noticiam quod prefata ecclesia per obitum ejusdem episcopi erat pastoris solatio destituta, nos eidem, ne amplius vacationis subjaceret incomodis providere volentes, de persona dilecti filii Bernardi, electi Aquensis, prefate ecclesie duximus de fratrum nostrorum consilio providendum, ipsum eidem preficiendo in episcopum et pastorem. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus eidem districtius nichilominus inhibentes quatinus, si dilecti filii .. capitulum ejusdem ecclesie forsan ad electionem aliquam de pastore preficiendo in eadem ecclesia procederent, vel etiam processissent, de confirmatione illius que inanis existeret et irrita te nullatenus intromittas. Datum Avinione, nonis februarii ».

3132 Avignon, 5 février [1327].

Capitulo ecclesiae Aquensis de eodem, ne ad episcopi electionem procedant. (Reg. 114, fol. 113, c. 691).

(1) Dans la marge supérieure du fol. 113 : *Note patentes Vasconie anno undecimo.*

« *Capitulo ecclesie Aquensis.* Cum nos dudum — Datum ut supra ».

3133 Avignon, 8 février 1327.

Guillelmo, archiepiscopo Auxitano, de eodem. (Reg. 114, fol. 116 v°, c. 708).

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Auxitano.* Super eo quod nobis presumptam electionem in ecclesia Aquensi, cujus provisionem diu ante obitum bone memorie Garcie, episcopi Aquensis, ea vice nobis et Sedi Apostolice duximus reservandam, et alia negocium illud contingencia insinuare tua fraternitas procuravit, tuam in hac parte diligenciam plurimum in Domino commendantes, ecce quod tam tibi quam dilectis filiis capitulo ejusdem ecclesie super inhibitione ne contra reservationem nostram predictam attemptetur aliquid patentes nostras litteras destinamus. Datum Avinione, VI idus februarii, anno undecimo ».

3134 Avignon, 9 février 1327.

Archiepiscopo Tarantasiensi in eodem modo ac episcopo Gebennensi de solutione decimae triennalis in diocesi Tarantasiensi impositae scribit. (Reg. 114, fol. 81 v°, p. c. 467).

« *In e. m. ut in prima, archiepiscopo Tarantasiensi.* Dudum pro multis — Datum Avinione, V idus februarii, anno undecimo ».

3135 Avignon, 9 février 1327.

Eidem archiepiscopo Tarantasiensi in e. m. ac episcopo Gebennensi mandat ut praefatam decimam sub certis poenis persolvat facultatemque omnia ad collectionem necessaria faciendi ei concedit. (Reg. 114, fol. 81 v°, p. c. 467).

« *Item alia eidem, sicut in secunda.* Dudum pro multis — Datum ut supra ».

3136 Avignon, 9 février [1327].

Guillelmo de Sura collectionem decimae triennalis in provincia Lugdunensi, pro illa parte quae de regno

Franciae non existit exigendae committit. (Reg. 114, fol. 99 v°, c. 562).-

« *Guillelmo de Sura, archidiacono Lugdunensi.* Dudum pro multis — Datum Avinione, V idus februarii ».

3137 Avignon, 9 février 1327.

Archiepiscopo Lugdunensi caeterisque personis ecclesiasticis provinciae Lugdunensi ut eamdem decimam persolvant. (Reg. 114, fol. 100, c. 563).

« *Venerabili fratri archiepiscopo Lugdunensi, et dilectis filiis abbatibus etc. ut supra .. usque dudum.* Dudum pro multis — Datum ut supra ».

3138 Avignon, 11 février [1327].

Lanceloto de Perperiis, Jacobo Folquerii et Guillelmo Ruffi, ut bona quondam Petri, episcopi Aniciensis, recipiant et conservent. (Reg. 114, fol. 100 v°, c. 567).

« *Lanceloto de Perperiis, thesaurario, ac Jacobo Folquerii et Guillelmo Ruffi, canonicis ecclesie Aniciensis.* Fidedigna relatione percepto — Datum Avinione, III idus februarii ».

3139 Avignon, 11 février [1327].

Ermengaudo de Pozolis, ut bona quondam Garciae, episcopi Aquensis, conservet. (Reg. 114, fol. 113, c. 692).

« *Ermengaudo de Pozolis, archidiacono de Pardiaco in ecclesia Auxitana.* Fidedigna relatione percepto — Datum Avinione, III idus februarii ».

3140 Avignon, 13 février 1327.

Philippo de Sabaudia, ut Johannem Loranni de Villabaxilice, Lucanae diocesis, litterarum apostolicarum abusorem, episcopo Taurinensi assignet. (Reg. 114, fol. 85, c. 492).

« *Dilecto filio nobili viro Philippo de Sabaudia.* Presentate nobis tue — Datum Avinione, idibus februarii, anno undecimo ».

3141 Avignon, 13 février [1327].

Guillelmo Ruffi, ut bona quondam Petri, episcopi Aniciensis, recipiat et conservet. (Reg. 114, fol. 98 v°, c. 559).

« *Guillelmo Rufi, canonico Aniciensi.* Fidedigna relatione percepto — Datum Avinione, idibus februarii ».

3142 S. d [17 janvier 1327 au 13 février 1327] (1).

Guigoni, dalphino Viennensi, ut Petrum Isoardi, militem commendatum habeat nec eum molestari permittat. (Reg. 114, fol. 85, c. 490).

«*Dilecto filio nobili viro Guigoni dalfino Viennensi.* Dilectum filium nobilem — uberes teneamur ».

3143 S. d. (du 17 janvier au 13 février 1327?] (2).

Henrico Dalfini de eodem ut praefatum Guigonem nepotem suum ad praemissa inducat. (Reg. 114, fol. 85, c. 491).

« *Dilecto filio nobili viro Henrico Dalfini, domini Montisalbani.* Dilectum filium etc... opprimi etc... ».

3144 Avignon, 18 février 1327.

Guigoni, dalphino Viennensi, et Henrico Dalphini licentiam ad partes Franciae cum ipsis proficiscendi Pontio, abbati Sancti Antonii Viennensis diocesis se concessisse nuntiat. (Reg. 114, fol. 85, c. 493).

« *Dilectis filiis nobilibus viris Guigoni, dalfino Viennensi, et Henrico Dalfini, domino Montisalbani.* Nobilitatis vestre litteris, per quas vos in proximo proficisci debere ad partes Francie intimantes nobis humiliter supplicastis ut dilecto filio Poncio, abbati monasterii Sancti Antonii, Viennensis diocesis, cujus presenciam vobis existere multipliciter oportunam asseritis, ad partes vobiscum proficiscendi predictas impertiri dignaremur licentiam,

(1) Dates des bulles entre lesquelles cette bulle et la suivante, dont la date manque, sont transcrites, les bulles 3116 (cap. 489) et 3140 (cap. 492).

(2) Cf. ci-dessus, n. 3142.

solita benignitate receptis, ecce, filii, quod supplicationi vestre hujusmodi favorabiliter annuentes, eidem abbati licenciam concessimus postulatam. Datum Avinione, XII kalendas marcii, anno undecimo ».

3145 Avignon, 20 février 1327.

Guillelmo de Surra, ut ad exactionem subsidii ab archiepiscopo Lugdunensi pro repressione haereticorum Lombardiae oblati procedat. (Reg. 114, fol. 85, c. 494).

« *Dilecto filio Guillelmo de Sura, archidiacono Lugdunensi.* Cum oblatum per — Datum Avinione, X kalendas marcii, anno undecimo ».

3146 Avignon, 20 février 1327.

Archiepiscopo Viennensi, ut deciman triennalem in diocesi sua impositam, quae pro uno anno colligenda est, recipiat et Camerae transmittat. (Reg. 114, fol. 81 v°, c. 468).

« .. *archiepiscopo Viennensi.* Cum sicut accepimus — Datum Avinione, X kalendas marcii, anno undecimo ».

3147 Avignon, 20 février [1327].

Archiepiscopo Lugdunensi, quod ecclesias et loca ecclesiastica suae provinciae usque ad unum annum per alium visitare procurationesque recipere moderatas possit. (Reg. 114, fol. 100, c. 564).

« *Eidem archiepiscopo* [*Lugdunensi*]. Meritis tue devotionis — Datum Avinione, X kalendas marcii ».

3148 Avignon, 20 février [1327].

Avinionensi et Sistaricensi praepositis, ac archidiacono de Figiaco, ut deputandos a praefato archiepiscopo ad dictum visitationis officium admitti eisque de procurationibus responderi faciant. (Reg. 114, fol. 100 v°, c. 565).

« *Dilectis filiis .. Avinionensi et Sistaricensi prepositis ac .. archidiacono de Figiaco in ecclesia Caturcensi.* Meritis venerabilis fratris — Datum ut supra ».

3149 Avignon, 21 février [1327].

Guillelmo de Sura, quod officium visitationis Lugdunensis provinciae assumere possit, si eum Petrus archiepiscopus ad hoc evocaverit. (Reg. 114, fol. 100 v°, c. 566).

« *Guillelmo de Sura, archidiacono Lugdunensi.* Pridem venerabilis fratris — Datum Avinione, IX kalendas marcii ».

3150 Avignon, 21 février 1327.

Johanni de Grandissono una cum Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, de Anglia in Franciam reverso, scribit ut ad prosequendum pacis negotium studeat, non recessurus quamdiu praesentia sua fuerit oportuna ; sin minus, redeat. (Reg. 114, fol. 108 v°, c. 640).

« *Dilecto filio Johanni de Grandissono, archidiacono Notingie in ecclesia Eboracensi, capellano nostro, Apostolice Sedis nuncio.* Te rediisse una cum venerabili fratre nostro Guillelmo, archiepiscopo Viennensi de Anglia in Franciam innotuere tue devocionis littere novissime nobis misse. Sane ad prosequendum commissum tibi una cum eodem archiepiscopo pacis negocium te solicite intendere volumus et hortamur, non recessurus de illis partibus quamdiu tuam et ipsius archiepiscopi prefato negocio presenciam ambo noveritis oportunam ; et, si forsan, quod absit, eadem presencia nobis inutilis videretur, cura cum ipso ad nostram presentiam cum beneplacito regio te conferre. Datum Avinione, IX kalendas martii, anno undecimo ».

3151 Avignon, 23 février 1327.

Regi Franciae ut tempus Heliae, Lemovicensi electo, apud Sedem Apostolicam remanendi prius concessum, usque ad unius anni spatium ulterius prorogare velit. (Reg. 114, fol. 108 v°, c. 641).

« *Dicto regi* [*Francie*]. Cum dilectus filius Helias, electus Lemovicensis, certis inevitabilibus negociis juxta nos apud Sedem Apostolicam occupatus, infra tempus sibi ad prestandum et faciendum ea

que pro temporalibus ecclesie sue Lemovicensis regie celsitudini parare tenetur, dudum nostrarum precum instantia de benignitate regia prorogatum, regalis excellencie presenciam comode nequiverit adivisse, serenitatem regiam attencius deprecamur quatinus eundem electum adhuc ad eandem presenciam [adire] similibus prepeditum negociis non valentem et suam predictam ecclesiam pro divina et Apostolice Sedis reverencia uberiori favore pertractans, tempus hujusmodi sic velit concessis oportunis litteris regiis usque ad unius anni spacium ulterius prorogare quod eisdem electo et ecclesie propter cessationem premissorum prejudicium non paretur, et proinde ad gratiarum actiones uberes sublimitati regie teneamur. Datum Avinione, VII kalendas marcii, anno undecimo ».

3152 Avignon, 23 février 1327.

Alfonso de Hispania, ut pro eodem apud praefatum regem partes suas interponat. (Reg. 114, fol. 108 v°, c. 642).

« *Nobili viro Alfonso de Hispania, domino de Lunello.* Cum carissimo in — Datum ut supra proxime ».

3153 Avignon, 23 février 1327.

In e. m. cancellario dicti regis. (Reg. 114, fol. 108 v°, p. c. 642).

3154 Avignon, 26 février 1327.

Archiepiscopo Bisuntino et universis personis ecclesiasticis Bisuntinae diocesis, ut aliquod subsidium pro repressione haereticorum Italiae dent fidemque Petro Guigonis de Castronovo, Lingonensis, et Petro de Viveriis, Vivariensis ecclesiarum canonicis, nuntiis apostolicis, adhibeant. (Reg. 114, fol. 176, c. 1095).

« *Venerabili fratri .. archiepiscopo Bisuntino, et dilectis filiis universis abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, capitulis, collegiis, conventibus et aliis personis ecclesiasticis tam secularibus quam regularibus, exemptis et non exemptis, ordinum quorumcumque, necnon domorum Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, beate Marie Theotonicorum et Calatravensis magistris, prioribus et preceptoribus in civitate et diocesi Bisuntinis constitutis.* Si uni membro — Datum Avinione, IIII kalendas marcii, anno undecimo ».

3155 Avignon, 26 février 1327.

In e. m. episcopo Bellicensi etc... (Reg. 114, fol. 176, p. c. 1095).

3156 Avignon, 26 février 1327.

Episcopo Metensi et personis ecclesiasticis Metensis diocesis, de eodem. (Reg. 114, fol. 176 v°, p. c. 1095).

« *Venerabili fratri .. episcopo Metensi, et dilectis filiis etc... ut supra, mutatis mutandis.* Si uni membro — Datum ut supra ».

3157 Avignon, 26 février 1327.

In e. m. episcopo Virdunensi etc. (Reg. 114, fol. 176 v°, p. c. 1095).

3158 Avignon, 26 février 1327.

Archiepiscopo Viennensi et universis personis ecclesiasticis Viennensis diocesis, de eodem subsidio procurando, et ut fidem Guillelmo de Sura, archidiacono Lugdunensi, nuncio apostolico, adhibeant. (Reg. 114, fol. 176 v°, c. 1096).

« .. *archiepiscopo Viennensi et dilectis filiis etc... ut supra in prima, mutatis mutandis.* Si uni membro — Datum ut supra ».

3159 Avignon, 26 février 1327.

In e. m. episcopo Valentino et Diensi etc. (Reg. 114, fol. 176 v°, p. c. 1096).

3160 Avignon, 26 février 1327.

In e. m. electo Vivariensi etc. (Reg. 114, fol. 176 v°, p. c. 1096).

3161 Avignon, 26 février 1327.

In e. m. episcopo Gratianopolitano etc.. (Reg. 114, fol. 176 v°, p. c. 1096).

3162 Avignon, 26 février 1327.

In e. m. episcopo Maurianensi etc... (Reg. 114, fol. 176 v°, p. c. 1096).

3163 Avignon, 26 février 1327.

Archiepiscopo Bisuntino, ut in exhibitione subsidii contra haereticos de Italia petiti se liberalem ostendere velit. (Reg. 114, fol. 176 v°, c. 1097).

« .. *archiepiscopo Bisuntino.* Seviente crudeliter in — Datum Avinione, IIII kalendas marcii ».

3164 Avignon, 26 février 1327.

In e. m. episcopo Bellicensi. (Reg. 114, fol. 176 v°, p. c. 1097).

3165 Avignon, 26 février 1327.

Archiepiscopo Viennensi etc.. de eodem. (Reg. 114, fol. 176 v°, p. c. 1097).

« .. *archiepiscopo Viennensi et ejus suffraganeis, ut supra* ».

3166 Avignon, 26 février 1327.

In e. m. episcopo Metensi « Seviente etc. .. Datum ut supra ». (Reg. 114, fol. 176 v°, p. c. 1097).

3167 Avignon, 26 février 1327.

In e. m. episcopo Tullensi. (Reg. 114, fol. 176 v°, p. c. 1097).

3168 Avignon, 26 février 1327.

In e. m. episcopo Virdunensi. (Reg. 114, fol. 176 v°, p. c. 1097).

3169 [Avignon], 27 février 1327.

Regi Franciae episcopum Vivariensem ad regalem praesentiam pro certis ejus et ecclesiae Vivariensis expediendis negociis accedentem commendat. (Reg. 114, fol. 108 v°, c. 643).

« *Eidem regi* [*Francie*]. Venerabilem fratrem nostrum — Datum III kalendas marcii, anno XI° ».

3170 27 février 1327.

Alphonso de Hispania, ut pro eodem episcopo apud dictum regem partes suas interponat. (Reg. 114, fol. 108 v°, c. 644).

« *Eidem Alfonso* [*de Hispania*]. Cum venerabilis frater — Datum ut supra ».

3171 27 février 1327.

In e. m. ejusdem regis cancellario. (Reg. 114, fol. 108 v°, p. c. 644).

3172 Avignon, 28 février 1327.

Eidem Alphonso, de receptione nuntiorum regis Franciae et de diversis negociis expediendis. (Reg. 114, fol. 108, c. 634).

« *Dilecto filio nobili viro Alfonso de Hispania, domino de Lunello.* Venientes ad nostram presenciam dilecti filii nobiles viri Guido Caprasii, consiliarius, et Hugo Quereti, senescallus Bellicadri, milites regii, nobis regias de credencia et tue nobilitatis litteras presentarunt, quibus benigne receptis, et eorum audita credencia sibi per litteras commissa regias, illam consonare comperimus hiis que tue predicte littere continebant, indubie supponentes tue in hac parte solicitudinis studium profuisse. Super quibus tue devotionis promptitudinem multipliciter in Domino cum gratiarum actionibus commendantes, nobilitatem tuam attencius deprecamur quatinus super amovendis impedimentis in negocio ipso prestitis procuret tua providencia expediri celeriter litteras regias oportunas. Super alio vero negocio de quo in dictis litteris regiis mentio habebatur, per nostras alias eidem regi respondemus litteras sicut in eis videre poteris contineri. Ad hec que

dilectus filius nobilis vir Arnaldus Dueza, vicecomes Caramanni, habet expedire in curia regia, nobilitati tue quanto valemus affectius commendamus. Datum Avinione, II kalendas februarii, anno undecimo ».

3173 Avignon, 28 février 1327.

Johanni Cerchamont, de dictorum nuntiorum receptione, et de subsidio pro repressione haereticorum et rebellium partium Italiae postulato. (Reg. 114, fol. 108, c. 635).

« *Johanni Cerchamont, decano Pictavensi, dicti regis cancellario.* Ad nostram venientes presenciam dilecti filii nobiles viri Guido Caprarii, consiliarius, et Hugo Quereti, senescallus Bellicadri, milites regii, nobis litteras regias de credencia presentarunt suamque super facto subsidii pro repressione hereticorum et rebellium partium Italie postulati votivam exposuerunt credenciam coram nobis. Nos autem indubie supponentes tue in hac parte solicitudinis studium multipliciter profuisse, provide tue devotionis promptitudinem plurimum in Domino cum gratiarum actionibus commendamus, tuam providenciam attentius deprecantes quatinus super ammovendis impedimentis in eodem negocio appositis sicut nosti, velis oportunas litteras regias facere celeriter expediri ; super alio vero negocio etc. ut supra in proxima usque ad hec etc. Datum ut supra proxima ».

3174 Avignon, 2 mars 1327.

Abbati monasterii Sancti Germani de Pratis, Armanno de Narcesio et Bartholomaeo de Calamandrava, judicibus, mandat ut detentores bonorum quondam Symonis Rati, prioris domus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani in regno Franciae de jure et antiqua consuetudine ad magistrum et Hospitale praedictos spectantium, ad restitutionem compellant. (Reg. 114, fol. 101, c. 571).

« Significavit (1) nobis dilectus filius Elyonus de Villanova, magister Hospitalis Sancti Johannis Jherosolimitani, quod pridem Symone Rati, priore domus Hospitalis in regno Francie, humanis rebus abducto, nonnulli tam Hospitalis predicti quam alie ecclesiastice seu seculares persone de pecunia, arnesiis et rebus dicti quondam Symonis apud eum sui obitus tempore consistentibus, ac de jure et antiqua consuetudine ad magistrum et Hospitale predictum spectantibus, quedam indebite surripuerunt, receperunt et habuerunt, que ad huc detinent minus juste in animarum suarum periculum, grave dispendium prefatorum magistri et Hospitalis, ac scandalum plurimorum ; super quibus per dictum magistrum nostre provisionis remedio suppliciter implorato, nos, gerentes de vestre circumspectionis in Domino fiduciam specialem, discretioni vestre per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios, auctoritate nostra canonice ac peremptorie monere curetis quascumque personas cujuscunque dignitatis, status, ordinis vel conditionis existant, etiam si episcopali vel quavis alia dignitate prefulgeant, ut infra certum et competentem terminum, quem eis prefigendum duxeritis, asportantes videlicet, recipientes et habentes seu detinentes peccuniam, arnesia, res et bona predicta seu aliqua ex eisdem, illa prefato magistro seu ejus procuratori, nomine suo et Hospitalis predicti, restituere integraliter debent cum effectu ; scientes vero ex dilectis filiis fratribus dicti Hospitalis per quos asportata, recepta seu habita fuerint, vel ad ipsos quocunque modo pervenerint pecuniam, arnesia, res et bona hujusmodi prefato magistro seu ejus procuratori suo et dicti Hospitalis nomine revelent, seu etiam manifestent. Alioquin, adversus personas de premissis culpabiles, que hujusmodi monitioni contumaciter obedire neglexerint, de quibus simpliciter, summarie et de plano sine strepitu et figura judicii, vobis constiterit, auctoritate premissa per excommunicationis, suspentionis (*sic*) et interdicti sentencias canonice procedatis, quas in locis earum partium de quibus expedire videritis publicari et observari usque ad satisfactionem premissorum condignam inviolabiliter faciatis. Datum Avinione, VI nonas marcii, anno undecimo

« *Judices : Abbas monasterii Sancti Germani de Pratis prope Parisius, Armannus de Narcesio, decanus Sancti Stephani de Tescone, Montisalbane, Bartholomeus de Calamandrava canonicus Ebroicensis ecclesiarum* ».

(1) L'adresse est donnée après la date.

3175 Avignon, 9 mars 1327.

Ludovico, episcopo Metensi, Bernardum de Camiaco, canonicum Albiensem, physicum suum transmittit. (Reg.

114, fol. 145, c. 900; — Riezler, *Vatikanische Akten*, n. 818, p. 320).

« *Ludovico, episcopo Metensi.* De tue fraternitatis statu quem utique sospitem affectamus desiderantes habere certitudinem pleniorem, ecce ad te dilectum filium magistrum Bernardum de Cauriaco, canonicum Albiensem, phisicum nostrum, virum in medicina sciencia approbatum, duximus transmittendum; qui statum ipsum vel scripto vel verbo referat, et si expediens fuerit tecum remaneat ad tui salutem corporis, una cum tuis medicis aliis, quantum sciet et poterit, Dei preeunte auxilio, procurandam. Tu autem, frater carissime, circa salutem anime a qua nonnunquam salus procedit corporis, sicut vir prudens sedule vigila et pro hiis que illi oportuna videris ad nos recursum habere festina. Gracia Dei sit tecum teque a discrasia ista liberet et ad suum obsequium per tempora longiora conservet. Datum Avinione, VII idus marcii, anno undecimo ».

3176 Avignon, 10 mars 1327.

Petrum Ricavi et Guillelmum de Concosio, de quibusdam pecuniarum summis ex sexennali triennalique decimis in Arelatensi, Aquensi, Viennensi, Lugdunensi, Ebredunensi, Bisuntina ac Tarantasiensi diocesibus et provinciis provenientibus quas Camerae assignaverunt, quittat. (Reg. 114, fol. 163, c. 1024).

« *Petro Ricavi, sacriste Avinionensis, et Guillelmo de Concosio canonico Autisiodorensis ecclesiarum.* Cum sicut in — Datum Avinione, VI idus marcii, anno undecimo ».

3177 Avignon, 12 mars 1327.

Regis Franciae cancellario negotia Petri Ruthenensis episcopi in Francia pertractanda commendat. (Reg. 114, fol. 109, c. 645).

« *Eidem cancellario* [*regis Francie*]. Negocia venerabilis fratris — Datum Avinione, IIII idus marcii, anno undecimo ».

3178 [Avignon, 15 mars 1327].

Philippo, comiti Valesii, ut Jacobum Tomacelli, militem Neapolitanum, nuntium Caroli, ducis Calabriae, commendatum habeat. (Reg. 114, fol. 109, c. 646).

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, comiti Valesii.* Cum dilectus filius magnificus vir Carolus, carissimi in Christo filii nostri Roberti, regis Sicilie illustris primogenitus, dux Calabrie, sororius tuus, dilectum filium Jacobum Tomacelli, militem Neapolitanum, nuncium suum ad partes ipsas pro certis negociis suis mittat, rogamus nobilitatem tuam et hortamur attente quatinus dictum militem super illis, contemplatione nostri et prefati ducis intuitu, propensius habeas comendatum.

« In e. m. Alfonso de Hispania, domino de Lunello. Datum Avinione, idibus marcii, anno undecimo ».

3179 Avignon, 15 mars 1327.

Guillelmum archiepiscopum Senonensem, de ipsius statu certiorem facit, ei de subsidio transmisso regratiatur petitionesque suas exaudisse respondet. (Reg. 114, fol. 109, c. 647).

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo (sic) Senonensi.* Satisfacientes frater, ut — Datum ut supra proxime ».

3180 Avignon, 15 mars 1327.

Henrico de Suliaco, de infirmitate compatitur eique responsum petitionibus suis per Philippum de Meleduno, canonicum Parisiensem transmittit. (Reg. 114, fol. 109 v°, c. 648).

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino de Suliaco, buticulario Francie.* Tua egritudine corporis — Datum ut supra ».

3181 Avignon, 15 mars 1327.

Henricum de Vavagor, de ipsius statu certiorem facit eique de venatione regratiatur. (Reg. 114, fol. 109 v°, c. 655).

« *Dilecto filio nobili viro Henrico de Vavagor, domino de Goylob.* Ut juxta devotam Datum Avinione, idibus martii, anno undecimo ».

3182 Avignon, 18 mars 1327.

Religiosis monasterii de Belloloco Nicosiensi, ut ossa quondam Amanevi de Astariaco, Bernardi comitis nati, nuntiis abbatis monasterii Berdonarum, Auxitanae diocesis, assignent. (Reg. 114, fol. 92 v°, c. 527).

« . . *abbati et conventui monasterii de Belloloco Nicosiensi, Cisterciensis ordinis.* Nuper relatibus intelleximus fidedignis quod quondam Amanevus de Astariaco, dilecti filii nobilis viri Bernardi, comitis Astariacensis natus, qui dudum in illis partibus, sicut Domino placuit, diem clausit extremum, in vestro monasterio disposuit sepeliri, nichilominus ordinando quod ejus ossa pro tempore ad monasterium Berdonarum, Cisterciensis ordinis, Auxitane diocesis, transferrentur. Nos autem attendentes ordini et monasterio Berdonarum expedire predictis quod ossa dicti Amanevi ad ipsum monasterium transferantur, presertim propter dictum comitem et alios magnates de genere suo eidem vicinos monasterio, quorum devotio quam ad illud habent specialiter, ut accepimus, ex hoc poterit aucmentari (*sic*), discretionem vestram requirimus attencius et hortamur vobis nichilominus per apostolica scripta mandantes quatinus ossa hujusmodi procuratoribus seu nunciis dilecti filii . . abbatis dicti monasterii Berdonarum, et comitis antedicti transferenda, sicut premittitur, quamvis etiam dictum Amanevum hoc ordinasse non constaret, assignare liberaliter studeatis. Datum Avinione, XV kalendas aprilis, anno undecimo ».

3183 Avignon, 18 mars 1327.

Hugoni, regi Cypri, praefatos nuntios commendat. (Reg. 114, fol. 93, c. 530).

« *Eidem regi* [*Hugoni, regi Cypri*]. Cum dilecti filii . . abbas monasterii Berdonarum, ordinis Cisterciensis, Auxitane diocesis, et nobilis vir Bernardus, comes Astariacensis, pro transferendis ad dictum monasterium ossibus quondam Amanevi de Astariaco, dicti comitis nati, qui dudum, sicut Domino placuit, in partibus illis decedens, in monasterio de Belloloco Nicossiensi, ejusdem ordinis, disposuit sepeliri, nichilominus ordinando, sicut accepimus, quod ejus ossa ad dictum Berdonarum monasterium transferrentur, suos procuratores seu nuncios ad partes illas providerint destinandos, nosque dilectis filiis . . abbati et conventui predicti monasterii de Belloloco quod eisdem procuratoribus et nunciis ossa studeant assignare hujusmodi damus per alias nostras litteras in mandatis, regalem excellenciam rogamus attencius et hortamur quatinus predictis procuratoribus et nunciis velit regia sublimitas pro divina et Apostolice Sedis reverencia super hiis favorem regium impertiri. Datum Avinione, XV kalendas aprilis, anno XI° ».

3184 Avignon, 18 mars 1327.

Universis praelatis, nobilibus personisque ecclesiasticis aut laycis, ut praefatos procuratores et nuntios abbatis monasterii Berdonarum ossa quondam dicti Amanevi de Astariaco deferentes commendatos habeant eisque assistant. (Reg. 114, fol. 172 v°, c. 1073).

« *Venerabilibus fratribus . . archiepiscopis et episcopis, etc... ut supra usque pervenerint.* Cum procuratores et — Datum Avinione, XV kalendas aprilis, anno undecimo ».

3185 Avignon, 20 mars 1327.

Guillelmo, episcopo Lectorensi, ut inquirat contra quosdam abusores litterarum apostolicarum quos in carcere tenet detentos, et contra eos procedat prout justum fuerit. (Reg. 82, cur., fol. 5 v°, c. 22).

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Lectorensi, salutem etc.* Alma mater Ecclesia — Datum Avinione, XIII kalendas aprilis, anno undecimo ».

3186 Avignon, 21 mars 1327.

Isabelli de Francia, quod petitiones suae pro Francisco de Crista, clerico Valentino, exaudiri non potuerunt. (Reg. 114, fol. 85 v°, c. 497).

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Isabelli de Francia, dalfine Viennensi.* Litterarum et intercluse

petitionis serie, quas misit nobis tua nobilitas pro dilecto filio Francisco de Crista, clerico Valentinensi, diligenter inspecta, quia non recolimus, filia, talem consuevisse gratiam facere sicut petita ex ipsa petitione suppletio exigebat, merito in hac parte nos habeat dicta tua nobilitas excusatos. Datum Avinione, XII kalendas aprilis, anno undecimo ».

3187 Avignon, 21 mars 1327.

Michaeli Monachi, ut Petrum Trencavelli, Bitterensis diocesis, et Andream ejus filiam, haereticos, Johanni de Prato, ordinis Praedicatorum, inquisitori haereticae pravitatis in partibus Carcassonensibus restituat. (Reg. 114, fol. 81 v°, c. 469).

« *Michaeli Monachi, de ordine fratrum Minorum, inquisitori heretice pravitatis in partibus Provincie auctoritate apostolica deputato.* Ex insinuatione dilecti — Datum Avinione, XII kalendas aprilis, anno undecimo ».

3188 Avignon, 21 mars 1327.

Guillelmo Astre, ut praefato Johanni de Prato transsumptum confessionis quondam Bernardi Martini, presbyteri Narbonensis, haeretici, assignat. (Reg. 114, fol. 82, c. 470).

« *Guillelmo Astre, ordinis fratrum Minorum, inquisitori heretice pravitatis in partibus Provincie auctoritate apostolica deputato.* Dilecti filii Johannis de Prato, ordinis fratrum Predicatorum inquisitoris heretice pravitatis in partibus Carcassone auctoritate apostolica deputati supplicationibus inclinati, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus transsumptum confessionis coram te facte per quondam Bernardum Martini presbiterum Narbonensem, olim, sicut accepimus, in eisdem partibus super crimine heresis convictum, et ad cruces deferendas publice condempnatum ac postea relapsum, et etiam fugitivum, qui per te nuper apud Sedem Apostolicam de mandato nostro super hiis procedente relictus extitit, exigente justitia, curie seculari, eidem inquisitori vel ejus certo nuncio sub manu publica, ut per illam informari de fautoribus et complicibus dicti heretici plenius valeat, cessante difficultatis obstaculo, studeas assignare. Datum ut supra ».

3189 Avignon, 21 mars 1327.

Praedicto Johanni de Prato de eodem et de compositione cum Carcassonensibus facienda. (Reg. 114, fol. 109, c. 649).

« *Dilecto filio Johanni Petro* (1) *de Prato, ordinis fratrum Predicatorum, inquisitori heretice pravitatis in partibus Carcassonensibus auctoritate apostolica deputato.* Litteras tuas benigne recepimus et que continebantur in eis sano collegimus intellectu, operosam diligenciam quam adhibere non cessas super negocio fidei plurimum in Domino commendantes. Et ecce quod dilectis filiis Michaeli Monachi et Guillelmo Astre, de ordine fratrum Minorum, inquisitoribus heretice pravitatis in partibus Provincie auctoritate apostolica deputatis super restituendo Petrum Trencavelli dampnatum et Andream, ejus filiam suspectam de heresi, et confessionem Bernardi Martini, dudum relapsi et curie seculari apud Avinionem relicti, tibi vel tuo certo nuncio juxta tue petitionis instanciam assignandi litteras dirigimus oportunas. Ceterum super compositione facienda cum Carcassonensibus de qua tue predicte faciebant littere mentionem, te sic prudenter et consulte procedere volumus quod nulla possit exinde suspitio probabiliter exoriri, circa quod expediens crederemus quod venerabilis frater noster .. episcopus Carcassonensis super tractatu compositionis hujusmodi vocaretur. Datum Avinione, XII kalendas aprilis, anno undecimo ».

3190 Avignon, 21 mars 1327.

Caroli, regi Franciae, Geraldi electi monasterii Trenorchiensis negotia commendat. (Reg. 114, fol. 109, c. 650).

« *Carolo, regi Francie et Navarre.* Cum dilectus filius Geraldus electus monasterii Tenrachiensis (1), ordinis sancti Benedicti, Cabilonensis diocesis, quedam in regno tuo habeat sua et ejusdem monasterii sui negocia expedire, serenitatem regiam rogamus et hortamur attente quatinus ipsum in illis contemplatione nostri favorabiliter habeas comendatum, ita quod super hiis magnificenciam regiam dignis in Domino laudibus comendemus. Datum Avnione ut superiori proxima ».

(1) *Sic.*

3191 Avignon, 21 mars 1327.

Oddoni duci Burgundiae, de eodem, ut attemptata contra praefatum electum revocari faciat. (Reg. 114, fol. 109, c. 651).

« *Dilecto filio nobili viro Ottoni, duci Burgundie.* Cum dilectus filius — Datum ut supra ».

3192 Avignon, 21 mars 1327.

Philippo comiti Valesii, de provisione canonicatus, praebendae et praepositurae in ecclesia Carnotensi. (Reg. 114, fol. 109 v°, c. 652).

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, comiti Valesii.* Quia de canonicatu, prebenda et prepositura per obitum quondam Stephani de Picleo pridem in ecclesia Carnotensi vacantibus, dilecto filio Bernardo Stephani, archidiacono Figiacensi in ecclesia Caturcensi, familiari nostro, ante providimus quam ad nos pro dilecto filio Raynaldo Descroues tue nobilitatis littere pervenissent, super hoc nos habeat ipsa tua nobilitas excusatos. Datum ut supra ».

3193 Avignon, 21 mars 1327.

Guillelmo, dudum abbati monasterii Belliloci, ordinis Cisterciensis, Caturcensis diocesis, ut ad regimen monasterii Grandissilvensis suscipiendum accedat. (Reg. 114, fol. 171 v°, c. 1068).

« *Dilecto filio Guillelmo, abbati monasterii Grandissilvensis, ordinis Cisterciensis, Tholosane diocesis.* Vacante nuper monasterio — Datum Avinione, XII kalendas aprilis, anno undecimo ».

3194 Avignon, 21 mars 1327.

Regi Franciae, de provisione Aniciensis ecclesiae. (Reg. 114, fol. 109 v°, c. 653).

« *Dicto regi* [*Francie*]. Ante receptionem littera-[ru]m regalium quas consueta benignitate recepimus, nobis super Aniciensi ecclesia directarum, dilecto filio decano ejusdem provideramus de illa ut dispendia ipsius ecclesie vitaremus. Sane, quia personam de qua in eisdem litteris mentio habebatur gratam habemus et talem esse proculdubio credimus qualem descripsit nobis regie serenitatis auctoritas, illam habere intendimus presertim intuitu regio commendatam. Datum ut supra ».

3195 Avignon, 27 mars 1327.

Arnaldo de Verdala, ut commissa prius sibi et Johanni Regafredi, archidiacono Beneventano, tunc rectori ecclesiae de Mujulano, Magalonensis diocesis, circa ordinationem bonorum quondam Raymundi, episcopi Mirapiscensis, apostolicae dispositioni reservatorum solus agat, cum praedictus Johannes aliis negotiis occupatus existat. (Reg. 114, fol. 101 v°, c. 572).

« *Arnaldo de Verdala, canonico Mirapiscensi.* Volentes ut de — Datum Avinione, VI kalendas aprilis, anno undecimo ».

3196 Avignon, 28 mars 1327.

Priori Sancti Yrenei Lugdunensis et archidiacono ac officiali Lugdunensibus, ut praepositum Forveris et sacristam saecularis Sancti Pauli ac cantorem ejusdem sancti ecclesiarum Lugdunensium qui litteris apostolicis abusi fuerant ad comparendum citent. (Reg. 82, cur., fol. 5 v°, c. 23 ; — Reg. Avin., t. XXVIII, fol. 401 v°).

« *Dilectis filiis .. priori Sancti Yrenei Lugdunensis et .. archidiacono ac .. officiali Lugdunensibus salutem etc... Rubrica.* Presuomptosis ausibus eorum qui sue prudentie innitentes ipsorum libitum legitimis sanctionibus anteponunt, oportunis et debitis est eis remediis obviandum. Sane ad apostolatus nostri pervenit auditum quod .. prepositus Forveris et .. sacrista secularis Sanctis Pauli ac .. cantor ejusdem sancti ecclesiarum Lugdunensium, prepositus videlicet et sacrista se conservatores certorum privilegiorum dilectis filiis civibus Lugdunensibus a Sede Apostolica ut dicitur concessorum per ipsius sedis litteras deputatos et cantor prefatus se subdelegatum .. abbatis monasterii Insule Barbare Lugdunensis diocesis dicti sacriste college ac ejusdem sacriste asserentes, vires litterarum ipsarum nullatenus advertentes, ipsis presertim in nostrum et Ecclesie Romane contemptum diversimode abutuntur, earundem litterarum pretextu citando, inhibendo et excommunicationum sententias ful-

minando, et quod molestius ferimus, dilectum filium magistrum Bertrandum de Sancto Genesio, decanum ecclesie Engolismensis, capellanum nostrum et apostolici Palatii causarum auditorem apud Sedem Apostolicam constitutum coram se citando ipsumque in exercitio jurisdictionis per nos in causis hujusmodi sibi commisse impedire nequiter presumendo, citando quoque de facto dilectum filium Guillelmum, abbatem monasterii Athanatensis Lugdunensis, ordinis sancti Benedicti et procuratores suos eumque prepediendo quominus certas causas dicti sui monasterii ipsi auditori commissas prosequi apud Sedem eandem valeat coram eo, necnon occasione dictarum litterarum in auditorem Guillelmum abbatem et procuratores eosdem censuram ecclesiasticam exercendo, dictusque prepositus illam contra dictum auditorem exercere minatur et alias abutuntur litteris antedictis. Cum itaque non sit maliciis hominum indulgendum ac premissa ex officii nostri debito reprimere teneamur, discretioni vestre per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios indilate post receptionem presentium prefatos prepositum, sacristam et cantorem ex parte nostra peremptorie citare curetis ut infra decem dierum spacium post hujusmodi citationem nostram conspectui apostolico personaliter se presentent, facturi et recepturi super premissis quod justicia suadebit. Diem vero hujusmodi vestre citationis et formam et quicquid super hiis duxeritis faciendum, nobis per vestras litteras harum seriem continentes quantocius fideliter intimetis. Datum Avinione, V kalendas aprilis, anno undecimo ».

3197 S. d. [Avignon, mars 1327 ?] (1).

Geraldo, dudum priore prioratus de Petrutia, ordinis Cluniacensis, Ruthenensis diocesis, ut ad regimen monasterii Trenorchiensis suscipiendum accedat. (Reg. 114, fol. 165 v°, c. 1040).

« *Geraldo, abbati monasterii Trenorchiensis, ordinis sancti Benedicti, Cabilonensis diocesis.* Nuper vacante monasterio — uberius merearis ».

(1) En l'absence de date, et par rapprochement avec l'acte n° 3190, on a cru pouvoir assigner cet acte au mois de mars.

3198 Avignon, 6 avril 1327.

Petro Raymundi et Guidoni de Convenis, fratribus, terminum solutionis decem millium librarum turonensium parvorum in quibus quondam Petro, Carcassonensi episcopo, ex causa mutui tenebantur, et ad tenendum ostagia Carcassone personalia usque ad unum annum iterum prorogat. (Reg. 114, fol. 113 v°, c. 695).

« *Petro Raymundi et Guidoni de Convenis fratribus,* Cum ratione debiti decem milium librarum turonensium parvorum in quibus bone memorie Petro, Carcassonensi episcopo, ex causa mutui tenebamini dum viveret, et ad tenendum et observandum ostagia Carcassone personalia essetis sicut adhuc existere noscimini, solutionis predicti debiti elapso termino, donec de illo quod idem episcopus legavit Terre Sancte generali passagio satisfecissetis sub certis conditionibus, pactis, obligationibus, penis et juramentis astricti, nos ad vestre supplicationis instanciam nonnullas prorogationes super observatione ostagiorum hujusmodi super certis modis et formis per diversas litteras nostras vobis concedi fecerimus ac etiam concesserimus, sicut in eisdem litteris plenius continetur, ultimaque prorogationum predictarum in festo Resurrectionis Dominice futuro proximo, quo juxta tenorem illius ac formam obligationum predictarum, nisi dicti satisfactio debiti precederet vel nos ordinassemus aliud interim, redire virtute juramenti predicti et secundum formam obligationum ipsarum tenemini ad tenendum et observandum ostagia predicta personaliter debeat terminari, nos volentes amplius vobiscum agere graciose, vestris supplicationibus inclinati, a dicto festo Resurrectionis dominice usque ad unum annum ex tunc continue secuturum sub eisdem conditionibus, pactis, obligationibus, penis et juramentis, que necnon contractum obligationis principalis in sui roboris firmitate manere volumus et decernimus, vobis hujusmodi reversionis terminum ad tenendum et observandum predicta ostagia de speciali gratia prorogamus. Datum Avinione, VII idus aprilis ».

3199 Avignon, 7 avril [1327].

Petrum Villani Michaeli Bodeti, canonico Vivariensi subrogat, ut cum Ermengavo de Posoliis, archidiacono de Pardiaco in ecclesia Auxitana, personas ecclesiasticas provinciae Auxitanae ad subsidium pro repressione haereticorum exhibendum inducat. (Reg. 114, fol. 113, c. 693).

« *Petro Villani, rectori ecclesie de Primsoiolis, Mimatensis diocesis.* Pridem venerabiles fratres — Datum Avinione, VII idus aprilis ».

3200 Avignon, 7 avril [1327].

Guillelmum de Bos Raymundo Moreti, canonico ecclesiae Sancti Martini de Campellis in Bria, Parisiensis diocesis, subrogat, ut cum Guillelmo Revelli, decano ecclesiae de Burlacio, Castrensis diocesis, personas ecclesiasticas provinciae Tholosanae ac Albiensis et Castrensis diocesum ad subsidium pro repressione haereticorum exhibendum inducat. (Reg. 114, fol. 113 v°, c. 694).

« *Guillelmo de Bos, sacriste ecclesie Forojuliensis.* Pridem venerabiles fratres — Datum ut supra ».

3201 Avignon, 8 avril 1327.

Petro Magistri tabellionatus officium ad quod a Gasberto archiepiscopo Arelatensi, camerario apostolico, ydoneus repertus fuit, cum forma juramenti concedit. (Reg. 114, fol. 174, c. 1086).

« *Petro Magistri, clerico Lemovicensis diocesis non conjugato nec in sacris ordinibus constituto.* Ne contractuum memoria — Datum Avinione, VI idus aprilis, anno undecimo ».

3202 Avignon, 8 avril 1327.

Arnaldo Stephani tabellionatus officium simili modo concedit. (Reg. 114, fol. 174 v°, p. c. 1086).

« *Arnaldo Stephani, clerico non conjugato nec in sacris ordinibus constituto, Mirapiscensis diocesis.* Ne contractuum memoria — Datum ut supra ».

3203 Avignon, 8 avril 1327.

In e. m. Humberto Henrici, clerico Bisuntine diocesis. (Reg. 114, fol. 174 v°, p. c. 1086).

3204 Avignon, 8 avril 1327.

Arnaldo de Gerucio tabellionatus officium in e. m. concedit. (Reg. 114, fol. 174 v°, p. c. 1086).

« *In e. m. Arnaldo de Gerucio, clerico Convenarum diocesis.* Ne contractuum memoria — Datum Avinione, VI idus aprilis, anno undecimo ».

3205 Avignon, 8 avril 1327.

In e. m. Raymundo Pectinerii clerico de Lunacio, Biterrensis diocesis. Datum ut supra proxime. (Reg. 114, fol. 174 v°, p. c. 1086).

3206 Avignon, 8 avril 1327.

In. e. m. Rustangno (1) Juliani, clerico Aptensis diocesis. (Reg. 114, fol. 79 v°, p. c. 1086).

3207 Avignon, 9 avril 1327.

Guillelmo de Sabaterio tabellionatus officium in e. m. ac Arnaldo Stephani (2) concedit. (Reg. 114, fol. 79 v°, p. c. 1086).

« *In e. m. Guillelmo de Sabaterio, clerico Caturcensis diocesis, non conjugato nec in sacris ordinibus constituto.* Ne contractuum memoria — Datum Avinione, V idus aprilis, anno undecimo ».

3208 [Avignon, 9 avril 1327] (3).

Philippo de Sabaudia, de Ludovici de Bavaria gestis, ne eidem Ludovico pareat. (Reg. 114, fol. 85 v°, c. 499).

« *Eidem [Philippo de Sabaudia].* Tue fili — [Datum Avinione, V idus aprilis] ».

3209 Avignon, 10 avril 1327.

Gasberto de Montelauduno, ut subsidium a praelatis et personis ecclesiasticis provinciae Narbonensis oblatum recipiat solventesque quittet. (Reg. 114, fol. 6 v°, c. 573).

« *Gasberto de Montelauduno, canonico Turonensi.* Cum nonnulli prelati — Datum Avinione, IV idus aprilis, anno undecimo ».

---

(1) *Index* : Rastangno.

(2) Cf. n. 3202.

(3) La date est donnée par l'*In e. m.* adressé à Argentina marquise de Montferrat.

3210 Avignon, 11 avril 1327.

Nicolao Borgnardi tabellionatus officium in e. m. ac Arnaldo Stephani concedit. (Reg. 114, fol. 4174 v°, p. c. 1086).

« *In e. m. Nicolao Borgnardi clerico Remensis diocesis.* Ne contractuum memoria — Datum Avinione, III idus aprilis, anno undecimo ».

3211 Avignon, 14 avril 1327.

Communitati et civibus Metensibus intrinsecis, quod Ludovicum episcopum ad suum episcopatum remittet quamcito fieri commode poterit post plenam curationem infirmitatis ejusdem. (Reg. 114, fol. 145, c. 902 [1]; — Riezler, *Vatikanische Akten*, n. 840, p. 326).

« *Dilectis filiis .. magistro, scabino ac communitati et civibus Metensibus intrinsecis.* Quantum vobis totique — Datum Avinione, XVIII kalendas maii, anno undecimo ».

3212 Avignon, 14 avril 1327.

Civibus Metensibus intrinsecis, ut pacem cum extrinsecis faciant. (Reg. 114, fol. 145 v°, c. 902 [2]).

« *Dilectis filiis civibus Metensibus intrinsecis.* Obviari salubriter dispendiosis — Datum ut supra ».

In e. m. civibus Metensibus extrinsecis. (Reg. 114, fol. 145 v°, p. c. 902 [2]).

3213 Avignon, 14 avril 1327.

Albricum, archidiaconum Metensem, de mora excusat eumque hortatur ut ad pacem inter intrinsecos et extrinsecos Metenses reformandam sedule insistat. (Reg. 114, fol. 145 v°, c. 903).

« *Dilecto filio Albrico, archidiacono Metensi, capellano nostro.* Hiis que tue — Datum ut supra ».

3214 Avignon, 15 avril 1327.

Regi Franciae quaedam nova nunciat. (Reg. 114, fol. 110, c. 664).

« *Dicto regi Francie.* Scripture quedam quas lator presencium regie celsitudini exhibebit nonnulla gesta in hiis partibus diebus preteritis proxime celsitudini eidem nunciabunt. Datum Avinione, XVII kalendas maii, anno undecimo ».

3215 Avignon, 15 avril [1327].

Johanni Lespinatz tabellionatus officium in e. m. ac Arnaldo Stephani (1) concedit. (Reg. 114, fol. 174 v°, p. c. 1086).

« *In e. m. Johanni Lespinatz* (2), *clerico Tutellensis diocesis.* Ne contractuum memoria — Datum Avinione, XVII kalendas maii ».

3216 Avignon, 18 avril 1327.

In e. m. Guillelmo de Montesecuro. (Reg. 114, fol. 174 v°, p. c. 1086).

« *In e. m. Guillelmo de Montesecuro, clerico Nemausensis diocesis.* Ne contractuum memoria — Datum Avinione, XIIII kalendas maii, anno undecimo ».

3217 Avignon, 18 avril 1327.

Raymundo de Ruppe tabellionatus officium concedit. (Reg. 114, fol. 174 v°, p. c. 1086).

« *In e. m. Raymundo de Ruppe, clerico Caturcensis diocesis* » (3).

3218 Avignon, 19 avril 1327.

Petro Caputcomitis tabellionatus officium in e. m. concedit. (Reg. 114, fol. 174 v°, p. c. 1086).

---

(1) Cf. n. 3206.
(2) *Index* : De Spinatz.
(3) La date est donnée par l'acte 3216.

« *In e. mo. Petro Caputcomitis clerico Vivariensis diocesis.* Ne contractuum memoria — Datum Avinione, XIII kalendas maii, anno undecimo ».

3219 Avignon, 21 avril [1327].

Officiali Massiliensi, ut Bernardum Fusterii, ordinis Minorum, a Raymundo Basseti, familiari Guidonis, episcopi Majoricensis, et Guillelmo Colombi, cive Majoricensi, apud Massiliam adductum, ad Apostolicam Sedem sub fida custodia transmittat. (Reg. 114, fol. 68, c. 471).

« .. *officiali Massiliensi.* Cum dilecti filii — Datum Avinione, XI kalendas maii ».

3220 Avignon, 24 avril 1327.

Petro de La Brunia fructus beneficiorum suorum in absentia usque ad triennium percipiendi facultatem concedit. (Reg. 114, fol. 166 v°, c. 1047).

« *Petro de La Brunia, canonico Pictavensi.* Merita tue probitatis — Datum Avinione, VIII kalendas maii, anno undecimo ».

3221 Avignon, 24 avril 1327.

Judicibus, ut eidem Petro praefatos fructus ministrari faciant. (Reg. 114, fol. 167, p. c. 1047).

« *Judicibus.* Quocirca discretioni vestre — Datum ut supra ».

3222 Avignon, 28 avril 1327.

Arnaldo de Verdala, ut certam pecuniae summam quae fuit de bonis Arnaldi de Villario, operarii ecclesiae Caturcensis, in apostolicis carceribus detenti, a Johanne Pagani, cive Tholosano, recipiat. (Reg. 114, fol. 102, c. 575).

« *Arnaldo de Verdala, canonico Mirapiscensi.* Cum nos omnia — Datum Avinione, IV kalendas maii, anno undecimo ».

3223 Avignon, 28 avril 1327.

Universis praelatis nobilibusque etc... ut Raymundum de Olargio, priorem de Vernha Ruthenensis diocesis, et Olricum Saumate, canonicum Ruthenensem, nuncios apostolicos ad certas regni Franciae partes commendatos habeant eisque de securo conductu provideant. (Reg. 114, fol. 173, c. 1079).

« *Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis* etc. (1). Cum nos dilectos filios Raymundum de Olargio priorem de Vernha Ruthenensis diocesis et Olricum Saumate canonicum Ruthenensem Apostolice Sedis nuncios exhibitores presentium ad certas partes regni Francie pro quibusdam nostris et Ecclesie Romane negociis destinemus, universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attencius quatinus eosdem nuncios et ipsorum quemlibet cum per loca vestra transiverunt benigne recomendatos habentes nullam in personis ac bonis et rebus suis familiariumque suorum inferatis injuriam vel molestationem quamcumque nec ab alio quantum in vobis fuerit permittatis inferri, sed eis pocius securo conductu in eundo, morando et redeundo sic prompte ac libere pro nostra et Apostolice Sedis reverentia providere curetis quod nos devocionem vestram provide commendare merito debeamus, presentibus post quatuor menses minime valituris. Datum Avinione, IV kalendas maii, anno undecimo ».

3224 Avignon, 28 avril 1327.

Geraldo Marquesii tabellionatus officium in e. m. a Arnaldo Stephani (2) concedit. (Reg. 114, fol. 174 v° p. c. 1086).

« *In e. m. Geraldo Marquesii, clerico etc... Vabrensis diocesis.* Ne contractuum memoria — Datum Avinione, IV kalendas maii, anno undecimo ».

3225 Avignon, 28 avril 1327.

In e. m. Arnaldo Nicolai, clerico, etc... Ruthenensis diocesis. (Reg. 114, fol. 174 v°, p. c. 1086).

---

(1) Bulle adressée à tous les ecclésiastiques et à toutes les autorités civiles. Le texte de l'adresse est donné Reg. 114, fol. 172 r°, c. 1070,

(2) *Supra*, n. 3202.

3226 30 avril 1327.

Johanni, archiepiscopo Tholosano, indulgentiam in articulo mortis in e. m. ac Margaritae de Gebenna (1) concedit. (Reg. 114, fol. 82 v°, p. c. 473).

« *In e. m. Johanni archiepiscopo Tholosano.* Ferventis devotionis et — Datum II kalendas maii ».

3227 Avignon, 30 avril 1327.

Guillelmo Revelli, Guillelmo de Bos et Gasberto de Montelauduno subsidium contra haereticos oblatum in Tholosana et Auxitana provinciis, ac Albiensi Castrensique diocesibus colligendum committit. (Reg. 114, fol. 83, c. 478).

« *Guillelmo Revelli, decano de Burlacio, Castrensis diocesis, et Guillelmo de Bos, sacriste Forojuliensis ac Gasberto de Montelauduno, canonico Turonensis ecclesiarum.* Cum nonnulli prelati — Datum Avinione, II kalendas maii, anno undecimo ».

3228 Avignon, 30 avril 1327.

Ermengavo de Posolis, Monaldo de Castrotino et Petro Villani, ut detentores bonorum quondam Garciae, episcopi Aquensis, dispositioni apostolicae reservatorum, ad restitutionem inducant. (Reg. 114, fol. 113 v°, c. 696).

« *Ermengau* (2) *de Posolis, archidiacono Auxitane, et Monaldo de Castrotino, sacriste Oscensis ecclesiarum, ac Petro Villani, rectori ecclesie de Prinsoiolis, Mimatensis diocesis.* Perduxit ad nostri — Datum Avinione, II kalendas maii, anno undecimo»

3229 Avignon, 30 avril 1327.

Gasberto de Montelauduno exigendi bona ejusdem quondam Garciae (3), episcopi Aquensis, reservata solventesque quittandi facultatem concedit. (Reg. 114, fol. 114, c. 697).

« *Gasberto de Montelauduno, canonico Turonensi.* Nuper bonorum mobilium — Datum Avinione, II kalendas maii, anno undecimo ».

(1) *Infra*, n. 3259.
(2) *Index* « Ermengardo. Cf. *infra* n. 3230 : Ermengavo.
(3) *Ms* : Ouascie.

3230 Avignon, 30 avril 1327.

Ermengavo de Posolis, Monaldo de Castrotino et Petro Villani, ut contra occupantes bona ejusdem quondam Garciae reservata procedentes, eos ad restitutionem compellant. (Reg. 114, fol. 114 v°, c. 700).

« *Ermengavo* (1) *de Posolis, archidiacono de Pardiaco, Auxitane, et Monaldo de Castrotino sacriste Oscensis, capellano nostro, ac Petro Villani, rectori ecclesie de Prinsoiolis, Mimatensis diocesis.* Nuper ad nostri — Datum Avinione, II kalendas maii, anno undecimo ».

3231 Avignon, 1er mai [1327].

Praeposito ecclesiae Aquensis et Raymundo Naulonis, ut bona quondam Raymundi Audeberti, civis Aquensis, juxta testamentum ab eo factum subsidio Terrae Sanctae applicanda recipiant. (Reg. 114, fol. 82, c. 472).

« .. *preposito et Raymundo Naulonis, canonico ecclesie Aquensis.* Nuper relatione percepimus — Datum Avinione, kalendis maii ».

3232 Avignon, 1er mai 1327.

Bernardo de Caprerio seniori indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 114, fol. 167, c. 1048).

« *Nobili viro Bernardo de Caprerio seniori.* Sincere devotionis affectus — Datum Avinione, kalendis maii, anno undecimo ».

3233 Avignon, 5 mai 1327.

Guigoni, dalphino Viennensi, de Parisius redeunti, ut ad pacem suum velit animum inclinare. (Reg. 114, fol. 86, c. 501).

« *Dilecto filio nobili viro Guigoni, dalfino Viennensi.* Tuum, fili, regressum incolumem de Parisius cum gracia et beneplacito regio ad gaudium tue nobis magnitudinis littere nunciarunt, licet per easdem intellexerimus displicenter quod infecto pacis negocio pro quo illuc accesseras rediisti. Sane quia de pace perficienda sperat regia celsitudo

(1) *Index* : Ermendardo.

sicut eedem littere continebant, tuam, fili, prudenciam exhortamur ut consideranter attento quanta sint pacis commoda quantaque dissensiones incomoda comminentur, ad pacis bonum tuum velis animum inclinare nec tibi quisquam quod ei opponas obicem valeat imputare, sed pocius juxta psalmiste consilium, ipsam inquirere studeas eamque persequi non ommittas, ut sic gaudia merearis assequi que pacis ineuntibus consilia sapiens repromittit. Datum Avinione, III nonas maii, anno undecimo ».

3234 Avignon, 6 mai 1327.

Raymundo Arnaldi de Podio tabellionatus officium in e. m. ac Arnaldo Stephani (1) concedit. (Reg. 114, fol. 174 v°, p. c. 1086).

« *In e. m. Raymundo Arnaldi de Podio, clerico* etc... *Condomiensis diocesis.* Ne contractuum memoria — Datum Avinione, II nonas maii, anno undecimo ».

3235 Avignon, 8 mai 1327.

Monaldo de Castrotino, ut Guarsiam Arnaldi de Muris, priorem ecclesiae Sancti Spiritus de Capite Pontis, officialem Aquensem, de quibusdam Cameram Apostolicam informaturum ad comparendum citet. (Reg. 114, fol. 116, c. 704).

« *Eidem Monaldo de Castrotino.* Super certis nos — Datum Avinione, VIII idus maii, anno undecimo ».

3236 9 mai 1327.

Regi Franciae ut ad reconciliationem regis et reginae Angliae studium adhibeat. (Reg. 114, fol. 112, c. 682).

« *Carolo, regi Francie.* Quam indecens, carissime — Datum VII idus maii, anno undecimo ».

3237 Avignon, 9 mai 1327.

Guillelmo, Viennensi archiepiscopo, et Johanni de Grandisono, archidiacono Nothingiae in ecclesia Eboracensi, apostolicis nuntiis, ut ad pacem inter regem et reginam Angliae faciendam laborent. (Reg. 114, fol. 112, c. 683).

« *Eisdem archiepiscopo* [*Viennensi*] *et archidiacono* [*Nothingie*], *Apostolice Sedis nuntiis.* Letanter tractatum pacis concordatum audivimus, sed letius confirmatum, actori pacis gratiarum actiones uberes referentes vestramque solicitudinem circa hoc adhibitam in Domino commendantes. Sane quia adhuc conjugalis genitorisque ac geniti reconsiliatio fienda superest que non mediocriter insidet cordi nostro, volumus et mandamus ut, si ad hec exequenda via probabilis se offerat et secura, juxta carissimi in Christo filii nostri Caroli regis Francie et Navarre illustris, cui super hoc scribimus, consilium sub spe divine assistentie quam adesse speramus sedule intendatis; alias si pro reconsiliatione predicta vestra non sit ulterius oportuna presentia, curetis ad nostram presenciam cum regio beneplacito vos conferre. Datum ut supra ».

3238 Avignon, 9 mai 1327.

Matam, comitissam Convenarum, de pueri nati sui praematura morte consolatur, eique petitiones suas exaudisse respondet. (Reg. 114, fol. 116 v°, c. 709).

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Mate, comitisse Convenarum.* Prudenter, filia, considerare te credimus quod puerum natum tuum noviter premature mortis acerbitate sublatum, tibi Dominus dedit ea lege ut ipsum posset recipere quando vellet; cujus fuit voluntas, ut audivimus, quod ipsum de isto nequam seculo ad suam gloriam revocaret, nullam tibi injuriam faciens, sed utens pocius jure suo. Tuam itaque, filia, prudenciam in Domino duximus exhortandam ut, hec consideranter attendens necnon quod idem tuus natus in gaudium sui Domini est ingressus, mesticia prorsus abjecta, revocanti eum gratias refferens congaudeas nato tuo, precipue quia pregnans existis, et dolor materiam posset afferre dispendii gravioris. Ad hec noveris quod de petitionibus per te pridem presencialiter nobis oblatis, quas gravaminibus ecclesiarum attentis bono modo potuimus exaudire, curavimus sicut conficiende super hiis littere clarius indicabunt. Datum Avinione, VII idus maii, anno undecimo ».

(1) *Supra*, n° 3202.

3239 Avignon, 9 mai 1327.

Gastoni, comiti Fuxensi, ut Ermengavum de Posolis, archidiaconum de Pardiaco, Auxitanae, Monaldum de Castrotino, sacristam Oscensis, ac Petrum Villani, rectorem de Prinsoiolis Mimatensis diocesum ecclesiarum, nuncios apostolicos commendatos habeat. (Reg. 114, fol. 116 v°, c. 710).

« *Dilecto filio nobili viro Gastoni, comiti Fuxensi.* Cum pro certis — Datum Avinione, VI idus maii, anno undecimo ».

3240 Avignon, 9 mai 1327.

Item in e. m. consorti dicti Gastonis, comitis Fuxensis. (Reg. 114, fol. 117, p. c. 710).

3241 Avignon, 14 mai 1327.

Stephano Lavestizo tabellionatus officium in eodem modo ac Arnaldo Stephani (1) concedit. (Reg. 114, fol. 174 v°, p. c. 1086).

« *In e. m. Stephano Lavestizo, clerico, etc., Lemovicensis diocesis.* Ne contractuum memoria — Datum Avinione, II idus maii, anno undecimo ».

3242 Avignon, 15 mai [1327].

Bertrando, priori monasterii Sancti Martini de Campis, quod subditos suos qui subsidium oblatum non solvendo sententias excommunicationis et interdicti ab abbate monasterii Cluniacensis, Matisconensis diocesis promulgatas incurrerint, absolvere possit. (Reg. 114, fol. 102 v°, c. 576).

« *Bertrando, priori monasterii Sancti Martini de Campis.* Tua nobis exhibita — Datum Avinione, idibus maii ».

3243 15 mai 1327.

Johannem, episcopum Wyntoniensem, de diligentia commendat eumque hortatur ut ad perficiendam pacem stabilem vigilantiam adhibeat. (Reg. 114, fol. 118, c. 717).

(1) *Supra*, n. 3202.

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Wytoniensi.* Leti concordantes tractatum pacis audivimus sed confirmatum per tuas litteras intelleximus letiores, actori pacis gratiarum actiones exsolventes quas valuimus, tuamque quam circa hoc adhibere curasti diligentiam plurimum in Domino commendantes, eandem attencius exhortamur quatinus circa executionem ipsius celerem ejusque observationem procurandam, necnon ad perficiendum si quid ad pacem veram et stabilem faciendum superest, velis vigilancie tue indefessum studium adhibere ».

« *Item in e. m. venerabili fratri Guillelmo, episcopo Norwicensi.* Datum idibus maii, anno undecimo »

3244 Avignon, 17 mai 1327.

Archiepiscopo Arelatensi et universis personis ecclesiasticis Arelatensis diocesis, ut in exhibitione subsidii contra haereticos Italiae petiti se generose exhibere velint fidemque Guillelmo de Rabastenco, decano ecclesiae Sancti Agricoli Avinionensis et Rostagno Alsiati, archidiacono Arelatensi, nunciis apostolicis adhibeant. (Reg. 114, fol. 176 v°, c. 1098).

« *Venerabili fratri . . archiepiscopo Arelatensi, et dilectis filiis universis abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, rectoribus, capitulis, collegiis, conventibus et aliis personis ecclesiasticis tam secularibus quam regularibus, exemptis et non exemptis ordinum quorumcumque, necnon domorum Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, beate Marie Theotonicorum et Calatravensis magistris, prioribus et preceptoribus in civitate Arelatensi et diocesi constitutis.* Si uni membro — Datum Avinione, XVI kalendas Junii, anno undecimo ».

3245 Avignon, 17 mai 1327.

In e. m. Massiliensi et Vasionensi episcopis, episcopatus Avinionensis vicario, Cavalicensi, Aurasicensi, Tricastrino, Carpentoratensi et Tholonensi episcopis, dicti archiepiscopi Arelatensis suffraganeis. Nuncii : iidem Guillelmus et Rostagnus. (Reg. 114, fol. 176 v°, p. c. 1098).

3246 Avignon, 17 mai 1327.

In e. m. archiepiscopo Aquensi et episcopis Aptensi, Regensi, Forojuliensi, Vapincensi et Systaricensi, ejus suffraganeis. Nuncii ; Hugo de Colubreriis, prepositus, et

Raymundus Naulo, canonicus Aquenses. (Reg. 114, fol. 176 v°, p. c. 1098).

3247 Avignon, 17 mai 1327.

In e. m. archiepiscopo Ebredunensi et ejus suffraganeis, videlicet Dignensi, Niciensi, Antipolitanensi, Glandetensi, Grassensi, Senecensi et Venciensi episcopis. Nuncii : Petrus Durandi, prepositus et Raymundus Baboti, canonicus Ebredunenses. (Reg. 114, fol. 177, p. c. 1098).

3248 S. d. [Avignon, 17 mai 1327] (1).

Archiepiscopo Remensi et universis personis ecclesiasticis Remensis diocesis ut aliquod subsidium pro repressione haereticorum ex Italiae partibus dent fidemque Raymundo de Olargio priori de Vernhas, Ruthenensis diocesis, et Ulrico Saumate, canonico Ruthenensi, nunciis apostolicis, adhibeant. (Reg. 114, fol. 177, c. 1099).

« *Venerabili fratri archiepiscopo Remensi ac dilectis filiis universis abbatibus, prioribus, decanis, capitulis, collegiis, conventibus et aliis personis ecclesiasticis tam secularibus quam regularibus exemptis et non exemptis, ordinum quorumcumque necnon domorum Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, beate Marie Theotonicorum et Calatravensis magistris, prioribus et preceptoribus in civitate et diocesi Remensibus constitutis.* Si uni membro pacienti compaciantur alia etc... ut in prima istius quaterni usque promereri — indubiam adhibere ».

In e. m. episcopo Cathalaunensi etc... (Reg. 114, fol. 177, p. c. 1099).

In e. m. episcopo Noviomensi etc... (Reg. 114, fol. 177, p. c. 1099).

3249 Avignon, 18 mai 1327.

Radulfo, comiti Augi, de successibus prosperis regis Franciae et de quadam prorogatione petita. (Reg. 114, fol. 109 v°, c. 656).

(1) On à attribué cette date à cet acte, comme étant celle de l'acte immédiatement précédent (ci-dessus, n° 3244) et de même objet. L'acte, quoi qu'il en soit, est antérieur au 13 juin 1327 (cf. *infra*, n° 3282).

« *Dilecto filio nobili viro Radulfo, comiti Augi.* Super eo quod successus, actore Deo, prosperos gentis (1) carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, per tuas litteras quas benigne recepimus, nobis insinuare curasti, nobilitatem tuam in Domino plurimum comendamus. Ceterum noverit dicta tua nobilitas quod, annuentes precibus tuis, diocesano ut ipse super prorogatione petita tecum auctoritate nostra dispensare valeat per speciales litteras duximus committendum. Datum Avinione, XV kalendas junii, anno undecimo ».

3250 Avignon, 18 mai 1327.

Petro, archiepiscopo Lugdunensi, quod petita concedi non potuerunt, cum nova sint et a nullo archiepiscopo quoad praesens postulata. (Reg. 114, fol. 109 v°, c. 657).

« *Venerabili fratri Petro, archiepiscopo Lugdunensi.* Receptis fraternitatis tue — Datum ut supra ».

3251 Avignon, 18 mai 1327.

Philippo, comiti Valesii, quod antequam littere sue pervenissent, de praebenda de Melduno quam olim Petrus, episcopus Atrebatensis, tenebat jam provisum erat. (Reg. 114, fol. 109 v°, c. 658).

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, comiti Valesii.* Quia de prebenda — Datum ut supra ».

3252 Avignon, 23 mai 1327.

Concessionem ad firmam cujusdam domus vocatae de Ayemont, consistentis in praepositura Sancti Ricarii in Pontivo, Ambianensis diocesis, ab Heliono de Villanova, magistro Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, et quondam Symone Rati, ejusdem ordinis priore in Francia Matheo de Tria ejusque uxori factam confirmat. (Reg. 114, fol. 102 v°, c. 577).

« *Matheo de Tria, marescallo Francie, et Johanne de Arenis, ejus uxori.* Vestra nobis exhibita — Datum Avinione, X kalendas junii, anno undecimo ».

(1) *Sic* : corr : *genti* ?

3253 Avignon, 23 mai 1327.

Bernardo, archiepiscopo Narbonensi, de subsidio pro repressione haereticorum Italiae oblato regratiatur. (Reg. 114, fol. 109 v°, c. 659).

« *Venerabili fratri Bernardo, archiepiscopo Narbonensi.* Quia nostras et — Datum Avinione, X kalendas junii, anno undecimo ».

3254 Avignon, 23 mai 1327.

Item in e. m. Amanevo, episcopo Agennensi. (Reg. 114, fol. 110, p. c. 659).

3255 Avignon, 23 mai 1327.

In e. m. Raymundo, episçopo Petragoricensi. (Reg. 114, fol. 110, p. c. 659).

3256 Avignon, 23 mai 1327.

Arnaldo, episcopo Olorensi, et Monaldo de Castrotino, ut Arnaldum Guillelmi de Podioalto, archidiaconum Aquensem, qui post Garciae episcopi Aquensis mortem, non obstante reservatione Sedis Apostolicae, in episcopum Aquensem temere elegi se fecit, ad comparendum cum fautoribus suis citent, et Bernardum, archidiaconum Alnisiensem in ecclesia Xanctonensi, virtute ejusdem reservationis Aquensem electum, in dicti episcopatus possessionem inducant. (Reg. 114, fol. 115 v°, c. 703).

« *Judicibus : Arnaldo, episcopo Olorensi et Monaldo* (1) *de Castrotino, sacriste ecclesie Oscensis.* Ad compescendos conatus — Datum Avinione, X kalendas junii, anno undecimo ».

3257 24 mai 1327.

Philippo de Sabaudia, ut Petro de Thofalhis, Agennensi, et Bertrando Arnaudi, Sistaricensi canonicis, nunciis apostolicis, assistat. (Reg. 114, fol. 86 v°, c. 502).

« *Dilecto filio nobili viro Philippo de Sabaudia.* Dilectos filios Petrum — Datum IX kalendas junii, anno undecimo ».

(1) *Index* : Menaldo.

3258 Avignon, 24 mai 1327.

Bernardo Bertrandi petitiones suas ab Helia Vigerii praesentatas benigne audivisse respondet. (Reg. 114, fol. 110, c. 660).

« *Dilecto filio nobili viro Bernardo Bertrandi, domino de Brigueketo, marescallo Francie.* Presentatas nobis per — Datum Avinione, IX kalendas junii, anno undecimo ».

3259 Avignon, 28 mai 1327.

Margaritae de Gebenna indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 114, fol. 82, c. 473).

« *Margarete de Gebenna, consorti Ademari de Pictavia.* Ferventis devotionis et — Datum Avinione, V kalendas junii, anno undecimo ».

3260 Avignon, 28 mai [1327].

Hugoni de Mirabello et Bernardo de Sancto Mauricio recipiendi subsidium a personis ecclesiasticis diocesis Elnensis pro repressione haereticorum oblati solventesque quittandi facultatem concedit. (Reg. 114, fol. 126 v°, c. 772).

« *Hugoni de Mirabello, preposito Mimatensis, et Bernardo de Sancto Mauricio, precentori Autisiodorensis ecclesiarum, capellanis nostris, Apostolice Sedis nunciis.* Cum nonnulli prelati — Datum Avinione, V kalendas junii ».

3261 Avignon, 29 mai [1327].

Arnaldo de Verdala, ut de bonis quondam Gualliardi, episcopi Tholosani, reservatis hiis quibus [aliquid] debetur, satisfaciat. (Reg. 114, fol. 103 v°, c. 582).

« *Eidem* [*Arnaldo de Verdala, canonico Mirapiscensi*] (1). Super exactione et — Datum Avinione, IIII kalendas junii ».

(1) L'adresse est donnée par les actes n°s 3321 à 3323 (*cap.* 579, 580 et 581).

3262 Avignon, 29 mai 1327.

Johanni Ulbaldi tabellionatus officium in e. m. ac Arnaldo Stephani (1) concedit. (Reg. 114, fol. 171 v°, p. c. 1086).

« *In e. m. Johanni Ulbaldi, clerico non conjugato etc. Petragoricensis diocesis.* Ne contractuum memoria — Datum Avinione, IIII kalendas junii, anno undecimo ».

3263 Avignon, 30 mai 1327.

Hugoni Rogerii et Petro Danrocha, ut subsidium a praelatis et personis ecclesiasticis Bituricensis, Lemovicensis et Tutellensis diocesum recipiant solventesque quittent. (Reg. 114, fol. 102, c. 574).

« *Hugoni Rogerii, priori prioratus de Briva, et Petro Danrocha, preposito ecclesie de Haento, Lemovicensis diocesis.* Cum nonnulli prelati — Datum Avinione, III kalendas junii, anno undecimo ».

3264 Avignon, 30 mai 1327.

In e. m. Guillelmo de Orto, abbati Claromontensis et Guillelmi Ruffi, canonico Aniciensis ecclesiarum in Claromontensi, Aniciensi, Mimatensi et Sancti Flori civitatibus et diocesibus. (Reg. 114, fol. 102, p. c. 574).

3265 Avignon, 30 mai 1327.

In e. m. Galhardo Juliani, Caturcensis, et Bernardo Danrocha Lemovicensis ecclesiarum canonicis, in Caturcensi, Ruthenensi et Vabrensi civitatibus et diocesibus. (Reg. 114, fol. 102, p. c. 574).

3266 Avignon, 30 mai 1327.

In e. m. Guillelmo de Sura (2), archidiacono Lugdunensi in provincia Lugdunensi. (Reg. 114, fol. 102, p. c. 574).

(1) *Supra*, n° 3202.
(2) *Index* : Soura.

3267 Avignon, 30 mai 1327.

In e. m. Faydito Guirandoni, archipresbytero Sarlatensi, et Heliae Manhani, canonico Xanctonensi, in provincia Burdegalensi. (Reg. 114, fol. 102, p. c. 574).

3268 Avignon, 30 mai 1327.

In e. m. Bernardo de Montevalrano, archidiacono Transligerensi in ecclesia Turonensi, et Bernardo de Olma (1), rectori ecclesiae de Vallibus, Agennensis diocesis, in provincia Turonensi. (Reg. 114, fol. 102, p. c. 574).

3269 Avignon, 2 juin [1327].

Lanceloto de Perperiis, Jacobo Folquerii et Guillelmo Ruffi, ut quicquid habuerint de bonis quondam Petri, episcopi Aniciensis, Camerae Apostolicae reservatis, Guillelmo Bibare, archidiacono de Passeyo in ecclesia Cenomanensi, et Johanni Goujeul, civi Parisiensi, assignent. (Reg. 114, fol. 103, c. 578).

« *Lanceloto de Perperiis, thesaurario, et Jacobo Folquerii ac Guillelmo Ruffi, canonicis Aniciensibus.* Cum dilecti filii — Datum Avinione, IIII nonas junii ».

3270 Avignon, 4 juin 1327.

Regem Franciae deprecatur ut capitulum ecclesiae Aniciensis quod, praetextu cujusdam homicidii, regalis curia in nonnullis pecuniarum quantitatibus ad quarum solutionem omnes facultates suae non sufficiunt, condempnaverat, commendatum habere velit. (Reg. 114, fol. 110, c. 666).

« *Eidem regi* [*Francie*]. Non absque admiratione percepto quod, pretextu cujusdam homicidii dudum in civitate Aniciensi in personam quondam Johannis Ademarii, sicut asseritur, perpetrati regalis curia dilectos filios capitulum Aniciensis ecclesie super dicto delatos homicidio in nonnullis pecuniarum quantitatibus ad quarum solutionem omnes facultates suas asserunt non sufficere condempnavit, nos autem prelibate ecclesie que desolationi subiceretur, ut fertur, perpetue nisi regia clemencia sibi super hiis subveniret compassi, sublimitatem regiam attencius deprecamur, quatinus eosdem capitulum

(1) *Seu* : Oliva ?

seu pocius memoratam ecclesiam, precelse genitricis Dei Marie domine nostre honoris et nominis vocabulo insignitam, tam in justicia quam oportuni favoris gratia habere velit regia benignitas pro divina et Apostolice Sedis reverencia propensius commendatos. Datum Avinione, II nonas junii, anno undecimo ».

3271 Avignon, 4 juin 1327.

Johanni Cerchamont, ut pro eodem apud dictum regem partes suas interponat. (Reg. 114, fol. 110 v°, c. 667).

« *Dilecto filio magistro Johanni Cerchamont, decano Pictavensi, carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris cancellario.* Non absque admiratione — Datum ut supra ».

3272 Avignon, 5 juin 1327.

Carolo, regi Franciae, ne credat Petrum, Autissiodorensem episcopum, aliquid commisisse quod celsitudini regiae displicere deberet. (Reg. 114, fol. 110, c. 662).

« *Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Devotis, fili carissime, serviciis in consideratione deductis que venerabilis frater noster, Petrus, Autisiodorensis episcopus, spretis interdum persone sue periculis dum minor status ipsum tenebat, et ex quo assumptus adjutum (?) extitit, regie serenitati desideranter intendit, necnon et litteris regiis pro ipsius promotione transmissis sepius in consideratione deductis, non faciliter crederemus quod affectio erga ipsum tepuerit regia, sed quod pocius continua susceperit incrementa. Supponimus enim indubie quod scienter nihil committeret vel ommitteret quod deberet celsitudini regie displicere. Datum Avinione, nonis junii, anno undecimo ».

3273 Avignon, 5 juin 1327.

Amalrico, vicecomiti Narbonensi, ut homagium Bertrando, archiepiscopo Narbonensi, absque mora sub solita forma praestet. (Reg. 114, fol. 110 v°, c. 668).

« *Dilecto filio nobili viro Amalrico, vicecomiti Narbonensi.* Sicut vis, fili, tibi ab aliis de tuis juribus responderi, sic illis quibus teneris debes prompte reddere jura sua. Sane cum, sicut accepimus, tam tu quam predecessores tui vicecomites Narbonenses homagium sub certa forma archiepiscopis Narbonensibus qui fuerunt pro tempore, consueveritis exhibere tuque illud bone memorie Egidio, tunc archiepiscopo Narbonensi prestitisse dicaris, nobilitatem tuam rogamus attencius et hortamur quatinus venerabili fratri nostro Bertrando, nunc archiepiscopo Narbonensi, cessante difficultatis et tarditatis obstaculo, sub eadem forma prestare studeas illud idem. Datum Avinione, nonis junii, anno undecimo ».

3274 Avignon, 5 juin 1327.

Matheo de Tria, quod traditionem ad firmam domus de Hayemont, Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, sibi Johannaeque consorti ejus ab Heliono, magistro et quondam priore Franciae dicti Hospitalis, factam confirmat. (Reg. 114, fol. 110 v°, c. 669).

« *Dilecto filio nobili viro Matheo de Tria, marescallo Francie.* Ecce, fili, quod — Datum Avinione, nonis junii, anno undecimo ».

3275 Avignon, 5 juin 1327.

Regi Franciae negotia G., archiepiscopi Auxitani, in curia regia agenda commendat. (Reg. 114, fol. 110 v°, c. 670).

« *Dicto regi Francie.* Pluribus et diversis venerabilis fratris nostri G., archiepiscopi Auxitani, et ecclesie sue negociis agendis in curia regia nuper nobis expositis, et inspectis per nos meritis eorundem, cum innitentur (1) illa soli justicie, super qua idem archiepiscopus favorem regium suffragio nostre intercessionis implorat, super hiis ipsum et dictam ejus ecclesiam propensius excellencie regie commendamus. Datum Avinione, nonis junii, anno undecimo ».

3276 Avignon, 5 juin 1327.

Archiepiscopo Arelatensi et universis personis ecclesiasticis provinciae Arelatensis, ut Bertrando Rotundi, canonico Vivariensi, qui Guillelmo de Rabastenchis,

(1) *Ms.* imitentur.

decano ecclesiae Sancti Agricoli Avinionensis, et Rostangno Alsiati, archidiacono Arelatensi nunciis apostolicis ad subsidium pro repressione haereticorum in Italia petendum destinatis subrogatus fuit, fidem adhibeant. (Reg. 114, fol. 177 v°, c. 1104).

« *Venerabilibus fratribus archiepiscopo Arelatensi ejusque suffraganeis et dilectis filiis universis abbatibus etc.. ut supra* (1) ... *in civitate ac diocesi et provincia Arelatensibus constitutis.* Pridem necessitates multiplices — Datum Avinione, nonis junii, pontificatus nostri anno undecimo ».

3277 Avignon, 5 juin 1327.

Archiepiscopo Narbonensi et universis personis ecclesiasticis provinciae Narbonensis, ut Raymundo de Olargio, clerico Caturcensis diocesis, Johanni Regafredi, archidiacono Beneventano, tunc rectori ecclesiae de Mujulano, Magalonensis diocesis, subrogato, una cum Arnaldo de Verdala, canonico Mirapiscensi, nuncio apostolico ad subsidium contra haereticos ex Italiae partibus petendum destinato, fidem adhibeant. (Reg. 114, fol. 177, c. 1101).

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Narbonensi, ejusque suffraganeis, et dilectis filiis abbatibus etc... ut supra, in civitate et diocesi ac provincia Narbonensibus constitutis.* Pridem necessitates multiplices — Datum Avinione, nonis junii, anno undecimo ».

3278 Avignon, 5 juin 1327.

Nemausensi et Uticensi episcopis et universis personis ecclesiasticis Nemausensis et Uticensis diocesum, ut eisdem Arnaldo de Verdala et Raymundo de Olargio, Armando de Narcesio subrogatis, fidem adhibeant. (Reg. 114, fol. 177 v°, c. 1102).

« *Nemausensi et Uticensi episcopis, ac dilectis filiis universis abbatibus etc. ut supra, in Nemausensibus et Uticensibus civitatibus et diocesibus constitutis.* Pridem necessitates multiplices — Datum ut supra ».

(1) *Supra*, n°s 3244 et 3245.

3279 Avignon [13 juin 1327] (1).

Guillelmo de Granholis ut subsidium contra haereticos oblatum in diocesi Carpentoratensi recipiat solventesque quittet. (Reg. 114, fol. 83, c. 476).

« *Guillelmo de Granholis, thesaurario Venayssini.* Cum nonnulli prelati etc... ut supra usque in finem. Datum Avinione ».

3280 Avignon, 13 juin 1327.

In e. m. Geraldo de Bisturre, decano Andegavensi, et Petro Papacii, clerico Albiensis diocesis, Apostolicae Sedis nunciis in provincia Senonensi. (Reg. 114, fol. 83, p. c. 476).

3281 Avignon, 13 juin 1327.

Audoyno Marches et Johanni Bertrandi in e. m. subsidium in Bituricensi provincia colligendum committit. (Reg. 114, fol. 83, p. c. 476).

« *In e. m. Audoyno Marches, Bituricensis, et Johanni Bertrandi de Haento, Lemovicensis diocesis ecclesiarum canonicis, Apostolice Sedis nunciis in civitate et diocesi Bituricensibus.* Cum nonnulli prelati — Datum Avinione, idibus junii, anno undecimo ».

3282 Avignon, 13 juin 1327.

Archiepiscopo Remensi et universis personis ecclesiasticis provinciae Remensis, ut Arnaldo Regis, Cameracensi, et Arnaldo de Sancto Genesio, Noviomensi archidiaconis, qui Raymundo de Olargio et Ulrico Saumate, nunciis apostolicis ad subsidium contra haereticos partium Italiae petendum destinatis adjuncti sunt, fidem adhibeant. (Reg. 114, fol. 177, c. 1100).

« .. *archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis, ac dilectis filiis universis abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbiteris, rectoribus, capitulis, collegiis, conventibus et aliis personis eccle-*

(1) La date est donnée par l'*In e. m.*, n° 3281. — Cet acte, qui paraît faire double emploi avec l'acte 3301, qui le précède dans le registre (c. 475, fol. 82 v°), semble irrégulier. Il faut peut être remplacer « Carpentoratensis » par quelque autre nom de diocèse voisin.

siasticis secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis ordinum quorumcumque, necnon domorum Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, beate Marie Theotonicorum et Calatravensis magistris, prioribus et preceptoribus in civitate ac diocesi et provincia Remensibus constitutis. Pridem necessitates multiplices — Datum Avinione, idibus junii, anno undecimo ».

3283 Avignon, 14 juin 1327.

Roberto de Atrabato de devotione erga Ecclesiam regratiatur petitionesque a Vincencio Letrivalhe, archidiacono Bajocensi praesentatas, quas potuit exaudisse respondet. (Reg. 114, fol. 110, c. 661).

« *Dilecto filio nobili viro Roberto de Atrabato, comiti Bellimontis.* Presentatas nobis per — Datum Avinione, XVIII kalendas julii, anno undecimo ».

3284 Avignon, 15 juin 1327.

Petro Marini, quod fructus beneficiorum suorum in absentia usque ad triennium quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, percipere possit. (Reg. 114, fol. 112 v°, c. 688).

« *Dilecto filio Petro Marini, canonico Xanctonensi.* Provenit ex devotionis — Datum Avinione, XVII kalendas julii, anno undecimo ».

3285 Avignon, 15 juin 1327.

Mirapiscensi et Avinionensi praepositis, ac Petro Beraldi, ut eidem Petro Marini praedictos fructus ministrari faciant. (Reg. 114, fol. 112 v°, c. 689).

« *Dilectis filiis .. Mirapiscensis etc .. Avinionensis prepositis, ac Petro Beraldi, canonico Caturcensis ecclesiarum.* Provenit ex devotionis — Datum ut supra ».

3286 Avignon, 19 juin 1327.

Guillelmum, episcopum Biterrensem, et Andream Fredoli de certa pecuniae summa de bonis quondam Berengarii, episcopi Tusculani proveniente, pro repressione haereticorum Camerae assignata, quittat. (Reg. 114, fol. 162 v°, c. 1023).

« *Guillelmo, episcopo Biterrensi, et Andree Fredoli, abbati secularis ecclesie Sancti Affrodisii* (1) *Biterrensis.* Cum bone memorie — Datum Avinione, XIII kalendas julii, anno undecimo ».

3287 Avignon, 22 juin 1327.

Clemenciae, reginae Franciae, magistrum Jacobum Gaufredi, ipsius et dictae reginae physicum, cujus moram in curia excusat, commendat. (Reg. 114, fol. 110, c. 665).

« *Carissime in Christo filie Clemencie, regine Francie et Navarre illustri.* Dilectum filium magistrum Jacobum Gaufredi, decanum ecclesie Vapincensis, nostrum et tuum phisicum, ad regis celsitudinis presenciam accedentem quem super mora diucius contracta de beneplacito nostro in curia excusamus, regie benivolencie propensius commendamus. Datum Avinione, X kalendas julii, anno undecimo ».

3288 Avignon, 23 juin 1327.

Henrico Dalfini negotium quod Johannes Grandis ac Polia de Plasiano, consors ejus, ratione cujusdam hereditatis ad eamdem Poliam spectantis expedire habent, commendat. (Reg. 114, fol. 86 v°, c. 503).

« *Dilecto filio nobili viro Henrico Dalfini, domino Montisalbani et Medullionis.* Cum dilectus filius — Datum Avinione, IX kalendas julii, anno undecimo ».

3289 Avignon, 24 juin 1327.

Jacobo, regi Aragonum, quod antequam litterae suae ab Hugone de Fenolleto praesentatae sint, de beneficiis quondam sacristae Elnensis jam ordinatum erat. (Reg. 114, fol. 135, c. 836).

« *Eidem regi Aragonum.* Quia de beneficiis — Datum Avinione, VIII kalendas julii, anno undecimo ».

---

(1) *Index* : Alfrodisii.

3290 Avignon, 24 juin 1327.

Guillelmo de Garrito tabellionatus officium in e. m. ac Arnaldo Stephani (1) concedit. (Reg. 114, fol. 174 v°, p. c. 1086).

« *In e. m. Guillelmo de Garrico* (2), *clerico, etc... Caturcensis diocesis.* Ne contractuum memoria — Datum Avinione, VIII kalendas julii, anno undecimo ».

3291 Avignon, 1er juillet 1327.

Faidito Guirandoni, archipresbytero Sarlatensi, et Bertrando de Engolisma, ut fructus beneficiorum ecclesiasticorum Bertrandi Dandirano (3), tunc canonici ecclesiae Sancti Caprasii Agennensis, carceribus apostolicis detenti, exigant et ad Cameram transmittant. (Reg. 114, fol. 104, c. 584).

« *Faidito Guirandoni, archipresbitero Sarlatensi, et Bertrando de Engolisma, sacriste ecclesie de Capdroto, Sarlatensis diocesis.* Dudum Bertrando Dandirano — Datum Avinione, kalendis julii ».

3292 Avignon, 1er juillet 1327.

Arnaldo de Verdala et Raymundo de Picapollo, ut detentores bonorum quondam Amanevi, archiepiscopi Auxitani, reservatorum ad eadem bona Petro Jauzentii, officiali Tholosano, et Raymundo de Duroforti, priori fratrum Praedicatorum Tholosanorum receptoribus constitutis assignanda compellant. (Reg. 114, fol. 115, c. 701).

« *Arnaldo de Verdala, canonico Mirapiscensis, et Raymundo de Picapollo, rectori Sancti Michaelis de Castello, Tholosane diocesis ecclesiarum.* Dudum certis causis — Datum Avinione, kalendis julii, anno undecimo ».

3293 Avignon, 1er juillet 1327.

Praedictis officiali et priori eadem bona recipiendi solventesque quittandi facultatem concedit. (Reg. 114, fol. 115 v°, c. 702).

(1) *Supra*, n° 3202.
(2) *Index* : Carrito.
(3) *Index* de Dandirano.

« *Eisdem .. officiali Tholosano et priori fratrum Predicatorum Tholosanorum.* Dudum etc... — Datum ut supra ».

3294 Avignon, 4 juillet 1327.

Ramundo de Olargio et Olrico Saumate, ut certas litteras clausas archiepiscopo Remensi directas eidem archiepiscopo praesentent. (Reg. 114, fol. 110 v°, c. 671).

« *Dilectis filiis Ramundo de Olargio, priori de Vernha, Ruthenensis diocesis, et Olrico Saumate* (1), *canonico Ruthenensi, Apostolice Sedis nunciis.* Venerabili fratri nostro — Datum Avinione, IIII nonas julii, anno undecimo ».

3295 Avignon, 4 juillet 1327.

Archiepiscopum Remensem exhortet ad subsidium exhibendum contra rebelles de partibus Italiae. (Reg. 114, fol. 110 v°, c. 672).

« *Dicto archiepiscopo Remensi.* Quantis importabilium onerum necessitatibus propter induratam maliciam et intumescentem superbiam hereticorum et rebellium parcium Italie adversus Deum et Ecclesiam fidemque catholicam crudeliter et incessanter sevientium Romana pregravetur Ecclesia fraternitatem tuam indubie supponimus non latere ; propter quod, te frater velut ejusdem honorabile membrum ecclesie matris tue ad subventionem ipsius ad quam te promptum et liberalem reperire inter ceteros prelatos earum parcium confidimus per nuncios speciales et litteras duximus exhortandum. Sane quia ignoramus an predicte littere tibi fuerint presentate exhortationes hujusmodi attencius iterantes, eandem fraternitatem tuam duximus deprecandam quatinus, in tante necessitatis articulo eidem matri affectu benigno compaciens, in exhibitione subsidii liberalis munifica reddas et constituas sic te promptum ad hoc, idem exemplis et verbis pariter tuos subditos inducturus et habiturus nichilominus predictos nuncios super hiis commendatos, quod preter mercedis perennis quam inde mereberis premium nostram et ipsius Ecclesie gratiam uberius propter hoc merito assequaris. Datum ut supra proxime ».

(1) *Index* : Elrico Saumato.

3296 Avignon, 9 juillet 1327.

Comiti Valesii qui pro concedendo sibi ab ecclesiis certo subsidio ad necessitates suas relevandas nuntios miserat, respondet Ecclesiam multis oneribus pro rebellibus Italiae reprimendis caeterisque aliis gravari, dictumque subsidium concedi non posse. (Reg. 114, fol. 111, c. 673).

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, comiti Valesii.* Nuper ad nostram — Datum Avinione, VII idus julii, anno undecimo ».

3297 Avignon, 15 juillet 1327.

Petro Arquerii, subsidium in provincia Rothomagensi contra haereticos oblatum colligendum committit. (Reg. 114, fol. 83, c. 477).

« *Petro Arquerii, decano Rothomagensi, Apostolice Sedis nuntio.* Cum nonnulli prelati — Datum Avinione, idibus julii, anno undecimo ».

3298 [Avignon, 16 juillet 1327].

Petro Guigonis de Castronovo, Lingonensis, et Petro de Viveriis, Vivariensis ecclesiarum canonicis, Apostolicae Sedis nunciis, in e. m. ac Guillelmo de Granholis (1) ut subsidium contra haereticos in provincia Bisuntina oblatum recipient solventesque quittent. (Reg. 114, fol. 83, p. c. 476) (2).

3299 Avignon, 16 juillet 1327.

In e. m. Raymundo de Olargio priori de Vernha, Ruthenensis diocesis, et Ulrico Saumate, canonico Ruthenensi, Apostolicae Sedis nunciis in provincia Remensi. Datum Avinione, XVII kalendas augusti, anno undecimo. (Reg. 114, fol. 83, p. c. 476).

3300 Avignon, 16 juillet 1327.

Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Johanni de Grandisono, nunciis, ut pro negocio pacis Vasconiae in illis partibus quamdiu necesse fuerit remaneant. (Reg. 114, fol. 112, c. 684).

(1) *Supra*, n° 3279.
(2) La date est donnée par l'acte suivant, n° 3299.

« *Eisdem nunciis* [*archiepiscopo Viennensi et archidiacono Nothingie*]. Vestris receptis benigne — Datum Avinione, XVII kalendas augusti ».

3301 Avignon, 18 juillet 1327.

Guillelmo de Granholis ut subsidium contra haereticos oblatum in Carpentoratensi, Vasionensi, Cavallicensi, Tricastrinensi et Aurasicensi diocesibus recipiat solventesque quittet. (Reg. 114, fol. 82 v°, c. 475).

« *Guillelmo de Granholis, canonico Bajocensi, comitatus Venaissini thesaurario.* Cum nonnulli prelati — Datum Avinione, XV kalendas augusti ».

3302 18 juillet 1327.

Gasberto de Montelauduno fructus beneficiorum suorum in absencia percipiendi facultatem in e. m. ac Roberto de Albaruppe, patrimonii beati Petri in Tuscia rectori concedit. (Reg. 114, fol. 170 v°, p. c. 1062).

« *In e. m. Gasberto de Montelauduno, canonico Turonensi.* Tue merita probitatis — Datum XV kalendas augusti, anno undecimo ».

3303 Avignon, 18 juillet 1327.

Carpentoratensi, Vasconensi, Tricastrinensi, Cavallicensi et Aurasicensi episcopis universisque personis ecclesiasticis eorum diocesum ut Guillelmo de Granholis, Bajocensi, et Rostagno Malisanguinis, Carpentoratensi canonicis qui Guillelmo de Rabastenchis decano ecclesiae Sancti Agricoli Avinionensis, et Rostangno Alsiaci, archidiacono Arelatensi, apostolicis nunciis, ad subsidium pro repressione haereticorum in Italiae partibus petendum destinatis subrogati sunt, fidem adhibeant. (Reg. 114, fol. 177 v°, c. 1103).

« *Venerabilibus fratribus .. Carpentoratensi, .. Vasionensi, .. Tricastrinensi, .. Cavallicensi et .. Aurasicensi episcopis et dilectis filiis etc... ut supra in Carpentoratensibus, Vasionensibus, Tricastrinensibus et Aurasicensibus civitatibus et diocesibus constitutis.* Pridem necessitates multiplices — Datum Avinione, XV kalendas augusti, anno undecimo ».

3304 Avignon, 20 juillet 1327.

Beraudum, dominum de Solomniaco, de sollicitudine sua circa statum negociorum partium Vasconiae laudat, eique notum facit se nunciis apostolicis scripsisse quod ab eis non recedant partibus quamdiu ipsorum praesencia ibidem extiterit oportuna. (Reg. 114, fol. 111 v°, c. 677).

« *Dilecto filio nobili viro Beraudo, domino de Solomniaco, senescallo Tholosano.* Solita benignitate recepimus nobilitatis tue (1) litteras nobis novissime presentatas et que continebantur in eis pleno collegimus intellectu. Sane quia per eas statum negociorum partium Vasconie pacificum prosperari faciente Domino, nunciasti, leti super hoc efficimur, et tue solicitudinis studium quod tam circa negocia ipsa promovenda utiliter quam statum eorum nobis intimandum adhibere non cessas continue, plurimum in Domino commendantes, nobilitatem eandem attencius exhortamur quatinus tua in hac parte diligencia non tepescat. Et ecce, fili, quod nunciis nostris jam scripsimus quod ab eis non recedant partibus, sed pocius circa perfectionem negociorum predictorum curent insistere sedule quamdiu ipsorum presencia ibidem propter hoc extiterit oportuna. Datum Avinione, XIII kalendas augusti, anno undecimo ».

3305 Avignon, 23 juillet 1327.

Regi Franciae, ut Guillelmum abbatem monasterii Crassensis, ordinis sancti Benedicti, Carcassonensis diocesis, ad regalem curiam pro revocandis nonnullis gravaminibus monasterio suo a gentibus regiis illatis accedentem, audire benigne ac favorabiliter expedire velit. (Reg. 114, fol. 111, c. 674).

« *Prefato regi Francie.* Dilectum filium Guillelmum — Datum Avinione, X kalendas augusti, anno undecimo ».

3306 [Avignon], 26 juillet 1327 ?

Helienordi, consorti Bernardi de Caprerio senioris, indulgentiam in articulo mortis in e. m. ac eidem Bernardo (2) concedit. (Reg. 114, fol. 167, p. c. 1048).

(1) *Reg.* : *tue* répété.
(2) *Supra*, n° 3232.

« *In e. m. nobili mulieri Helienordi consorti nobilis viri Bernardi de Caprerio* (1) *senioris.* Sincere devotionis affectus — Nulli ergo etc. » (2).

3307 [Avignon], 26 juillet 1327.

Guillelmo de Orto indulgentiam in articulo mortis in e. m. ac praedicto Bernardo concedit. (Reg. 114, fol. 167, p. c. 1048).

« *In e. m. Guillelmo de Orto, layco Burdegalensis diocesis.* Sincere devotionis affectus — Datum VII kalendas augusti, anno undecimo ».

3308 Avignon, 28 juillet 1327.

Bernardo de Larcina et Almerico de Caprespina pecunias a Berengario, episcopo, et Petro de Turano, canonico Elnensibus certisque mercatoribus Camerae Apostolicae debitas nomine ejusdem Camerae apud Montempessulanum, Magalonensis diocesis, recipiendi facultatem concedit. (Reg. 114, fol. 127, c. 777).

« *Bernardo de Larcina, ecclesie beati Michaelis in ecclesia Sancti Ilarii Pictavensis, et Almerico de Caprespino, ecclesie Sancti Projecti Mimatensis diocesis rectori.* Sperantes quod ea — Datum Avinione, V kalendas Augusti, anno undecimo ».

3309 28 juillet 1327.

Ludovico episcopo Metensi, indulgentiam in articulo mortis in e. m. ac Bernardo de Caprerio (3) concedit. (Reg. 114, fol. 167 v°, p. c. 1048).

« *In e. m. Ludovico episcopo Metensi.* Sincere devotionis affectus — Datum V kalendas augusti, anno undecimo ».

3310 Avignon, 1er août 1327.

Bernardum de Larcina et Raymundum de Bolaresio Gasberto de Montelauduno, canonico Turonensi, ad

(1) *Index* : Caperio.
(2) Cette indulgence, dont la date manque, peut être soit du 1er mai 1327 comme l'acte 3232 (c. 1048), soit plus vraisemblablement du 26 juillet comme l'acte immédiatement postérieur, dans le registre (n. 3307).
(3) Cf. n° 3232.

subsidium in Tholosana et Auxitana provinciis colligendum subrogat. (Reg. 114, fol. 83, c. 479).

« *Bernardo de Larcina, capelle beati Michaelis in ecclesia Sancti Ilarii Pictavensis et Raymundo de Bolaresio, ecclesie de Colnaco, Ruthenensis diocesum rectoribus.* Cum nonnulli prelati — Datum Avinione, kalendis augusti, anno undecimo.

3311 Avignon, 1er août 1327.

Praedictos Bernardum et Raymundum eidem Gasberto de Montelauduno ad exigenda bona quondam Garciae, episcopi Aquensis, reservata subrogat. (Reg. 114, fol. 114, c. 698).

« *Bernardo de Larcina, capelle beati Michaelis in ecclesia Sancti Ilarii Pictavensis, et Raymundo de Bolaresio, ecclesie de Colnaco, Ruthenensis diocesum rectoribus.* Volentes nuper de — Datum Avinione, kalendis augusti, anno undecimo ».

3312 Avignon, 3 août 1327.

Saecularis beatae Mariae de Craceyo, et prioratus de Benevento, ordinis sancti Augustini, prioribus ac Jacobo, rectori parrochialis de Asso ecclesiarum, ut executoribus testamenti quondam P., Penestrini episcopi, mandat ut de bonis ecclesiae beatae Mariae de Capella Taillefer, Lemovicensis diocesis, a praefato episcopo fundatae, inventarium faciant, eisque eorumdem bonorum administrationem committit. (Reg. 114, fol. 104, c. 585).

« *Secularis beate Marie de Craceyo et .. prioratus de Benevento, ordinis sancti Augustini, prioribus, ac Jacobo, rectori parrochialis de Asso* (1) *ecclesiarum, Bituricensis, Tholosane et Lemovicensis diocesum.* Suscepti regiminis cura — Datum Avinione, III nonas augusti, anno undecimo ».

3313 Avignon, 3 août 1327.

Johanni de Cerchamont, ne in negotio Arnaldi Duesa, vicecomiti Caramanni, nepotis ipsius, ulterius procedat cum ejusdem negotii processum expedire ad praesens dicto vicecomiti non videatur. (Reg. 114, fol. 111, c. 675).

(1) *Index* : Hasso.

« *Dilecto filio Johanni de Serchamonte, decano Pictavensi, carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris cancellario.* Litteras tuas solita benignitate recepimus et que continebantur in eis concernencia dilectum filium nobilem virum Arnaldum Duesa, vicecomitem Carammanni, nepotem nostrum, percepimus diligenter. Super quibus devocionem et sinceritatem tuam quam ad nos et ipsum affectione domestica gerere nosceris, in Domino plurimum commendantes, tuam, fili, nolumus ignorare prudenciam quod cum processum illius negocii expedire ad presens dicto vicecomiti non putemus, voluntatis nostre non est quod in illo pro nunc ulterius procedatur. Datum Avinione, III nonas augusti, anno undecimo ».

3314 Avignon, 3 août 1327.

De eodem Petro episcopo Carnotensi. (Reg. 114, fol. 111, p. c. 675).

« In eundem modum mutatis mutandis venerabili fratri Petro, episcopo Carnotensi, usque procedatur, addito : ceterum ex petitionibus pro parte tua nobis oblatis, quibus cum Deo bono modo potuimus, duximus annuendum. Datum ut supra ».

3315 Avignon, 4 août 1327.

Ludovico, comiti Claromontis respondet quod acquisitio principatus Achayae pro Terrae Sanctae acquisitione oportuna non videtur. (Reg. 114, fol. 111, c. 676).

« *Dilecto filio Ludovico, comiti Claromontis.* Nobilitatis tue solita benignitate recepimus litteras, et que in eis continebantur, ac que tui nuncii sub commissa sibi per ipsas credencia voluerunt proponere intelleximus diligenter. Habuit siquidem nunciorum ipsorum facta nobis expositio quod, cum tua nobilitas sicut ex votis tenetur emissis actenus pro acquisitione Terre Sancte transfretare intense desideret et a nonnullis personis expertis et providis tibi suasum extiterit quod pro dicta Terre Sancte acquisitione oportunius et facilius procuranda, principatus Achaye acquisitio, que satis eis videbatur facilis, interveniente nostro suffragio, esset tibi plurimum oportuna, suppli-

cabunt nobis pro parte tua prefati nuncii quod nos circa dicti principatus acquisitionem tibi vellemus assistere consiliis et auxiliis oportunis, ac insuper insistere apud carissimum in Christo filium nostrum Robertum regem Sicilie illustrem, pro premissis. Sane, fili dilecte, licet tuis piis desideriis, presertim circa ea per que possis Altissimo vota tua reddere, annueremus, et illa coadjuvaremus quantum cum Deo possemus libenter auxiliis et consiliis oportunis, quia tamen modus et forma quibus dictum principatum habere intenderes, cum per litteras vel nuncios ipsos explicati minime fuerint, nobis occulti penitus et ignoti existant, super hiis tibi consulte non possumus respondere. Tales namque vie providencie tue circa hec forte possunt occurrere quibus agnitis honeste possemus circa illas partes nostras interponere, ac tales etiam vias nos prosequi non deceret. Etenim si pecunia data (?) intenderes illum acquirere, quod pars alia consenserit tali contractui non existit verisimile, nec decet nos etiam illud eidem suadere. Terram autem unitam et talem qualem excambii via requireret extra tuum patrimonium non novimus te habere nec tue nobilitati consuleremus quomodolibet quod tuum patrimonium, quod tam situ quam nobilitate preciosum et oportunum existit, cum principatu hujusmodi qui in nationis perverse ac infidelis consistit medio et a tua tuorumque remotus potencia, permutares. Preterea cum principatus ipsius jura in manu dilecti filii nobilis viri Johannis, dicti regis germani, noscantur consistere, existimare potes rationabiliter quod rex ipse, qui ad Terre Sancte acquisitionem aspirat, etiam eo promptius posset ac vellet germano suo quam tibi ad retinendum pacifice principatum eundem assistere eoque confidencius, dum in propinquiorem principatus ipse residet oportunitatem illius, quando acquisitioni prefate posset intendere putaret posse suis commodis retinere. Adhuc quod acquisitio principatus ipsius censeri debeat pro acquisitione Terre Sancte sicut prefertur accomoda, in hoc proculdubio nostra opinio non concurrit, tanta namque difficultas in acquirendo ac retinendo dictum principatum pacifice quod quidem necesse prius pro suffragio alterius acquisitionis existeret noscitur imminere quod consideratis laboribus diuturnis et sumptibus grandibus quos secum traheret acquisitio et pacifica retinencio circa quam oporteret insistere principatus pocius arbitrio nostro acquisitioni Terre Sancte obstaret quam prodesset. Si itaque providencie tue vie occurrant alie in quibus honeste intentionem tuam quoad principatum ipsum posse per nos existimas adjuvari parati erimus, si eas nobis significandas duxeris, quantum cum Deo et honestate nostra poterimus laborare. Datum Avinione, II nonas augusti, anno undecimo ».

3316 Avignon, 7 août 1327.

Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Johanni de Grandisono, nunciis, ut ad perfectionem pacis Vasconiae laborent, et in illis partibus quamdiu necesse fuerit remaneant. (Reg. 114, fol. 112, c. 685).

« *Eisdem nunciis* [*archiepiscopo Viennensi et archidiacono Nothingie*]. Cum sicut alias — Datum Avinione, VII idus augusti, anno undecimo ».

3317 Avignon, 8 août 1327.

Guillelmo, episcopo Norwicensi pacem Vasconiae speranti, ut ad illud negotium studium adhibeat. (Reg. 114, fol. 118 v°, c. 721).

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Norwicensi.* Missas nobis tue — [Datum Avinione, VI idus augusti, anno undecimo ».

3318 Avignon, 18 août 1327.

Regi Franciae, de adventu missorum ejus et de beneficiis providendis. (Reg. 114, fol. 111 v°, c. 678).

« *Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Ad nostram venientes nuper presenciam dilectos filios nobiles viros Guillelmum Flote et Guidonem Caprarii milites regie celsitudinis nuncios benigne consideratione mittentis et eorundem nunciorum probitatis obtentu recepimus et que ipsi pro parte regia voluerunt proponere intelleximus diligenter. Et ecce fili carissime quod cum dictus Guillelmus pridem pro certis regiis negociis recessisset de curia, dicto Guidone remanente ibidem, prefatus Guido qui nunc ad regalem excellenciam dirigat gressus suos de statu et expeditione negociorum pro quibus ipsi nuncii venerunt regiam providenciam efficere poterit plenius certiorem. Et licet prelibati

nuncii quorum circumspectam diligenciam probabiliter commendamus pro celeriori expeditione negociorum ipsorum institerint diligenter, nos tamen arduis aliis undique confluentibus negociis occupati, eos quorum moram excusamus merito non potuimus commode cicius expedire. Ceterum peticionibus beneficialibus pro parte regia nobis oblatis illas quas secundum Deum potuimus ad exauditionis gratiam duximus favorabiliter admittendas, etsi pluribus annuere decenter nequivimus, compacientes ecclesiis nimium ut ignorare magnificentiam regiam non credimus pregravatis, habeat nos celsitudo regia quesimus excusatos. Datum Avinione, XV kalendas septembris, anno undecimo ».

3319 Avignon, 19 août 1327.

Henrico Dalfini, domino Montisalbani et Medullionis, Johannis Grandis Poliaeque, ejus uxoris, negotium iterum commendat, ab eoque petit ut Bertrando de Capella, priori Sancti Saturnini de Portu, Uticensis diocesis, fidem adhibeat. (Reg. 114, fol. 86 v°, c. 504).

« *Eidem* [*dilecto filio nobili viro Henrico Dalfini, domini Montisalbani et Medullionis*]. Nuper pro dilecta — Datum Avinione, XIIII kalendas septembris, anno undecimo ».

3320 Avignon, 21 août 1327.

Guillelmo, episcopo Valentinensi, ut pro liberatione Raynaldi (1) de Moregiis, domini castri de Rupeforcata, et suorum ab Armando de Rupeforcata captorum, partes suas interponat. (Reg. 114, fol. 86 v°, c. 505).

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Valentinensi et Diensi.* Fidedigna relatione percepto — Datum Avinione, XII kalendas septembris, anno undecimo ».

3321 Avignon, 21 août [1327].

Arnaldo de Verdala, ut commissa prius sibi et Johanni Regafredi archidiacono Beneventano, tunc rectori ecclesiae de Mujulano Magalonensis diocesis, circa recuperationem bonorum quondam Petri, episcopi Carcassonensis reservatorum, solus exequatur cum praefatus Johannes sit aliis negotiis occupatus. (Reg. 114, fol. 103, c. 579).

« *Arnaldo de Verdala, canonico Mirapiscensi.* Dudum tibi et — Datum Avinione, XII kalendas septembris ».

3322 Avignon, 21 août 1327.

Eidem, ut fructus ecclesiae de Conilhaco, Narbonensis diocesis, qui pro Camera apostolica sequestrati fuerunt, exigat solventesque quittet. (Reg. 114, fol. 103, c. 580).

« *Eidem.* Cum olim fructus — Datum ut supra ».

3323 Avignon, 21 août [1327].

Eidem, ut fructus beneficiorum et officiorum ecclesiasticorum quae Arnaldus de Villaribus, tempore quo apostolicis carceribus mancipatus extitit, in Tholosana, Mirapiscensi, Appamiarum, Sancti Papuli et Electensi diocesibus obtinebat, exigat. (Reg. 114, fol. 103 v°, c. 581).

« *Eidem.* Provideri volentes ne — Datum Avinione, XII kalendas septembris ».

3324 Avignon, 24 août 1327.

Gasberto de Montelauduno, in e. m. ac Guillelmo de Granholis (1) subsidium in diocesi Vivariensi colligendum committit. (Reg. 114, fol. 83, p. c. 476).

« *In e. m. Gasberto de Montelauduno, canonico Turonensi, Apostolice Sedis nuncio in civitate et diocesi Vivariensibus.* Cum nonnulli prelati — Datum Avinione, IX kalendas septembris, anno undecimo ».

3325 Avignon, 25 août 1327.

Reginaldo de Ponte, ut Petro, abbati Sancti Amancii, Sarlatensis diocesis, fidem adhibeat. (Reg. 114, fol.111 v°, c. 679).

(1) *Index* : Raymundi.

(1) *Supra*, n. 3279.

« *Dilecto filio nobili viro Reginaldo de Ponte, vicecomiti Carladesii.* Cum nos dilecto filio Petro, abbati monasterii Sancti Amancii, Sarlatensis diocesis, ad tue nobilitatis presenciam accedenti quedam tibi referenda per eum duxerimus imponenda, nobilitatem eandem rogamus attencius et hortamur quatinus eidem abbati fidem adhibeas credulam in hac parte. Datum Avinione, VIII kalendas septembris, anno undecimo ».

3326 Avignon, 25 août 1327.

Ademaro, electo Metensi, ut ad regimen Metensis ecclesiae per Ludovici, episcopi Metensis obitum vacantis suscipiendum accedat. (Reg. 114, fol. 169 v°, c. 1058; — Riezler, *Vatikanische Akten*, n. 900 b, p. 343).

« *Ademaro, electo Metensi.* Metensi ecclesie per — Datum VIII kalendas septembris, anno undecimo ».

3327 Avignon, 26 août 1327.

Archidiacono de Condrieu et officialibus Lugdunensi et Valentino, ut de excessibus ab Aynardo de Claromonte, Gaufridi domini de Claromonte nato, Viennensis diocesis, contra Guillelmum archiepiscopum Viennensem commissis se informent, culpabilesque citent. (Reg. 114, fol. 82 v°, c. 474).

« .. *archidiacono de Condrieu, in ecclesia Lugdunensi, et .. officiali* [*bus*] *Lugdunensi et Valentino.* Quamvis excessibus quorumdam — Datum Avinione, VII kalendas septembris, anno undecimo ».

3328 [Avignon, 26 août 1327] (1).

Guigoni, dalphino Viennensi, ut quaestionem inter suas et archiepiscopi Viennensis gentes subortam, usque ad unum mensem post adventum ejusdem episcopi prorogare velit, fidemque Bertrando de Capella adhibeat. (Reg. 114, fol. 86 v°, c. 506).

« *Dilecto filio nobili viro Guigoni, dalfino Viennensi.* Cum venerabili fratri nostro Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, nostris et Ecclesie Romane necnon carissimorum in Christo filiorum nostrorum .. Francie et .. Anglie regum illustrium obsequiis super certis negociis eosdem reges, sicut tuam non credimus ignorare prudenciam, tangentibus insistenti noviter duxerimus injungendum ut a prosecutione negociorum ipsorum que prosperari letanter audivimus quamdiu sua fuerit propter hoc oportuna presencia non desistat, nobilitatem tuam rogamus attencius et hortamur quatinus questionem inter tuas, fili, et ipsius archiepiscopi gentes, specialiter castri de Romanis subortam que pridem ad precum nostrarum instanciam extitit usque ad unum mensem post adventum ipsius, dummodo veniret infra instans festum beati Michaelis posita in suspenso, velit tua nobilitas cum adventus prelibati archiepiscopi non speretur propter ea que premisimus, ita de proximo ulterius usque ad unum mensem post ejus adventum, si forsan infra predictum festum non venerit, quibuscunque novitatibus interim cessantibus, favorabiliter prorogare, dilecto filio Bertrando de Capella, priori Sancti Saturnini de Portu, Uticensis diocesis, capellano nostro, ad tuam propter hoc presenciam accedenti fidem adhibendo indubiam, et obtemperando nichilominus exhortationibus in hac parte ».

(1) La date est donnée par l'acte suivant, n° 3329, c. 507. Voir aussi n° 3319.

3329 Avignon, 26 août 1327.

Henrico Dalphini super eodem. (Reg. 114, fol. 87, c. 507).

« *Dilecto filio nobili viro Henrico Dalfini, domino Montisalbani.* Cum venerabili fratri — Datum Avinione, VII kalendas septembris, anno undecimo ».

3330 Avignon, 26 août 1327.

Petro de Saonaco et Petro de Veyresio, ut bona a quondam Bertrando, episcopo Agennensi, in subsidium Terrae Sanctae legata recipiant solventesque quittent. (Reg. 114, fol. 114 v°, c. 699).

« *Petro de Saonaco ac Petro de Veyresio* (1), *ordinis fratrum Predicatorum.* Assertione fidedigne relationis — Datum Avinione, VII kalendas septembris, anno undecimo ».

(1) *Index* : Verresio.

3331 Avignon, 26 août 1327.

Ramundo de Bolaresio et Almarinio de Caprespino, pecunias a Berengario, episcopo, et Petro de Turano, canonico Elnensibus, certisque mercatoribus Camerae Apostolicae debitas nomine ejusdem Camerae apud Montempessulanum Magalonensis diocesis recipiendi facultatem concedit. (Reg. 114, fol. 127 v°, c. 780).

« *Ramundo de Bolaresio de Colnaco, Ruthenensis, et Almarinio de Caprespino Sancti Projecti Mimatensis diocesum ecclesiarum rectoribus.* Sperantes quod ea — Datum Avinione, VII kalendas septembris, anno undecimo ».

3332 Avignon, 27 août [1327].

Johanni de Arpadella et Geraldo de Campomulo, ut exigant a Petro Pamnerii, apothecario, cive Parisiensi omnia que debebat Johanni quondam archiepiscopo Bremensi, cujus bona dispositioni apostolicae reservata sunt. (Reg. 114, fol. 103 v°, c. 583).

« *Johanni de Arpadella, decano Xanctonensis, et Geraldo de Campomulo, cantori Parisiensis ecclesiarum.* Dudum dilectus filius — Datum Avinione, VI kalendas septembris ».

3333 Avignon, 27 août 1327.

Senescallo Tholosae, ut negotium pacis in Vasconia diligenter prosequatur. (Reg. 114, fol. 112, c. 686).

« *Dilecto filio nobili viro Beraudo, domino de Solomniaco, senescallo regio Tholosano.* Litteras nobilitatis tue statum negocii pacis Vasconie recepimus describentes, tuam super notificatione hujusmodi diligenciam plurimum in Domino commendantes. Sane, fili, licet ea que continebantur in eisdem litteris innuere te formidare de reformatione status earum parcium pacifici viderentur, nos tamen in Eo qui pacis est actor ut vias super hiis oportunas aperiat confidentes, eandem nobilitatem tuam attencius exhortamur quatinus circa prosecutionem negocii pacis ejusdem tua diligencia non tepescat. Nos enim nostris nunciis idem per litteras injungimus oportunas. Datum Avinione, VI kalendas septembris, anno undecimo ».

3334 Avignon, 27 août 1327.

Guillelmo, episcopo Norwicensi, ut ad pacem Vasconiae procurandam laborare non desinat. (Reg. 114, fol. 119, c. 724).

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Norwicensi.* Quamvis frater, formidinem — Datum Avinione, VI kalendas septembris, anno undecimo ».

3335 Avignon, 28 août 1327.

Nuntiis, ut licet de votivo exitu pacis Vasconiae formident, ad illud negotium diligenter laborare non desinant. (Reg. 114, fol. 112 v°, c. 687).

« *Dictis nuntiis* (1) [*archiepiscopo Viennensi et archidiacono Nothingie*]. Licet litterarum vestrarum — Datum Avinione, V kalendas septembris, anno undecimo ».

3336 [Avignon], 30 août 1327.

Guillelmo Glone tabellionatus officium in e. m. ac Arnaldo Stephani (2) concedit. (Reg. 114, fol. 174 v°, p. c. 1086).

« *In e. m. Guillelmo Glone* (3), *clerico Lodovensis diocesis etc...* Ne contractuum memoria — Datum III kalendas septembris, anno quo supra [undecimo] ».

3337 Avignon, 1er septembre 1327.

Bernardo Hugonis de Sancta Arthemia, Tholosanae, ac Stephano Alberti, Claromontensis ecclesiarum canonicis, ut informent se de mala administratione collegiatae ecclesiae Sancti Felicis Tholosanae diocesis totumque referant. (Reg. 82, cur, fol. 9 v°, c. 35).

« *Dilectis filiis Bernardo Hugonis de Sancta Arthemia, Tholosane ac Stephano Alberti, Claromontensis ecclesiarum canonicis, salutem.* Dudum per dilectum — Datum Avinione, kalendis septembris, anno undecimo ».

---

(1) *Supra*, n. 3316 c. 685.
(2) *Supra*, n. 3202.
(3) *Index* : Glorie.

3338 [5 septembre 1326 - 4 septembre 1327] (1)

Alienordi de Monteforti, quod preces ejus pro episcopali dignitate cuidam conferenda quem pridem Apostolicae Sedis poenitentiarum ipse duxerat ordinandum, exaudire non possunt. (Reg. 114, fol. 110, c. 663).

« *Nobili mulieri Alienordi de Monteforti, comitisse Vindocinensi.* Miramur, filia, quomodo sic importune instes pro episcopali dignitate illi conferenda quem ad tui instanciam pridem Apostolice Sedis penitenciarium duximus ordinandum, de quo utique officio fratres majoris auctoritatis quam ipse sit, essent valde contenti. Quare nobilitati tue consulimus ut ab ista desistas instancia. Nos enim loco et tempore ipsum, tuarum precum obtentu, habebimus sicut viderimus expedire, [commendatum], nec a nobis responsionem aliam super hoc prestoleris ».

3339 S. d. [5 septembre 1326 - 4 septembre 1327] (2)

Petro, episcopo Carnotensi, super quibusdam scripturis respondet. (Reg. 114, fol. 112, c. 681).

« *Venerabili fratri Petro, episcopo Carnotensi.* Scripturarum illarum continenciam plene collegimus intellectu ac de ipsarum insinuatione scribentis diligentiam plurimum in Domino commendantes quod de illis optabat fieri noverit adimpletum. Videtur autem illi de quo in dictis scripturis fiebat mentio non esse conveniens quod se dicto negocio debeat immiscere ».

(1) Acte non daté, mais compris dans la partie du registre 114 consacrée à l'an XI.

(2) *Vide supra*, n. 3338, n. 1.

3340 S. d. [5 septembre 1326 - 4 septembre 1327] (1)

Henrico domino Soliaci de quodam tractatu quem amplius prosequi expediens non videtur. (Reg. 114, fol. 112, c. 680).

« *Henrico domino Soliaci, buticulario Francie.* Nobilitatis tue litteras de tractatu illo mentionem inter cetera facientes benignitate recepimus consueta. Sane, fili, quia certis rationabilibus in consideratione deductis, tractatum ipsum amplius prosequi expediens non censemus, providencia tua sibi consulere alias in hac parte poterit tractatu non obstante eodem, prout putaverit expedire. De favoribus autem pro parte tua nostro intruitu oblatis super hiis eidem tue nobilitati, de qua sinistra non crederemus faciliter, gratiarum referimus actiones ».

(1) *Idem.*

JOANNIS PAPAE XXII

LITTERAE SECRETAE ET DE CURIA.

ANNUS DUODECIMUS

3341 Avignon, 5 septembre 1327.

Episcopo Valentino et Diensi ut Armandum de Rupeforcata ad restitutionem quorumdam bonorum Raynaldo de Morgiis, domino castri de Rupeforcata ablatorum compellat justitiamque eidem Raynaldo exhiberi faciat. (Reg. 114, fol. 277, c. 1566).

« .. *episcopo Valentino et Diensi.* Pridem pro liberatione — Datum Avinione, nonis septembris anno duodecimo ».

3342 Avignon, 5 septembre 1327 (1)

Arnaldo de Verdala et Raymundo de Picapollo mandat ut fructus, redditus et proventus Auxitanae ecclesiae pluribus annis per obitum Amanevi archiepiscopi vacantis percipiant, et de praedictis redditibus XXV millia florenorum auri Ludovico, comiti Clarimontis, ad prosequendum negotium passagii transmarini ab Apostolica Sede concessa, assignent. (Reg. 114, fol. 302 v°, c. 1734).

« *Dilectis [filiis] Arnaldo de Verdala, canonico Mirapiscensi et Raymundo de Picapollo, rectori ecclesie Sancti Michaelis ad Castellum Tholosane diocesis.* Dudum intensum desiderium quod dilectum filium nobilem virum Ludovicum, comitem Clarimontis, ad Terram Sanctam eripiendam [de] impiorum manibus habere novimus, et studiosam diligenciam quam, spretis laboribus variis et expensis, ad promovendum propterea transmarinum passagium adhibere curavit considerantes attente, dignum merito reputavimus [ut] ad tam pium decentius exequendum [propositum] nos sua reperiret devotio liberales, premissis rationibus persuasi ut in primo vel particulari transmarino passagio [pro dicte Terre] negocio per Sedem Apostolicam indicendo] convenientius et honorabilius trans... viginti quinque milia florenorum auri .... de helemosinis et legatis factis vel faciendis in regno Francie, certo tamen modo .... in ipsis nequaquam adjecto eidem .... largienda que sibi de legatis et helemosinis predictis persolvi voluimus, ex quo dictum passagium indictum foret, ut predicitur, et helemosine seu legata fuissent in regno predicto usque saltem ad summam hujusmodi recollecta, ita tamen quod ea in prefato negocio expendere ac de hoc adimplendo prestare deputando per eandem Sedem cautionem ydoneam teneretur, expresse nichilominus in ipsa concessione adjecto quod per eam non intendebamus Cameram nostram aut Ecclesiam quovismodo, nec predicta quoad alia vel aliter quam expressata sint superius, obligare, prout hec in nostris patentibus inde confectis litteris plenius continetur. Sane quia, hiis diebus preteritis, pro parte carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, et ejusdem comitis nobis extitit supplicatum quod, cum dicta gratia nondum fuerit in toto vel in parte aliqua executioni mandata, idemque comes propter grandia expensarum onera, quas occasione prosecutionis predicte ipsum facere oportuit, existat mole debitorum nimium pregravatus, eidem dignaremur de aliquo oportuno pecuniario subsidio, per quod vitaret incommoda que incurreret si eum in solutione debitorum hujusmodi cessare contingeret, subvenire, nos autem, licet attentis oneribus variis que nobis incumbunt pro tuitione fidei et Ecclesie Sancte

(1) Texte très altéré.

Dei, quas multi heretici eorumque fautores modis variis impetunt, vineam Domini Sabaot demoliri et inconsutilem Christi tunicam scindere molientes, essent nobis exhibenda subsidia potius quam a nobis petenda, ingens tamen prefati comitis desiderium quo ad dicte Terre negocium affici dinoscitur attendentes, et volentes sibi propter hoc de summa viginti quinque milium florenorum auri predicta promptius subvenire, vias et modos cum nonnullis ex fratribus nostris quesivimus per quos id posset celerius adimpleri, et tandem nostre ac ipsorum fratrum memorie occurrente quod Auxitana ecclesia pluribus annis per obitum bone memorie Amanevi, archiepiscopi Auxitani, noscitur vacasse, quodque de fructibus, redditibus et proventibus ipsius, qui obvenerunt tempore vacationis hujusmodi quousque dispositioni Sedis Apostolice duximus reservandos, summa predicta, ut sperabamus, haberi poterat satis prompte, predictorum regis et comitis in hac parte precibus annuentes, et ut, dictis vitatis periculis, in proximo generali vel particulari passagio pro dicte Terre negotio per Sedem eandem Apostolicam indicendo, posset dictus comes honorabilius ac commodius et utilius transfretari et prosequi cum aliis negocium antedictum, voluimus et concessimus quod de dictis fructibus, redditibus et proventibus, summam viginti quinque milium florenorum auri per manus vestras, quos collectores predictorum fructuum, redditiuum et proventuum tenore presentium deputamus, habeat et recipiat antedictam, sic tamen quod comes prefatus in proximo generali vel particulari passagio per Sedem eandem pro dicte Terre Sancte negocio indicendo, transfretare, ac tantundem dictum negocium prosequendo cum aliis transfretantibus expendere, ac de hoc adimplendo vel restituendo summam ipsam predicte Camere si eum circa hoc deficere contingeret, se et sua suosque heredes efficaciter obligare ac presentare (?) vobis nostro et Ecclesie Romane nomine recipientibus cautionem ydoneam, sub cohertione jurisdictionis dicte Camere, cui se ac heredes suos summittere propter hoc teneatur. Insuper hoc adjecto quod Ecclesia seu Camera supradicte aut predicti fructus, redditus et proventus quoad alia vel aliter quam expressum sit superius propter premissa, nullatenus obligentur, quodque cum summam predictam receperit dictus comes de fructibus antedictis, prima concessio viginti quinque milium florenorum predicta, cui sunc ipse renunciare teneatur expressius, et litteras nostras super ea confectas vobis restituere nullius penitus sit momenti, sed concessio et littere hujusmodi ex tunc casse et irrite ac omni firmitate vacue perseverent. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus fructus, redditus et proventus predictos pro toto tempore vacationis jam dicte petere, exigere, colligere ac recipere, nostro et Ecclesie memorate nomine, solerter et fideliter procuretis, quosvis detentores ... Datum nonis septembris, anno duodecimo ».

3343 Avignon, 5 septembre 1327.

Ludovico, comiti Clarimontis, viginti quinque millia florenorum auri de fructibus ecclesiae Auxitanae per obitum Amanevi archiepiscopi vacantis, intuitu passagii transmarini concedit. (Reg. 114, fol. 316, c. 1814).

« *Ludovico, comiti Clarimontis.* Dudum, fili, sicut — [Datum] Avinione, nonis septembris, anno duodecimo ».

3344 Avignon, 5 septembre 1327.

Carolo regi Franciae de reditu Johannis de Templo, regis nuncii, pro absolutione Flandrensium missi (1). (Reg. 114, fol. 314, c. 1792).

« *Carolo, regi Francie.* Missus dudum ad — Datum Avinione, nonis septembris, anno duodecimo ».

3345 Avignon, [5 septembre ?] 1327.

Eidem regi Franciae Hugonem Geraldi, senescallum Carcassonensem commendat. (Reg. 114, fol. 314 v°, c. 1793).

« *Eidem regi.* Dilectum filium nobilem — Datum Avinione ... (2), anno duodecimo ».

3346 [Avignon, 5 septembre 1327].

Johanni Cerchamont, ut apud eumdem regem pro praefato Hugone insistat. (Reg. 114, fol. 314 v°, c. 1794).

(1) Texte très altéré.
(2) Date illisible.

« *Magistro Johan[ni Cerch]amont, dicti regis cancellario.* [Dilec]tum filium nobilem — Datum ut supra ».

3347 Avignon, 11 septembre 1327.

Episcopo Vabrensi, quod antequam litterae suae pervenissent de quadam ecclesia jam provisum erat. (Reg. 114, fol. 314 v°, c. 1796).

« .. *episcopo Vabrensi.* [Quia ?] de illa — Datum Avinione, III idus septembris, anno duodecimo ».

3348 Avignon, 11 septembre 1327.

Episcopo Pictavensi de subsidio ad expugnationem rebellium Italiae oblato regratiatur. (Reg. 114, fol. 314 v°, c. 1797).

« .. *episcopo Pictavensi.* Pro liberali subventione — Datum ut supra ».

3349 Avingon, 12 septembre 1327.

Carolo, regi Franciae, de provisione decanatus ecclesiae Nivernensis. (Reg. 114, fol. 314 v°, c. 1798).

« *Carolo, regi Francie.* Antequam serenitatis regie [littere] nobis per dilectum filium magistrum Milonem de Donzi, canonicum Nivernensem, presentate fuissent, decanatum ecclesie Nivernensis duxeramus dilecto filio magistro Johanni Mandavillani, super cujus promotione preces inculcatas (*sic*) receperamus regias conferendum, quamobrem precibus pro dicto Milone porrectis annuere, super quo nos habeat excusatos providencia regia, non valemus. Datum Avinione, II idus septembris, anno duodecimo ».

3350 Avignon, 13 septembre 1327.

Galhardo de Cardalhaco, quod fructus beneficiorum suorum in absentia usque ad triennium percipere possit, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis. (Reg. 114, fol. 300, c. 1729).

« *Di[lecto filio] Galhardo de Cardalhaco, archidiacono [Dunensi ?] in ecclesia Carnotensi, capellano nostro.* Merita tue devotionis — Nulli ergo etc... » (1).

3351 Avignon, 13 septembre 1327.

Decano Sancti Stephani de Teston, Bernardo Hugonis et Hugoni de Arpajone executoribus, ut eidem Galhardo de dictis fructibus responderi faciant (Reg. 114, fol. 300 v°, p. c. 1729).

« *[Di]lectis filiis .. decano Sancto Stephani de [Teston] Montisalbane et Bernardo Hugonis, [ac Hug]oni de Arpajone, Ruthenensis ecclesiarum canonicis.* [Quoc]irca discretioni vestre — [Dat. Avini]one, idibus septembris, anno duodecimo ».

3352 Avignon, 13 [septembre] 1327.

Johanni de Prato, ut sententiam contra quamdam mulierem haereticam apud Carcassonam non apud Montempessulanum ferat. (Reg. 114, fol. 314 v°, c. 1795).

« *Johanni de Prato, ordinis fratrum Predicatorum, inquisitori heretice pravitatis in partibus Carcassonensibus.* Nuper fide digna — Datum Avinione, idibus ... anno duodecimo » (2).

3353 Avignon, 13 septembre 1327.

Regi Franciae, ut factores et procuratores quorumdam mercatorum diocesis Caturcensis in villa de Rupella, Xanctonensis diocesis, commorantes qui arrestati fuerant, libertati reddi faciat. (Reg. 114, fol. 364 v°, c. 2152).

« *Eidem regi [Francie].* Insinuatione dilectorum filiorum Hugonis Fabri, Arnaldi Labrossa, Raymundi de Compenhs, Gasberti Lemosini, Johannis de Salerno, Petri Paichiera, Raymundi de Luganhaco, Johannis Burgada, Arnaldi Tardio, Petri Teichenderii et Guillelmi Castelli, mercatorum civitatis et diocesis Caturcensis, commorantium in villa de Rupella, Xanctonensis diocesis, nuper accepimus quod ea occasione quod quibusdam regnicolis tuis

(1) La date est donnée par l'acte suivant, n. 3351.

(2) Le manuscrit est très altéré ; le nom du mois, manquant, a été rétabli arbitrairement, par analogie avec la date des actes voisins.

in personis et rebus eorum illata fuisse dicuntur dampna gravia in partibus Normannie, dilectos filios Geraldum Dambodet, Guillelmum Muntari, Petrum de Lacumba, Guillelmum Costa, Johannem de Luganhaco, Johannem de Rossaco, Bernardum Barta, Benedictum Baset et Guillelmum Burgada, civitatis et diocesis predictarum, factores et procuratores dictorum mercatorum commorantes in partibus regni tui, necnon et bona quamplurima mercatorum ipsorum que dicti factores et procuratores nomine ipsorum tenebant ibidem, fecit regia sublimitas arrestari. Sane, fili carissime, cum prefati mercatores qui nec esse dicuntur marinerii nec consuevisse ... (1) rogamus attencius et hortamur quatinus super liberatione personarum procuratorum et bonorum predictorum sic se velit regia serenitas exhibere pro divina reverencia nostraque precum instancia propiciam et benignam quod dicti mercatores fructum ex nostris precibus uberem se percepisse letentur et regalis providencia culminis exinde valeat condignis in Domino laudibus merito commendari. Datum Avinione, idibus septembris, anno duodecimo ».

3354 Avignon, 21 septembre 1327.

Eidem regi ut videat quid agendum sit super negotio illius qui se intitulat imperatorem Graecorum. (Reg. 114, fol. 314 v°, c. 1799 ; — Arch. nat., L 302, n. 48).

« *Eidem regi* [*Francie*]. Rediens pridem dilectus filius Benedictus de Cumis, de ordine fratrum Predicatorum, sacre theologie magister, ab illius presencia qui se intitulat imperatorem Grecorum, litteras suas nobis exhibuit tenoris quem continet cedula presentibus interclusa, quibus attentis, ac que magister ipse super negocio pro quo illuc accesserat nobis retulit diligentius intellectis, nichil prorsus inde collegimus quod ad processum suadeat pro parte nostra negocii memorati. Super quo videat regia providencia ulterius quid agendum. Datum Avinione, XI kalendas octobris, anno duodecimo ».

3355 Avignon, 23 septembre 1327.

Gastoni, comiti Fuxi, ut inter se et Bernardum Jordani de Insula, ex una parte, et Johannem comitem Armaniaci ex altera, pacem reformet et Arnaldo, episcopo Lumbariensi, Bernardo comiti Convenarum, Petro Raymundi de Convenis et Bertrando de Cardiliaco qui hoc negotium assumpserunt, acquiescat. (Reg. 114, fol. 330, c. 1918).

« *Gastoni, comiti Fuxi.* Pacis diligenter attentis — Datum Avinione, IX kalendas octobris, anno duodecimo ».

3356 Avignon, 23 septembre 1327.

In e. m. comiti Armaniaci. (Reg. 114, fol. 332, p. c. 1918).

3357 Avignon, 23 septembre 1317.

Johannae de Atrebato, comitissae Fuxi, ut pro dicta pace partes suas interponat. (Reg. 114, fol. 332, c. 1919).

« *Nobili mulieri Johanne de Atrabato, comitisse Fuxi.* Cupientes inter dilectos — [Datum] ut supra ».

3358 Avignon, 24 septembre 1327.

Philippo de Majoricis, ut abbati monasterii Sancti Michaelis de Cuxano, ordinis sancti Benedicti, Elnensis diocesis, qui se ipsi dudum in officio administrationis tutelae Jacobi, regis Majoricarum, opposuit, nunc autem se obsequiosum intendit reddere, in monasterio praedicto morari secure permittat. (Reg. 114, fol. 356 v°, c. 2092).

« *Philippo de Majoricis.* Insinuatione dilectorum filiorum — Datum Avinione, VIII kalendas octobris, anno duodecimo ».

3359 Avignon, 26 septembre 1327.

Arnaldo de Verdala et Raymundo de Picapollo, ut Hugonem de Pardalhano (1), canonicum et praepositum Sancti Justini in ecclesia Auxitana, qui nonnulla bona quondam Arnaldi de Ladenciis, ejusdem ecclesiae Auxitanae praepositi, dispositioni apostolicae reservata, indebite occupare dicitur, ad restitutionem compellat. (Reg. 114, fol. 330 v°, c. 1912).

(1) Texte non trasncrit, très altéré.

(1) *Index* : Pardalhaco.

« *Dilectis filiis Arnaldo de Ver[dala] canonico Mirapiscensi, et Raymundo de Pi[capo]llo, rectori ecclesie beati Michaelis ad Castellum, Tholosane diocesis.* [P]ervenit nuper ad — Datum Avinione, VI kalendas octobris, anno duodecimo ».

3360 Avignon, 30 septembre 1327.

Roberto Bertrandi, quod de archidiaconatu Remensi jam provisum erat antequam litterae suae pro Guillelmo Bertrandi, fratri suo, pervenissent. (Reg. 114, fol. 315, c. 1802).

« *Roberto Bertrandi, marescallo Francie.* Nobilitatis tue litteris — Datum Avinione, II kalendas octobris, anno duodecimo ».

3361 Avignon, 1er octobre 1327.

Omnes decimas quae de bladis et aliis quibuscumque fructibus in terris ubi erant paludes Sancti Remigii, Avinionensis diocesis, noviter ad agriculturam redactae, debentur, episcopali mensae Avinionensi incorporat. (Reg. 114, fol. 270, c. 1526).

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Affectum caritatis et dilectionis sincere quem ad Avinionensem ecclesiam gessimus, dum eam in sponsam habuimus in minoribus constituti, desuper impositum apostolatus officium quod nos sibi patrem constituit non minuit, sed adauxit ut non solum ad ipsam preservandam a noxiis sed ejus ampliandis commodis, quantum cum Deo possumus, intendamus. Sane cum paludes Sancti Remigii, Avinionensis diocesis, que ab orientis cum Sancti Andeoli et Malogesii et a meridionali cum Romanini et Sancti Remigii, ac ab occidentali cum Sancti Remigii et Logodinis, a septentrionali vero partibus cum bastide episcopi Avinionensis et de Verqueriis territoriis confrontantur, ad agriculturam pro magna parte, inde aquis per humanum expulsis ingenium que paludes ipsas reddebant inutiles, noviter, sicut accepimus, sint redacte, nos, certis causis rationabilibus que ad hoc nostrum inducunt animum, omnes et singulas decimas que de bladis et aliis quibuscunque fructibus in terris, ubi erant aut sunt predicte paludes, excrescentibus, debentur seu debebuntur imposterum, episcopali mense ac episcopo Avinionensi, qui pro tempore fuerit, ex certa scientia incorporamus, applicamus, annectimus auctoritate apostolica perpetuo et unimus, volentes et concedentes, ac tenore presentium statuentes quod episcopus Avinionensis qui pro tempore fuerit, et interim administratores episcopatus Avinionensis predictas decimas tanquam ad mensam episcopalem predictam pleno jure spectantes, possint exigere, percipere et habere, decernentes insuper irritum et inane si secus per quoscunque contigerit super hiis quomodo libet attemptari. Nulli ergo etc... Datum Avinione, kalendis octobris, anno duodecimo ».

3362 Avignon, 1er octobre 1327.

Johanni archiepiscopo Tholosano nuntiat se receptionem quorumdam canonicorum, quorum aliqui infra XIV annorum aetatem constituti dinoscebantur, a capitulo Tholosano illegitime factam revocasse eique ordinationem super nominatione, numero etc... canonicorum in dicto capitulo factam transmittit. (Reg. 114, fol. 300 vo, c. 1732).

« *Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Tholosano.* Orta dudum inter te et dilectos filios prepositum et capitulum tue ecclesie Tholosane, ordinis sancti Augustini, super eo materia questionis quod ipsi prepositus et capitulum, te non vocato nec consenciente, nonnullos clericos quorum aliqui tunc infra et alii supra etatem XIIII annorum constituti dinoscebantur existere, receperant in canonicos dicte ecclesie atque fratres, ex qua quidem receptione tibi et juri tuo archiepiscopali derogatum esse et generatum in eadem ecclesia scandalum pretendebas, nos, qui licet insufficientibus meritis vices in terris gerimus Regis pacifici et excelsi, pacem et caritatem inter cunctos christicolas quorum cura nobis est superna dispositione commissa, presertim prelatos et personas ecclesiasticas vigere desiderabiliter affectamus, pro sopienda questione hujusmodi ne possent alia suboriri exinde scandala, te ac procuratoribus dictorum prepositi et capituli, necnon clericis omnibus qui recepti per eosdem prepositum et capitulum fuerant sicut predicitur in canonicos dicte ecclesie atque fratres, vocatis et presentibus coram nobis, certam ordinationem de fratrum nostrorum consilio duximus deliberatione provida super hiis faciendam ; per quam, certis causis rationabilibus que ad hoc nostrum induxerunt animum, revocavimus, irritavimus et cassavimus receptionem predictam factam per prepositum et capitulum

memoratos. Et insuper voluimus, ordinavimus et statuimus quod de cetero quinquagenarius canonicorum numerus, qui portiones suas equales de communibus dictorum capituli proventibus percipiant in eadem ecclesia sic et imposterum observetur, quodque in claustro ejusdem ecclesie in sacra theologia et canonibus lectores qui facultates predictas legant ibidem im posterum, ac etiam magister seu pedagogus pro docendis et instruendis pueris ipsius ecclesie canonicis perpetuis temporibus habeantur, quibus lectoribus et magistro seu pedagogo decenter provideatur de proventibus antedictis. Ceterum voluimus et ordinavimus quod illi qui ex predictis receptis in canonicos sicut premittitur per eosdem prepositum et capitulum erant tempore sue receptionis vel nostre predicte ordinationis etatis quatuordecim annorum vel supra, ex provisione ac gratia nostra essent canonici ecclesie memorate, alii vero infra dictam etatem constituti existerent in ipsa ecclesia ex eadem provisione et gratia expectantes, ita quod infra dictum numerum cum loca vacarent, gradatim reciperentur, prout majoris et provectioris etatis existerent ibidem in canonicos et in fratres, et interim ne ipsos remanere contingeret penitus destitutos sed valerent potius ecclesiasticis insistere disciplinis, cuilibet ipsorum deberet per dictum capitulum quousque recepti fuissent in canonicos ejusdem ecclesie sicut superius est expressum in decem libris turonensium parvorum annis singulis provideri. Sane, postmodum attendentes quod si illi qui infra dictam quatuordecim annorum etatem constituti, per prefatos prepositum et capitulum in canonicos recepti et per nos repulsi fuerant ut prefertur, de presenti reciperentur in canonicos predicte ecclesie, tamen numero in sua firmitate manente, vel saltem infra claustrum ejusdem ecclesie non ut canonici tamen sed ipsius ecclesie regularem gestantes habitum, morarentur in divinis officiis et scienciis competentibus instruendi et alendi de dictis proventibus communibus, quousque gradatim reciperentur, ut premittitur superius, in ejusdem ecclesie canonicos et fratres, magis possent proficere et ad serviendum Deo sub regulari observancia efficerentur futuris temporibus aptiores, fraternitati tue de qua fiduciam in Domino gerimus specialem ut super premissis per te vel alium seu alios a te super hoc deputandos ... (1) — Datum Avinione, kalendis octobris, anno duodecimo ».

(1) Texte très altéré ensuite.

3363 Avignon, 7 octobre 1327.

Petro de Puteo indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 114, fol. 300 v°, c. 1731).

« *Dilecto filio Petro de Puteo, preposito ecclesie Nemausensis.* [Sincere] devotionis affectus — Datum Avinione, nonis octobris, anno duodecimo ».

3364 Avignon, 7 octobre 1327.

Johanni Cerchamont, regis Franciae cancellario, ut procuratores Burchardi, electi Bremensis, Parisius deputatos ad recipiendum duo millia florenorum parisiensium a Petro Paumerii, civi Parisiensi, quondam Johanni, archiepiscopo Bremensi debita, commendatos habeat. (Reg. 114, fol. 314 v°, c. 1800).

« *Johanni Cerchamont, dicti regis* [*Francie*] cancellario. Cum dilectus filius Petrus Paumerii, civis Parisiensis, in duobus milibus librarum parisiensium bone memorie Johanni, archiepiscopo Bremensi, certis causis sub obligatione Castelleti Parisius, ut accepimus, teneretur, et dilectus filius Burkardus, electus Bremensis, dicti Johannis archiepiscopi successor apud Sedem Apostolicam constitutus, ad petendum, exigendum et recipiendum ab eodem cive pecunie summam hujusmodi suo et ecclesie sue Bremensi nomine, certos suos procuratores duxerit deputandos, discretionem tuam rogamus attentius et hortamur quatinus procuratores ipsos et eorum quemlibet habens super hiis pro divina et Apostolice Sedis reverencia propensius commendatos, eis velis in hac parte prout honeste poteris assistere consiliis et favoribus oportunis. Datum Avinione, nonis octobris, anno duodecimo ».

3365 Avignon, 8 octobre 1327.

Eidem quod antequam litterae suae pro canonicatu et praebenda Remensis ecclesiae per obitum quondam Philocovers vacantibus, Guillelmo de Bovilla conferendis pervenissent, jam aliter ordinatum erat. (Reg. 114, fol. 315, c. 1801).

« *Eidem cancellario.* De canonicatu et — Datum Avinione, VIII idus octobris, anno duodecimo ».

3366 Avignon, 11 octobre 1327.

Stephano Baudo facultatem unam capellam in ecclesia... (1) Sancti Agricoli Avinionensis construendi concedit. (Reg. 114, fol. 275, c. 1547).

« *Stephano Baudo, nato quondam Johannis .. di m.* .. (2) Petitiones tue nobis — Datum Avinione, V idus octobris, anno XII ».

3367 Avignon, 13 octobre 1327 (3).

Archiepiscopo Bisuntino mandat ut subsidium contra haereticos Italiae in diocesi sua colligat nisi Petrus Guigonis de Castronovo, Lingonensis, et Petrus de Viveriis, Vivariensis ecclesiarum canonici, nuntii apostolici, in eadem civitate fuerint. (Reg. 114, fol 286, c. 1633 ; Riezler, — *Vatikanische Akten*, n. 920, p. 349).

« *Venerabili fratri .. archiepiscopo* [*Bisuntino*] (4). Ad subveniendum Romane — certiores ».

3368 Avignon, 13 octobre 1327.

In e. m. episcopo Tullensi. (Reg. 114, fol. 286 v°, p. c. 1633).

3369 Avignon, 13 octobre 1327.

In e. m. episcopo Virdunensi. (Reg. 114, fol. 286 v°, p. c. 1633).

3370 Avignon, 13 octobre 1327.

In e. m. episcopo Lausanensi. (Reg. 114, fol. 286 v°, p. c. 1633).

3371 Avignon, 13 octobre 1327.

In e. m. episcopo Bellicensi. (Reg. 114, fol. 286 v°, p. c. 1633).

(1) Collegiata ? (texte altéré)
(2) Texte altéré.
(3) Date donnée par l'acte n° 3372.
(4) D'après l'Index.

3372 Avignon, 13 octobre 1327.

In e. m. episcopo Metensi. Datum Avinione, III idus octo[bris], anno duodecimo. (Reg. 114, fol. 286 v°, p. c. 1633).

3373 Avignon, 13 octobre 1327.

Eduardo comiti Barensi, ut Petrum Guigonis de Castronovo, Lingonensis, et Petrum de Viveriis, Vivariensis ecclesiarum canonicos, nuncios apostolicos, qui a quodam milite vocato Johanne de Armoises arrestati fuerunt, libertati restitui faciat. (Reg. 114, fol. 292 v°, c. 1664 ; — Riezler, *Vatikanische Akten*, n. 922 a, p. 350).

« *Eduardo comiti Barensi.* Infeste relationis assertione — Datum Avinione, III idus octobris, anno XII ».

3374 Avignon, 13 octobre 1327.

Petro de Baro, ut pro eorundem nuntiorum liberatione partes suas interponat. (Reg. 114, fol. 293, c. 1665).

« *Nobili viro Petro de Baro, domino de Ruppeforti.* Displicenter percepto fili — Datum ut supra ».

3375 Avignon, 13 octobre 1327.

Episcopo Tullensi, de eodem. (Reg. 114, fol. 293, p. c. 1666).

« *In e. m. episcopo Tullensi.* Displicibili relatione percepto — Datum ut supra [Avinione, III idus octobris, anno duodecimo] ».

3376 Avignon, 13 octobre 1327.

In e. m. episcopo Virdunensi. (Reg. 114, fol. 293, p. c. 1666).

3377 Avignon, 13 octobre 1327.

In e. m. electo Metensi. (Reg. 114, fol. 293, p. c. 1666).

3378 Avignon, 13 octobre 1327.

Johanni, regi Bohemiae, ut pro liberatione praedictorum nuntiorum quos Johannes de Harmaises, Virdunensis diocesis, Eduardi comitis Barensis subditus, captivatos detinet, apud eundem Eduardum insistat. (Reg. 114, fol. 299 v°, c. 1725 ; — Riezler, *Vatikanische Akten*, n. 923, p. 350).

« *Johanni regi Bohemie.* Perduxit ad nos infeste relationis assertio quod quidam miles vocatus Johannes de Harmaises, Virdunensis diocesis, nuper maligno exagitatus spiritu, in dilectos filios Petrum Guigonis de Castronovo, Lingonensis, et Petrum de Viveriis, Vivariensis ecclesiarum canonicos, Apostolice Sedis nuncios, manus injiciens temere violentas, ipsos, qui nostra et Ecclesie Romane prosequebantur commissa sibi in eis partibus negocia, non absque divina et ejusdem Sedis contumelia sueque periculo anime, captivavit, ipsosque detinet miserabiliter captivatos. Cum autem dilecto filio nobili viro Eduardo, comiti Barensi, cui prefatus miles esse dicitur subditus, super liberatione dictorum nunciorum per alias litteras scribimus, excellenciam regiam attentius deprecamur quatinus, ut predicti nuncii cum omnibus bonis suis libertati restituantur, tam apud dictum comitem quam alias, prout expedire regia providentia cognoverit, sic velit tua magnificencia efficaciter interponere partes suas, quod nos et eandem Sedem exinde astringas fortius ad ea que regium respiciant comodum et honorem. Datum Avinione, III idus octobris, anno duodecimo ».

3379 Avignon, 15 octobre 1327.

Ludovico, comiti Clarimontis, de venatione transmissa regratiatur. (Reg. 114, fol. 315, c. 1806).

« *Ludovico, comi[ti Clarimon]tis camerario* (1) ... De missa nobis — Datum Avinione, idibus octobris, anno duodecimo ».

3380 Avignon, 15 octobre 1327.

Eidem comiti litteras suas a Philippo de Vitriaco, canonico Virdunensi, praesentatas recepisse respondet eumque de devotione sua commendat. (Reg. 114, fol. 315, c. 1807 ; — Riezler, *Vatikanische Akten*, n. 924, p. 351).

(1) Trou dans le parchemin.

« *Eidem comiti.* Presentatis per dilectum — Datum ut supra ».

3381 Avignon, 17 octobre 1327.

Episcopo Tullensi, ut Johannem, dominum de Bellomonte, diocesis Tullensis, qui priorem Sancti Jacobi, ordinis sancti Benedicti, ejusdem diocesis, usque ad sanguinis effusionem percussit, absolvat (1). (Reg. 114, fol. 286 v°, c. 1634).

« *Venerabili fratri episcopo Tullensi* ... [Exp]arte nobilis — Datum Avinione, XVI kalendas novembris, anno duodecimo ».

3382 Avignon, 20 octobre 1327.

Johanni Cerchamont, ut Bertrandum, priorem monasterii Sancti Martini de Campis Parisius, capellanum apostolicum, qui certa negotia in curia Franciae expedire habet, commendatum habeat. (Reg. 114, fol. 315, c. 1803).

« *Johanni Cerchamont, cancellario regis Francie.* Cum dilectus filius — Datum Avinione, XIII kalendas novembris, anno duodecimo ».

3383 Avignon, 20 octobre 1327.

In. e. m. Andreae de Florentia, thesaurario ecclesiae Remensis. (Reg. 114, fol. 315, p. c. 1803).

3384 Avignon, 23 octobre 1327.

Carolo, regi Franciae, ut Bernardum Jordani, dominum de Insula, qui certa negotia in curia regali expedire habet, commendatum habeat. (Reg. 114, fol. 315, c. 1804).

« *Carolo, regi Francie.* Cum dilectus filius — Datum Avinione, X kalendas novembris, anno duodecimo ».

3385 Avignon, 23 octobre 1327.

Philippo, comiti Ebroicensi, eumdem Bernardum commendat. (Reg. 114, fol. 315, c. 1805).

(1) Texte très altéré.

« *Nobili viro Philippo, comiti Ebroicensi.* Dilectum filium nobilem — Datum ut supra ».

3386 Avignon, 23 octobre 1327.

In e. m. Roberto de Attrebato, comiti Bellimontis. (Reg. 114, fol. 315, p. c. 1805).

3387 Avignon, 23 octobre 1327.

In e. m. Miloni, domino de Noeriis, consiliario regis. (Reg. 114, fol. 315, p. c. 1805).

3388 Avignon, 23 octobre 1327.

In e. m. Petro de Cugneriis, consiliario regis. (Reg. 114, fol. 315, p. c. 1805).

3389 Avignon, 23 octobre 1327.

In e. m. Johanni Cerchamont. (Reg. 114, fol. 315, p. c. 1805).

3390 Avignon, 23 octobre 1327.

In e. m. Martino de Essartis (1), marescallo regis. (Reg. 114, fol. 315, p. c. 1805).

3391 Avignon, 31 octobre 1327.

Henrico Dalfini, ut Bertrando Eustachii, militi, fidem adhibeat. (Reg. 114, fol. 277 v°, c. 1567).

« *Henrico Dalfini, domino Montisalbani.* [C]um nonnulla tue — Datum Avinione, II kalendas novembris, anno duodecimo ».

3392 Avignon, 1er novembre 1327 (2).

Priori monasterii sororum de Poyssiaco, quod permittat aliquam mulierem honestam in dictum monasterium visitationis causa intrare quantumcumque Johannae, reginae Franciae, placuerit. (Reg. 114, fol. 303, c. 1735).

(1) *Ms* : Essaris.

(2) Date donnée par l'acte suivant, n° 3393, et douteuse.

« *Dilecto filio .. priori monasterii sororum de Poyssiaco sub [cura et] secundum instituta ordinis f[ratrum Predica]torum degentium, Carnotensis diocesis.* Preclara clarissime in — non conc[edat nec pernoctet] ».

3393 Avignon, 1er novembre 1327.

In e. m. curam gerenti sororum monasterii de Longo Campo, ordinis sanctae Clarae, Parisiensis diocesis. Datum Avinione, kalendis [?] novembris, anno duodecimo. (Reg. 114, fol. 303 v°, p. c. 1735).

3394 Avignon, 1er novembre 1327.

Ermengavo de Posolis, Monaldo de Castrotino et Petro Villani, ut contra occupantes bona quondam Garciae, episcopi Aquensis, dispositioni apostolicae reservata, procedant. (Reg. 114, fol. 330, c. 1911).

« *Dilectis filiis Ermengavo de Posolis, archidiacono Par[dia]ci, Auxitane, et Monaldo de Castrotino, sacr[ist]e Oscensis, capellano nostro, ac Petro Villani, [rec]tori Primsoiolis, Mimatensis diocesis ecclesiarum.* Dudum ad audienciam — Datum Avinione, kalendis novembris, [ann]o duodecimo ».

3395 Avignon, 3 novembre 1327.

Episcopo Parisiensi mandat ut certum processum contra Ludovicum de Bavaria habitum publicet. (Reg. 114, fol. 293 v°, p. c. 1670).

« *In e. m. episcopo Parisiensi.* Processum certum contra — Datum Avinione, III nonas novembris, anno dudecimo ».

3396 Avignon, du 2 au 5 novembre 1327.

Johannae, reginae Franciae, de jocalibus missis regratiatur. (Reg. 114, fol. 315, c. 1809) (1).

« *Johanne, regine Francie.* Leta manu gratoque... Datum Avinione ... nonas novembris, anno duodecimo ».

(1) Document trop mutilé pour être publié *in extenso*.

3397 Avignon, 7 novembre 1327.

Eidem reginae ut Carolum regem, virum suum ad honorandas personas ecclesiasticas, timendum Deum aliaque bona opera facienda inducat (1). (Reg. 114, fol. 315 v°, c. 1810).

« *Eidem regine Francie.* Optamus in Christo — Datum Avinione, VII idus novembris, anno [du]odecimo ».

3398 Avignon, 8 novembre [1327].

Blanchae de Britannia indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 114, fol. 305, c. 1744).

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Blanche de Britannia, domine de Conchi*[*s*]. Ferventis devotionis et — Datum Avinione, VI idus novembris, [anno duodecimo]. ».

3399 Avignon, 8 novembre 1327.

Guillelmo episcopo Sabinensi, Petro, tituli Sanctae Susannae presbytero, et Bertrando, Sanctae Mariae in Aquiro diacono cardinalibus, ut de aliquibus qui ymagines plumbeas vel lapideas maleficiis adhibendas fabricaverant et ab archiepiscopo Tholosano capti fuerant, justitiam faciant. (Reg. 114, fol. 302 v°, c. 1736).

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Sabinensi, et* [*dilectis*] *filiis Petro, tituli Sancte Susanne presbitero* [*et Bertra*]*ndo Sancte Marie in Aquiro diacono cardinalibus.* [Cu]m ad nostri apostolatus audi[enciam]... relatione non contempnenda perduc[tum quod] nonnulli perditionis filii et iniquitatis [socii] detestande factionis nefariis opera[tionibus] dampnabiliter intendentes, quas ... figura seu typario regio conflati ... imagines [plu]mbeas vel etiam lapide [as] fabricarunt se[u] fabricari fecerunt ut [demoni]acis artibus horrenda maleficia, incan[ta]tiones et invocationes demonum et alia [im]munda et prohibita opera exercerent, quodque ... nephandi sceleris hujusmodi per cu ... venerabilis fratris nostri .. archiepiscopi Tho[losani] ... Petrus Raimundi Esparuerii et Petrus Gasberti Tholosani ac Johannes Ferrerii ... cen. diocesum clerici et nonnulli alii capti et ... archiepiscopi carceribus mancipati aliqua ... ibidem habito contra eos et subse ... officiales regios Tholosanos ducti ... extiterunt, Nos tandem prefatis... carissimum in Christo filium nostrum Caro[lumre]gem Francie et Navarre illustrem ... ad Sedem Apostolicam, ne Geraldo ... prioratus Sancti Sulpicii ... diocesis, super premissis delato, nostris man[cipato] carceribus, et habitis aliquibus in Ro[mana cu]ria processibus, contra eum, volentes ... processu detestabili scire plenius ve[ritatem], vobis de quorum fide probata et experien[cia] [fidu]ciam gerimus in Domino specialem, per nostras litteras duximus committendum ut vos vel duo aut unus vestrum, resumptis in statu in quo erant processibus in eadem Romana curia premissorum occasione habitis, super statu et conditione dictorum clericorum ac de predictis omnibus et singulis tam contra ipsos et priorem predictum quam alios quoscunque, cujuscunque gradus, dignitatis, status, ordinis vel conditionis existerent, summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura judicii, non obstantibus quibuscunque processibus super predictis extra predictam curiam habitis, veritatem cum diligencia inquirere ac nobis que circa premissa duceretis facienda referre fideliter curaretis et super eis ulterius procedere, sicut exigebat tanti piaculum criminis ac honori Dei et justicie videremus conveniens, valeremus. Sane cum vos ad inquirendum super predictis juxta tenorem litterarum processeritis predictarum, nobisque referenda fideliter duxeritis que per vos facta et reperta in hac parte fuerunt, nos qui ex injuncto desuper apostolatus officio sumus omnibus tam sapientibus quam insipientibus in justicia debitores, volentes super premissis exhiberi justicie complementum, ac de vestre et cujuslibet vestrum exquisite circumspectionis prudencia plenam in Domino fiduciam obtinentes, vobis presentium tenore committimus et mandamus quatinus vos, vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios prefatum negocium quoad dictos clericos et priorem diffinire ac decidere, prout justitia exegerit, studeatis. Datum Avinione, VI idus novembris, anno duodecimo ».

3400 Avignon, 8 novembre 1327.

Regem Franciae de cura circa tuendas ecclesias et personas ecclesiasticas adhibita, necnon de sollicitudine erga subditos suos laudat, eumque rogat ut in talibus constanter persistere curet. (Reg. 114, fol. 315 v°, c.

(1) Document trop mutilé pour être publié *in extenso*.

1811 : — RAYNALDI, *Annales ecclesiastici ad annum* 1327, p. 404).

« *Regi Francie.* Cedit nobis ad ingens gaudium cum te, fili carissime, in hiis occupari percepimus que dignitati conveniant regie, regi regum sint placida et utilitatem respiciant subditorum. In hiis profecto te conprobas occupari cum, abjectis romanciorum fabulis, quarum lectio aures magnatum frequenter occupat, Veteris Testamenti regum hystoriis intendis sedule, ex quibus potes circa bellicos actus instrui ac quantum in illis divina providencia egerit erudiri, ex quo potes evidenter percipere quantum divina revereri magestas debeat, quodque in illa sola spes omnis victorie sit ponenda. Adhuc in premissis te arguis occupari cum circa tuendas ecclesias et personas ecclesiasticas, earumque injurias ulciscendas te curas exhibere solicitum, quodque utique gratiam ejusdem sponsi Ecclesia scilicet Christi tibi vendicas ampliorem. Si enim sponsi carnales adeo diligant sponsas suas ut ad illos suam extendant gratiam quos illas noverint honorare, ac contra illos excandescere soleant qui sponsis eisdem injurias presumpserint irrogare, proculdubio multo magis sponsus qui amplius ad sponsam afficitur quantum quisvis sponsus alius suam ipsam honorantibus exhibet gratiam et contra inhonorantem eam seu sibi irrogantibus injuriam irascitur et turbatur. Rursus hoc evidenter ostendis cum venationis interpaulato (*sic*) solacio, tuis ac subditorum tuorum vacas negociis et amplius imposterum vacare disponis. Circa premissa, fili carissime, te occupari habet multorum assertio fidedigna in quibus persistes promptius si consideranter attendas quod ad regimen populi, non ad ludendum cum silvestribus sis assumptus, quodque Illi cujus oculis nuda sunt omnia, quemque nulla cogitatio preterit, cujusque potenciam nullus potest effugere, nec ejus justiciam prece vel pretio violare, in districto examine de omnibus tam gestis quam ommissis, necnon et de cogitationibus omnibus te oportebit reddere rationem. Et quia licet omnes virtutes currant ad bravium, corona tamen glorie soli perseverancie noscitur repromissa, excellentiam regiam rogamus attente ut in talibus constanter curet persistere ac ut hiis adiciat, vigilanter intendat, ut sic de temporali regno, cum tempus advenerit, ad pe[re]mne mereatur regnum feliciter pervenire, quod tibi tribuat qui omnes salvos fieri desiderat cuique cum voluerit, subest posse. Gratia Domini nostri Jhesu Christi tecum sit ac tecum laboret, teque ab omni adversitate protegat et defendat. Datum Avinione, VI idus novembris, anno duodecimo ».

3401 Avignon, 8 novembre 1327.

Eidem regi de certis processibus. (REG. 114, fol. 316, c. 1813).

« *Eidem regi.* Ut regia providencia de certis processibus per nos pridem habitis certitudinem habeat pleniorem, ecce quod tenores ipsorum processuum in quibusdam clausis rotulis regie celsitudini per exhibitorem presentium destinamus. Datum Avinione, VI idus novembris, anno duodecimo ».

3402 Avignon, 10 novembre 1327.

Eidem regi dupplicata cujusdam litterae quam ad eum non pervenisse veretur mittit. (REG. 114, fol. 316, c. 1812).

« *Eidem regi.* Dupplicata cum hoc preambulo : Verentes quod ad regalem forsan non pervenerint excellentiam nostre littere, quas eidem noviter duximus destinandas, ecce quod illarum seriem, post salutationis eloquium, presentibus providimus annotandam : « Cedit nobis etc... ut supra usque ad finem (1). Datum Avinione, III idus novembris, anno duodecimo ».

3403 Avignon [29 octobre, ou 2 ou 10 novembre 1327.

Officiali Narbonensi ut subsidium ab archiepiscopo Narbonensi et personis ecclesiasticis Narbonensis diocesis contra haereticos Italiae oblatum petat solventesque quittet. (REG. 114, fol. 301, c. 1733).

« *Dilecto filio .. officiali Narbonensi.* Cum venerabilis frater — Datum Avinione, IV .... [no]vembris, anno duodecimo ».

In e. m. officiali Carcassonensi pro episcopo Carcassonensi. (REG. 114, fol. 301 v°, p. c. 1733).

(1) *Supra*, n. 3400.

In e. m. officiali S. Pontii Thomeriarum pro episcopo ejusdem diocesis (Reg. 114, fol. 301 v° p. c. 1733).

In e. m. officiali Electensi. (reg. 114, fol. 301 v°, p. c. 1733):

In e. m. officiali Agatensi. (Reg. 114, fol. 301 v°, p. c. 1733).

In e. m. officiali Biterrensi. (Reg. 114, fol. 301 v°, p. c. 1733).

In e. m. officiali Lodovensi. (Reg. 114, fol. 301 v°, p. c. 1733).

In e. m. officiali Magalonensi. (Reg. 114, fol. 301 v°, p. c. 1733).

In e. m. officiali Nemausensi. (Reg. 114, fol. 301 v°, p. c. 1733).

In e. m. officiali Uticensi. (Reg. 114, fol. 301 v°, p. c. 1733).

3404 12 novembre 1327.

Philippo de Sabaudia, ut certas treugas ad pacem procurandam in terris suis solemniter publicari faciat. (Reg. 114, fol. 277 v°, c. 1568) (1).

« *Philippo de Sabaudia.* Miranter accepimus, fili, quod licet ... preparetur, nobilitatem tuam rogamus attentius et hortamur quatinus, treugas ipsas faciens in terris tuis et districtibus solenniter publicari, ad eas observandas inviolabiliter cum tuis gentibus et subditis te disponas ita quod optate pacis tranquillitas ad quam procurandam sedulam dare operam intendimus, actoris pacis gratia suffragante proveniat, tuaque debeat prudencia merito commendari. Datum Avinione, II idus novembris, anno duodecimo.

3405 14 novembre 1327.

Raymundo Lorginayre tabellionatus officium ad quod a Gasberto archiepiscopo Arelatensi, camerario apostolico, ydoneus repertus fuit, conceditur (Reg. 114, fol. 302 v°, c. 1737).

« *Dilecto filio Raymundo Lorginayre* (2), *clerico non conjugato nec in sacris ordinibus constituto, Caturcensis diocesis.* Ne contractuum memoria — Datum XVIII kalendas decembris, anno duodecimo ».

(1) Texte très altéré, qui ne peut être publié en entier.
(2) *Index* : Longinapre.

3406 Avignon, 16 novembre 1327.

Guillelmo de Bos et Petro Villani recipiendi subsdidium a personis ecclesiasticis Auxitanae provinciae solventesque quittandi facultatem concedit. (Reg. 114, fol. 330 v°, c. 1913).

« *Dilectis filiis Guillelmo de Bos, sacriste Forojuliensis, et Petro Villani, rectori de Primsoiolis, Mimatensis diocesis ecclesiarum.* Cum nonnulli prelati — Datum Avinione, XVI kalendas decembris, anno duodecimo ».

3407 Avignon, 17 novembre 1327.

Petro de Saonaco et Petro de Veresio, de certis pecuniarum summis a quondam Bertrando, episcopo Agennensi, in subsidium Terrae Sanctae legatis, quas Camerae assignaverant, quittat. (Reg. 114, fol. 282 v°, c. 1608).

« *Petro de Saonaco et Petro de Veresio, ordinis fratrum Predicatorum.* Ad nostri apostolatus — Datum Avinione, XV kalendas decembris, anno duodecimo ».

3408 Avignon, 17 novembre [1327].

Carolo, regi Franciae, ut Raimundum Johannis, procuratorem et nuntium vicarii episcopatus Avinionensis et rectoris comitatus Venaissini, pro quibusdam negotiis ad curiam regiam destinatum, benigne audiat. (Reg. 114, fol. 316 v°, c. 1815).

« *Carolo regi Francie.* Cum .. vicarius in — Datum Avinione, XV kalendas decembris, anno [duode]cimo.

3409 Avignon, 17 novembre 1327.

Johannae, reginae Franciae, eumdem nuntium commendat. (Reg. 114, fol. 316 v°, c. 1816).

« *Johanne, regine Francie.* [Cum ..] vicarius etc. — Datum ut supra ».

3410 Avignon, 17 novembre 1327.

Petro, episcopo Carnotensi, ut pro eodem Raimundo apud regem partes suas interponat. (Reg. 114, fol. 316 v°, c. 1817).

« *Petro, episcopo Carnotensi.* [Cum .. vic]arius etc... — Datum ut supra ».

3411 Avignon, 17 novembre 1327.

In e. m. Petro episcopo Autisiodorensi. (Reg. 114, fol. 316 v°, p. c. 1817).

4312 Avignon, 17 novembre 1327.

Johanni Cerchamont eumdem Raimundum commendat. (Reg. 114, fol. 316 v°, c. 1818).

« *Johanni Cerchamont, regis Francie cancellario.* Dilectum filium Raimundum — Datum ut supra ».

3413 Avignon, 17 novembre 1327.

In e. m. Andreae de Florencia, consiliario regio. (Reg. 114, fol. 316 v°, p. c. 1818).

3414 Avignon, 17 novembre 1327.

Regem Franciae deprecatur quatinus, ut collectores qui de redditibus Auxitanae diocesis receptis XXV millia florenorum auri L[udovico], comiti Clarimontis pro Terrae Sanctae negotio exhibendo assignare debeant, praefatam summan citius eidem comiti assignare valeant, favorem velit regium impertiri. (Reg. 114, fol. 316 v°, c. 1819).

« *Regi Francie.* Licet, fili carissime, pro tuitione fidei et Ecclesie, quas multi heretici eorumque fautores variis modis impetunt, vineam Domini Sabaoth demoliri et inconsutilem Christi tunicam scindere dampnabiliter molientes, adeo importabiliter multarum expensarum oneribus continue pregravemur, quod potius essent nobis exhibenda subsidia quam a nobis petenda, regiis tamen precibus pro dilecto filio nobili viro L., comite Clarimontis, nobis hiis diebus super subsidio eidem exhibendo porrectis, ipsiusque comitis supplicationibus annuere quantum commode possumus cupientes, vias et modos perquirere cum nonnullis ex fratribus nostris sedula diligentia curavimus, qualiter eidem comiti subvenire celerius valeremus. Demum vero occurente nostre et ipsorum fratrum memorie quod Auxitana ecclesia novissime pluribus annis vacaverat quodque de fructibus ipsius tempore hujusmodi vacationis obvenientibus quorum dispositionem Sedi Apostolice reservavimus, eidem poterat comiti promptius subveniri, sibi ut inde XXV millia florenorum auri per manus collectorum super hoc deputatorum a nobis percipiat, ita tamen quod tantundem in negocio Terre Sancte teneatur expendere, ac sub certis modis et conditionibus aliis litteras concessimus oportunas, et eisdem collectoribus direximus etiam scripta nostra. Quocirca regalem excellentiam deprecamur quatinus ut collectores predicti, dictis collectis celeriter fructibus, prefatam summam cicius memorato assignare valeant comiti, favorem velit regiam impertiri. Datum ut supra ».

3415 Avignon, 17 novembre 1327.

Johanni Cerchamont de pace inter Bernardum, comitem Convenarum, et Raynaldum de Ponte, dominum de Ribayraco, reformanda. (Reg. 114, fol. 317, c. 1820).

« *Magistro Johanni Cerchamont, dicti regis cancellario.* Cum inter dilectos filios nobiles viros Bernardum, comitem Convenarum, et Raynaldum de Ponte, dominum de Ribayraco, periculose invicem dissidentes, desideremus intense pacis federa reformari, nec ad tractatum pacis hujusmodi procedi sicut accepimus valeat commode pendente ajornamento quod super duello inter eos provocando prefatus Raynaldus contra dictum comitem a curia regia, prefixo super hoc ad vicesimam diem post instans festum Nativitatis dominice termino, dicitur impetrasse, discretionem tuam rogamus attencius et hortamur quatinus ajornamentum predictum, ut pax inter dissidentes predictos plenius et securius reformari pacis actoris gratia suffragante valeat, ad requisitionem dicti Raynaldi Parisius accedentis in proximo, et ad nostram presenciam reversuri, breviter propter hoc procures litteris oportunis in hac parte confectis regiis relaxari. Datum ut supra ».

3416 Avignon, 18 novembre 1327.

Johannae de Atrabato, comitissae Fuxi, nuntiat licentiam ad eam accedendi Roberto de Fuxo, abbati de Segureto, Aniciensis diocesis, nato suo, concessa fuisse. (Reg. 114. fol. 332, c. 1920).

« *Johanne de Atrabato.* Nobilitatis tue litteris — Datum Avinione, XIIII kalendas decembris, anno duodecimo ».

3417 Avignon, 18 novembre 1327.

Gastoni comiti Fuxi de eadem licentia praefato Roberto germano suo concessa. (Reg. 114, fol. 332, c. 1921).

« *Gastoni, comiti Fuxi.* Receptis benigne nobilitatis — Datum ut supra ».

3418 Avignon, 20 novembre 1327.

Officiali Tholosano, quod uni clerico a Guillelmo de Bos, sacrista ecclesiae Forojuliensis ad provinciam Tholosanam destinato, praesentando tabellionatus officium concedere possit. (Reg. 114, fol. 304, c. 1738).

« *Dilecto filio .. officiali Tholosano.* Cum nos dilectum – ut in forma.

« Item alia similis eidem officiali quoad nominationem Petri Villani, rectoris ecclesie de Primsoiolis, Mimatensis diocesis. Datum Avinione, XII kalendas decembris, anno duodecimo ».

3419 Avignon, 27 novembre 1327.

Capitulo ecclesiae Sancti Martini de Insula, ac Bernardo Jordani, domino Insulae, perficiendi quamdam decimarum et temporalium permutationem facultatem concedit. (Reg. 114, fol. 304 v°, c. 1741).

Dilectis filiis .. decano et capitulo ecclesie Sancti Martini de Insula, ac nobili viro Bernardo Jordani, domino ejusdem loci de Insula, Tholosane diocesis. Hiis que materiam — Datum Avinione, V kalendas decembris, anno duodecimo ».

3420 Avignon, 27 novembre 1327.

Magistro Johanni Cerchamont, regis Franciae cancellario ut pro recuperatione quorumdam bonorum Clemenciae, reginae Franciae, assistat. (Reg. 114, fol. 317, c. 1821).

« *Eidem [cancellario].* Scribente nobis carissima in Christo filia nostra Clemencia regina Francie et Navarre quod de terra illa de Pertico Carnotensis diocesis commissa dudum per dilectum filium nobilem virum Robertum de Flandria clare memorie Ludovico regi Francie et Navarre viro suo dum viveret, eique postmodum restituta, adhuc est recompensatio debita facienda, nos considerantes assistenciam in hac parte tuam sibi existere profuturam, discretionem tuam rogamus et hortamur attente quatinus licet de se prefata regina satis fulcita sit proprio et adjuta favore, ipsam tamen contemplatione nostri et obtentu sui habeas in hoc casu propensius commendatam ita quod presens nostra additio rogaminum apud te quem commendemus propterea sibi quod sperat favoris adjiciat incrementum. Datum Avinione, V kalendas decembris, anno duodecimo ».

3421 Avignon, 27 novembre 1327.

Clemenciae, reginae Franciae, quod pro ejus negotio (1) magistro Johanni de Cerchamont, cancellario Franciae, ipse scripsit. (Reg. 114. fol. 317, c. 1823).

« *Clemencie, regine Francie.* Ecce filia carissima — Datum Avinione, V kalendas decembris, anno duodecimo ».

3422 Avignon, 27 novembre 1327.

Beatrici de Burgundia, quod Bernardum Fureti, clericum ejus, commendatum habebit. (Reg. 114, fol. 317, c. 1822).

« *Beatrici de Burgundia, comitisse Marchie et Engolisme.* Nobilitatis tue precibus — Datum ut supra [Avinione, V kalendas decembris, anno duodecimo ».

3423 Avignon, 27 novembre 1327.

Johanni de Arpadella et Geraldo de Capmulo ut circa publicationem quorumdam processuum ab archiepiscopo

(1) *Vide supra*, n° 3420.

Senonensi et episcopo Parisiensi faciendam, diligentiam adhibeant Raymundoque Johannis, nuntio apostolico, assistant. (Reg. 114, fol. 317, c. 1824).

« *Johanni de Arpadella, decano Xanctonensis, et Geraldo de Capmulo, cantori [Pa]risiensis ecclesiarum.* Processus quosdam nuper a nobis habitos (1)... Datum Avinione, V kalendas decembris, anno duodecimo ».

3424 Avignon, 27 novembre 1327.

Carolo, regi Franciae, quomodo Ludovicus, dux Bavariae, publicavit sententiam capitalem a quondam Henrico, Romanorum imperatore, contra Robertum, regem Siciliae, latam. (Reg. 114, fol. 317, c. 1825).

« .. *regi Francie et Nav[arre]* (2). Nuper, fili carissime — Datum ut supra [Avinione, V kalendas decembris, anno duodecimo] ».

3425 Avignon, 28 novembre 1327.

Eidem regi Franciae quod quaedam ecclesia reservata fuit antequam electio celebraretur, sed quod dicta electio (3) reservatione praefata non obstante, sortiri potest effectum. (Reg. 114, fol. 317 v°, c. 1830).

« .. *regi Francie.* Litteras regias solita — Datum Avinione, IIII kalendas decembris, anno duodecimo ».

3426 Avignon, 30 novembre 1327.

Guillelmo, episcopo Valentino, ut negotium Raynaldi de Morgis expedire faciat. (Reg. 114, fol. 277 v°, c. 1569).

« *Guillelmo episcopo Valentino et Diensi.* Quod super negotio — Datum Avinione, II kalendas decembris, anno duodecimo ».

3427 Avignon, 30 novembre 1327.

Johanni Cerchamont episcopi Ruthenensis negotia commendat. (Reg. 114, fol. 317 v°, c. 1826).

« *Johanni Cerchamont.* Venerabilem fratrem nostrum — Datum Avinione, II kalendas decembris, anno duodecimo ».

3428 Avignon, 3 décembre 1327.

Elisiario, electo Dignensi, quod a quocumque antistite maluerit diaconatus et presbyteratus ordines recipere possit. (Reg. 114, fol. 270 v°, c. 1525).

« *Dilecto filio Elisiario, electo Dignensi.* Cum nuper Dignensi — Datum Avinione, III nonas decembris, anno duodecimo ».

3429 Avignon, 3 décembre 1327.

Philippo de Majoricis, ut Bertrando de Fumello, domino Vallissaure qui se certa jura in baronia Montispessulani habere praetendit, justitiam exhibeat. (Reg. 114, fol. 359, c. 2106).

« *Philippo de Majoricis, Jacobi regis Majoricarum tutori.* Cum dilectus filius — Datum ut supra [Avinione, III nonas decembris, anno duodecimo] ».

3430 Avignon, 9 décembre 1327.

Regi Franciae Bertrandum, episcopum Caturcensem, commendat. (Reg. 114, fol. 317 v°, c. 1827).

« .. *regi Francie.* Venerabilis frater — Datum Avinione, V idus decembris, [anno du] odecimo ».

3431 Avignon, 9 décembre 1327.

Johannae, reginae Franciae, ut pro eodem Bertrando apud Carolum regem partes suas interponat. (Reg. 114, fol. 317 v°, c. 1828).

« *Johanne, regine Francie.* Venerabilis frater — Datum ut supra. [Avinione, V idus decembris, anno duodecimo] ».

3432 Avignon, 9 décembre 1327.

In e. m. Johanni Cerchamont, cancellario. (Reg. 114, fol. 317 v°, p. c. 1828).

---

(1) Texte très altéré.
(2) *Idem.*
(3) Electio decani Bituricensis in episcopum cujusdam ecclesie, cujus nomen deest ?

3433 Avignon, 9 décembre 1327.

In e. m. Petro, episcopo Carnotensi. (Reg. 114, fol. 317 v°, p. c. 1828).

3434 Avignon, 9 décembre 1327.

In e. m. Petro episcopo Autisiodorensi. (Reg. 114, fol. 317 v°, p. c. 1828).

3435 Avignon [29 nov. ou 3 ou 11 déc.] (1) 1327.

Arnaldo Regis, Cameracensi, et Arnaldo de Sancto Genesio, Noviomensi archidiaconis (2) ut subsidium in provincia Remensi cum Raymundo de Olargiis et Olrico Sir... exigant. (Reg. 114, fol. 304, c. 1740).

« *Dilectis filiis Arnaldo Regis, Cameracensis, capellano nostro et Arnaldo de Sancto Genesio Noviomensis ecclesiarum archi*[*diaconis*]. Attendentes nuper quod — Datum Avinione, III ... decembris, anno duodecimo ».

3436 Avignon, 13 décembre 1327.

Cancellario ecclesiae Parisiensis ut Johannem Aufredi, fratrem ordinis Praedicatorum Aurelianensium, lectorem theologiae, ad magisterii honorem in sacra theologia promoveat (Reg. 114, fol. 304, c. 1742 ; — Denifle, *Chartularium universitatis Parisiensis*, t. II, p. 304, n. 868).

« *Dilecto filio .. cancellario ecclesie Parisiensis.* Cum dilectus filius — Datum Avinione, idibus decembris, anno duodecimo ».

3437 Avignon, 13 décembre 1327.

Ludovico, comiti Clarimontis, Johannem de Manso, nuntium suum expeditum remittit. (Reg. 114, fol. 317 v°, c. 1831).

« *Ludovico, comiti Clarimontis.* Licet dilectus filius — Datum Avinione, idibus decembris, anno duodecimo ».

(1) Texte altéré, date incomplète.
(2) *Index* : canonicis.

3438 Avignon, 15 décembre [1327].

Guillelmo Lemosini et Bernardo Teneri, ut pecunias pro subsidio Ecclesiae in Narbonensi, Carcassonensi, Biterrensi, Lodovensi, Electensi, Sancti Pontii Thomeriarum, Agatensi, Magalonensi, Uticensi et Nemausensi diocesibus collectas recipiant et ad Curiam mittant. (Reg. 114, fol. 305, c. 1743).

« *Dilectis filiis Guillelmo Lemosini, decano Sancti Petri Casletensis, Morinensis diocesis, et Bernardo Teneri, canonico Albiensis ecclesiarum.* Nuper dilectis filiis — Datum Avinione, XVIII kalendas januarii, [anno duodecimo] ».

3439 Avignon, 20 décembre 1327.

Petro, olim episcopo Carnotensi, ejus ad cardinalatus dignitatem promotionem nuntians, mandat ut ad Apostolicam Sedem veniat, Ecclesiae servitiis vacaturus. (Reg. 114, fol. 317, c. 1832).

« *Petro olim episcopo Carnotensi, Sacrosancte Romane Ecclesie presbitero cardinali.* Moysi legis latoris — Datum Avinione, XIII kalendas januarii, anno duodecimo ».

3440 Avignon, 20 décembre 1327.

In e. m. Petro, olim episcopo Autisiodorensi, Romanae Ecclesiae presbytero cardinali. (Reg. 114, fol. 318, p. c. 1832).

3441 Avignon, 20 décembre 1327.

In e. m. Jacobo, olim episcopo Mirapiscensi, Romanae Ecclesiae presbytero cardinali. (Reg. 114, fol. 318, p. c. 1832).

3442 Avignon, [décembre 1328] (1).

Johanni Cerchamont Jacobi Folquerii, canonici Anitiensis, ac quorumdam ejus consortium negotia commendat. (Reg. 114, fol. 317 v°, c. 1829).

« *Johanni Cerchamont, cancellario* [Neg]ocia que dilectus — Datum Avinione ... anno duodecimo ».

(1) La date, incomplète, a été rétablie arbitrairement d'après la place de l'acte dans le registre.

3443 Avignon, 2 janvier 1328.

Henrico Dalfini de concordia inter Robertum de Burgundia et Guigonem dalfinum Viennensem procuranda in negotio liberationis dicti Roberti. (Reg. 114, fol. 277 v°, c. 1571).

« *Henrico Dalfini, Montisalbani et Medulionis baroniarum domino.* Cum pro liberatione dilecti filii nobilis viri Roberti de Burgundia de certa, sicut accepimus, quantitate pecunie per mercatores ydoneos Romane curie dilecto filio nobili viro Guigoni Dalfino Viennensi certis persolvenda terminis pro parte prefati Roberti extiterit concordatum, quia tamen de modis et conditionibus pro ipsius parte Dalfini exigendis super hoc posset faciliter discordari, ne, occasione hujusmodi, negocium ipsum, quod utique non expedit, valeat prorogari, sano consilio suademus ut vel alter vestrum propter hoc se personaliter ad curiam prefatam si fieri potest commode conferat, aut persona sufficienter destinetur instructa, quod ea occasione vel alia dicte liberationis negocium nequeat protelari. Datum Avinione, IIII nonas januarii, anno duodecimo ».

3444 Avignon, 3 janvier [1328].

Regi Franciae ut nuntios quos Alphonsus rex Aragonum pro certis negotiis ipsum et Jacobum regem Majoricarum tangentibus ad eum mittit, benigne recipiat. (Reg. 114, fol. 318, c. 1833).

« *Carolo, regi Francie.* Habet nonnullorum insinuatio — Datum Avinione, III nonas januarii ».

3445 Avignon, 3 janvier [1328].

Philippo, comiti Valesii, super eodem. (Reg. 114, fol. 318, c. 1834).

« *Philippo, comiti Valesii.* Nonnullorum insinuatione percepto — Datum ut supra ».

3446 Avignon, 10 janvier 1328.

Regi Franciae translationem Guillelmi, archiepiscopi Viennensis, ad ecclesiam Tholosanam nuntiat dictumque Guillelmum commendat. (Reg. 114, fol. 318 v°, c. 1838).

« *Regi Francie.* Quam sit Deo grata quamque sit ecclesiis ac regnis et regibus expediens provisio presulum qui sciant, velint et possint suos subditos verbo pariter et exemplo pascere, circumspectionem regiam non credimus ignorare. Hiis itaque, hiis (*sic*) diebus preteritis, cum Tholosana vacasset ecclesia per assumptionem sui presulis ad cardinalatus honorem, in consideratione deductis, ad venerabilem fratrem nostrum Guillelmum Tholosanum, tunc Viennensem archiepiscopum, mentium nostrarum convertimus aciem, nos et fratres in quo premissa concurrere quemque sublimitati regie gratum existere supponentes ipsum antequam ad nos super provisione de certa persona eidem facienda ecclesie littere regie pervenissent duxeramus de dictorum fratrum consilio ad prefatam Tholosanam ecclesiam transferendum. Quocirca nos habeat super hoc magnificencia regia excusatos, et utinam, fili carissime, providencia regia consideranter attenderet quantum tua tuorumque subditorum intersit tales in ecclesiis precipue majoribus preficere in pastores et pro talibus preficiendis curaret insistere, ac pro dissimilibus abstinere. Datum Avinione, IIII idus januarii, anno duodecimo ».

3447 Avignon, 10 janvier 1328.

Eidem regi quod antequam litterae ejus pervenissent, Autisiodorensi, Carnotensi et Attrebatensi ecclesiis jam provisum erat. (Reg. 114, fol. 318 v°, c. 1836).

« *Regi Francie.* Antequam nobis regie — Datum Avinione, IIII idus januarii, anno duodecimo ».

3448 Avignon, 13 janvier 1328.

Guigoni, Dalfino Viennensi, et Henrico Dalphini, quod Henricus de Villariis, camerarius ecclesiae Lugdunensis, qui annum octavum decimum nondum excedit ad episcopalem dignitatem promoveri non potest. (Reg. 114, fol. 278, c. 1572).

« *Dilectis filiis nobilibus viris Guigoni, Dalfino Viennensi, et Henrico Dalfini.* Non sine admiratione — Datum Avinione, idibus januarii, anno duodecimo ».

3449 Avignon, 13 janvier 1328.

Johannae, reginae Franciae, de ejus statu et conceptione congaudet eique petitiones suas de monia-

libus visitandis et de quadam indulgentia concedenda exaudire non posse respondet. (Reg. 114, fol. 318 v°, c. 1837).

« *Johanne, regine Francie* [Sta]tum tuum filia carissima ... (1) [et] prosperum nobis ad ingens gaudium ... et ad augmentum ... nec ipsos cohibere valemus. Speramus tamen in Illo cui cum voluerit subest posse, quod sue virtute dextere talium protervam superbiam conteret et confringet, quod, ut otius dignetur efficere, preces devotas fundere sepius regia, quesumus, caritas non omittat. Ceterum super hiis que pro visitatione monialium de quibus fiebat in litteris regiis mentio ac indulgencia sub certa forma concedenda tue celsitudini petebantur pro parte regia, respondemus quod cum ea per que virginum suam virginitatem filio Virginis dedicantium devotionis contemplatio qua debent secus pedes Domini jugiter insistere, ut sint parate accensis lampadibus cum sponso introire ad celestes nuptias, posset impediri quomodolibet, sicut sunt secularium personarum consorcia, summopere sint vitanda, que, si concederentur eisdem tam regie quam ipsarum devocioni obessent pocius quam prodessent, serenitatem regiam in Domino exhortamur quatinus ab instancia hujusmodi peticionis desistens, nos super concessione illius et alterius super indulgencia predicta, cum verba que in illa petuntur inseri stilus non paciatur solitus, nos habeat regalis providencia excusatos. Datum Avinione, idibus januarii, anno duodecimo ».

3450 Avignon, 13 janvier 1328.

Regi Franciae Robertum Albaroni, Alercii et Montisfrini dominum, qui certa negotia in curia regali expedire habet, commendat. (Reg. 114, fol. 319, c. 1839).

« *Eidem regi* [*Francie*]. Dilectum filium nobilem — Datum Avinione, idibus januarii, anno duodecimo ».

3451 Avignon, 13 janvier 1328.

In e. m. Johanni Cerchamont, dicti regis cancellarii. (Reg. 114, fol. 319, p. c. 1839).

(1) Texte très altéré.

3452 Avignon, 14 décembre-13 janvier 1328.

Quibusdam Reginaldi de Ponte litteris respondens magistrum R. Ricardi consiliarium ejus remittit. (Reg. 114, fol. 318, c. 1835).

« *Reginaldo de Ponte, domino Ribagriaci.* Grata, fili, tuarum — Datum Avinione, ... nuarii, anno duodecimo ».

3453 [Avignon], 19 janvier 1328.

Beatrici, dominae Saxiaci, de viri morte consolatur et ... de Insula, generum ejus ei commendat, promittens ipse Guillelmum de Astre, inquisitorem, commendatum habere. (Reg. 114, fol. 319 v°, c. 1843).

« *Beatrici, domine Saxiaci* ... ... compassionis. Datum XIIII kalendas februarii, [anno du]odecimo ».

3454 [Avignon], 19 janvier 1328.

In e. m. Isabelli de Lerris, de morte patris sui. (Reg. 114, fol. 319 v°, p. c. 1843).

3455 Avignon, 21 janvier 1328.

Ademaro, electo Metensi, quod archidiaconatum ac canonicatum et praebendam quos tempore promotionis suae in ecclesia Remensi tenebat, in manibus prioris Praedicatorum vel gardiani Minorum fratrum Metensium resignare possit. (Reg. 114, fol. 295, c. 1681).

« *Ademaro, electo Metensi.* Pridem intellecto quod — Datum Avinione, XII kalendas februarii, anno duodecimo ».

3456 Avignon, [21 ?] janvier 1328 (1).

Priori Praedicatorum et gardiano fratrum Minorum Metensium, ut resignationem canonicatus et praebendae ab Ademaro, electo [Metensi] factam recipiant. (Reg. 114, fol. 288 v°, c. 1642).

« *Dilectis filiis .. priori Predicatorum et .. gardiano*

(1) Texte très altéré ; date incomplète, l'acte paraît être à rapprocher du précédent.

Minorum ordinum fratrum Metensium .... hiis Ademarus electus [Metensis] — Datum Avinione ... feb[ruarii], anno duodecimo ».

3457 Avignon, 23 janvier 1328.

Guillelmo Corbelerii tabellionatus officium concedit. (Reg. 114, fol. 308, c. 1747).

« *Dilecto filio Guillelmo Corbelerii, clerico Caturcensis diocesis, non conjugato nec in sacris ordinibus constituto.* Ne contractuum memoria — Datum Avinione, X kalendas februarii, anno duodecimo ».

3458 Avignon, 23 janvier 1328.

In e. m. Roberto Nicholai, clerico Rothomagensis diocesis, non conjugato nec in sacris ordinibus constituto. (Reg. 114, fol. 308, p. c. 1747).

3459 Avignon, 25 janvier 1328.

Clementiae, reginae Franciae, ut Bulgarum de Tholentino et Robertum de Ponciaco, milites, legum professores, Roberti regis Siciliae nuntios, benigne recipiat eosque in agendis dirigat. (Reg. 114, fol. 319, c. 1840).

« *Clementie, regine Francie.* Quantum ad statum — Datum Avinione, VIII kalendas februarii, anno duodecimo ».

3460 Avignon, 25 janvier 1328.

Reginae Clementiae de diligentia quam ad inducendum Carolum, regem Franciae, ut negotiis Roberti, regis Siciliae, se praebeat adjutorem adhibuit, gratias agit eamque hortatur ut Bulgaro de Tholentino et Roberto de Ponciacò, ejusdem Roberti nunciis, assistat. (Reg. 114, fol. 319, c. 1841).

« *Eidem regine Clemencie.* Ex tuarum, filia carissima (1) ... — Datum Avinione, VIII kalendas februarii, anno duodecimo ».

(1) Texte très altéré.

3461 [Avignon, 25 janvier 1328 ?] (1).

Regi Franciae commendat Bulgarum de Tholentino et Robertum de Ponciaco, nuntios Roberti, Siciliae regis. (Reg. 114, fol. 319, c. 1842).

« *Regi F[rancie].* Cum carissimus filius noster — Datum [VIII kalendas februarii, anno duodecimo] ».

3462 Avignon [25] janvier 1328.

Roberto de Atrabato, comiti Bellimontis, de eodem. (Reg. 114, fol. 319 v°, c. 1844).

« *Roberto de Atrabato, comiti Bellimontis.* Cum carissimus in — Datum Avinione, .. anno duodecimo ».

In e. m. Philippo comiti Valesii.
In e. m. Johanni [Cerchamont] cancellario.
In e. m. [Philippo] comiti Ebroicensi.

3463 Avignon, 27 janvier 1328.

Bernardo de Plodio tabellionatus officium concedit. (Reg. 114, fol. 307, c. 1755).

« *Dilecto filio Bernardo de Plodio, clerico Lemovicensis diocesis, non conjugato nec in sacris ordinibus constituto.* Ne contractuum memoria — Datum VI kalendas februarii, anno duodecimo.

3464 Avignon, 29 janvier 1328 (2).

Comiti Barensi in e. m. ac Guillelmo, comiti Hannoniae, Arnaldum Regis, Cameracensis..... et Arnaldum de Sancto Genesio No.... archidiaconum, nuncios apostolicos commendat. (Reg. 114, fol. 295, p. c. 1683 ; — Riezler, *Vatikanische Akten*, n. 969, p. 364).

« *In e. m .. comiti Barensi.* Infusum divinitus credimus — Datum Avinione, IIII kalendas februarii, anno duodecimo ».

(1) Texte très abîmé ; la date manquant, on a rétabli, sans preuves, celle de l'acte précédent, de même objet.
(2) Texte très altéré.

3465 Avignon, 31 janvier 1328.

Rogero, episcopo Vavrensi, ejus litteras recepisse nuntiat eumque hortatur ut ad pacem inter Fuxi et Insulae, ex una parte, et Armaniaci domos, ex altera, procurandam studium adhibeat, Guillelmoque archiepiscopo Tholosano credat. (Reg. 114, fol. 332, c. 1922).

« *Rogero, episcopo Vavrensi.* Fraternitatis tue litteras — Datum Avinione, II kalendas februarii, [anno] duodecimo ».

3466 Avignon, 31 janvier 1328.

Guillelmo, archiepiscopo Tholosano, ut pro eadem pace partes suas interponat. (Reg. 114, fol. 332 v°, c. 1923).

« *Guillelmo, archiepiscopo Tholosano.* Quantum sit nobis — [Datum] Avinione, II kalendas februarii, anno duodecimo ».

3467 Avignon, 31 janvier 1328.

Comitissae Fuxi, de eadem pace procuranda. (Reg. 114, fol. 332 v°, c. 1924).

« .. *comitisse Fuxi.* Quia concordia domorum — [Datum ut su]pra ».

3468 Avignon, 31 janvier 1328.

Gastoni, comiti Fuxi, de eodem, ut Guillelmi, archiepiscopi Tholosani, consiliis acquiescens, ad praedictam pacem animum suum habilitet. (Reg. 114, fol. 332 v°, c. 1925).

« *Gastoni, comiti Fuxi.* [Quia co]ncordia tue — Datum ut supra ».

3469 Avignon, 31 janvier 1328.

Johanni, comiti Armaniaci, de eodem. (Reg. 114, fol. 332 v°, c. 1926).

« *Johanni, comiti Armaniaci.* Quia concordia tue — Datum ut supra ».

3470 Avignon, [novembre 1327-janvier 1328] (1).

Petrum Marini ab omnibus excommunicationis, suspensionis et interdicti sententiis quas incurrere potuerit absolvit. (Reg. 114, fol. 305 v°, c. 1745).

« *Dilecto filio Petro Marini, canonico Xanctonensi, Apostolice Sedis nuncio.* Pridem in nostra — Datum Avinione, VIIII kalendas .. anno duodecimo ».

3471 Avignon, 2-5 février 1328.

Bertrando, archiepiscopo Viennensi, ut Ademarum, episcopum Vivariensem, et Giraudum Ademarii, dominum Montilii, ejusdem episcopi vassallum, ad pacem reducat. (Reg. 114, fol. 271, c. 1527).

« *Venerabili fratri Bertrando, archiepiscopo Viennensi.* Perduxit nuper infausti — Datum Avinione, .. nonas (2) februarii, anno duodecimo ».

3472 Avignon, 2-5 février 1328.

Eidem ut treugas inter praefatos indicere studeat. (Reg. 114, fol. 271, c. 1528).

« *Eidem.* Optantes ut gravis — Datum ut supra ».

3473 Avignon, 3 [février] 1328 (3).

Ademaro, episcopo Vivariensi, ut Bertrandi archiepiscopi Viennensis consiliis acquiescat pacemque cum Giraudo Ademarii, domino Montilii, vassallo suo faciat. (Reg. 114, fol. 278, c. 1573).

« *Ademaro, episcopo Vivariensi.* Infausti rumoris assertione — Datum Avinione, III nonas .. ».

3474 Avignon, 3 [février] 1328 (4).

Giraudo Ademarii, domino Montilii, ut Bertrandi, archiepiscopi Viennensis consiliis acquiescat pacemque

(1) Cet acte est très incomplet. D'après sa place dans le registre, et sans autre motif valable, on le publie à cette date.

(2) *Ms.* endommagé.

(3) Nous avons rapproché ces actes n. 3473 et 3474, dont la date manque, des deux actes précédents, et les avons attribués au mois de février. S'ils étaient de mars, ils devraient être datés du 5.

(4) Cf. note précédente.

cum Ademaro, episcopo Vivariensi, domino suo, faciat. (Reg. 114, fol. 278, c. 1574).

« *Nobili viro Girardo Ademarii, domino Montilii.* Infausti rumoris assertione — Datum ut supra ».

3475 Avignon, 5 février 1328.

Philippo, comiti Valesii, de receptione magistri Johannis Aufunet, cantoris ecclesiae Constantiensis, nuntium suum, cujus moram in curia excusat, et de quadam supplicatione pro commissario suo quae exaudiri non potuit. (Reg. 114, fol. 319 v°, c. 1845).

« *Philippo, comiti Valesii.* [Ad nostra]m venientem — Sane, fili, quia preventi et prepediti precibus regiis, super que pro tuo commissario supplicaveras, non potuimus annuere votis tuis, habeat nos tua providencia excusatos, ipsum namque habere intendimus oportunis loco et tempore favorabiliter commendatum. Datum Avinione, nonis februarii, anno duodecimo ».

3476 Avignon, 7 février 1328.

Geraldo de Bisturre, quod litteris sibi et Petro Papacii, clerico Albiensi, pro receptione subsidii in provincia Senonensi commissis, solus uti possit. (Reg. 114, fol. 306, c. 1748).

« *Dilecto filio magistro Geraldo de Bisturre* (1), *decano ecclesie Andeg[avensis], Apostolice Sedis n[uncio]* .. Pridem tibi et — Datum Avinione, VII idus februarii, anno duodecimo ».

3477 Avignon, 7 février 1328.

Eidem, ut subsidium a personis ecclesiasticis provinciae Senonensis pro repressione haereticorum oblatum, exigat et recipiat. (Reg. 114, fol. 306, c. 1749).

[« *Eidem*] (2). Cum nonnulli prelati — Datum ut supra ».

(1) *Index*, Bisturte.
(2) D'après l'index.

3478 Avignon, [7 février 1328]. (1)

Eidem ad partes Senonensis provinciae destinato, quod tabellionatus officium uni clerico conferre possit. (Reg. 114, fol. 306, c. 1750).

« [*Eidem*] (2). Cum te dudum — talis etc... [Datum ut supra],

3479 Avignon, 13 février 1328.

Petro, archiepiscopo Lugdunensi, terminum visitandi per alium loca ecclesiastica suae provinciae usque ad unum alium annum prorogat. (Reg. 114, fol. 271 v°, c. 1529).

« *Venerabili fratri, Petro, archiepiscopo Lugdunensi.* Exigentibus tue fraternitatis — Datum Avinione, idibus februarii, anno duodecimo ».

3480 Avignon, 13 février 1328.

Guillelmo de Sura, quod illos qui procurationes, ratione visitationis in provincia Lugdunensi debitas, non solvendo excommunicationem et alias poenas incurrerunt, post integram satisfactionem absolvere possit. (Reg. 114, fol. 271 v°, c. 1530).

« *Dilecto filio Guillelmo de Sura, archidiacono Lugdunensi, capellano nostro.* Insinuatione tua nuper — Datum Avinione, idibus februarii, anno duodecimo ».

3481 Avignon, [septembre 1327-février 1328] (3).

[Carolo] regi Franciae, negotia capituli Aniciensis commendat. (Reg. 114, fol. 315, c. 1808).

« .. *regi Francie.* Dilectos filios capitulum — Datum Avinione, idibus ... ».

(1) La date, manquante, a été restituée, arbitrairement, d'après les deux actes précédents, expédiés au même destinataire.
(2) D'après l'index.
(3) Lettre sans doute adressée à Charles IV, puisqu'il en a été adressée une identique à sa femme la reine Jeanne. Elle ne peut donc être postérieure au début de février 1328. Elle serait peut-être de novembre 1327.

In e. m. Johannae, reginae Franciae. (Reg. 114, fol. 315, p. c. 1808).

In e. m. Johanni Cerchamont, cancellario regis. (Reg. 114, fol. 315, p. c. 1808).

3482 Avignon, 16 février 1328.

Quaedam bona hospitalis Biderridae, Avinionensis diocesis, capellae Beatae Mariae Virginis Biderridae, in loco ubi fuit synagoga Judaeorum fundatae, assignat, ad sustentationem unius capellani tribus aliis adjungendi applicanda. (Reg. 114, fol. 273 v°, c. 1543).

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Dum immensa Redemptoris — Datum Avinione, XV kalendas marcii, anno duodecimo ».

3483 Avignon, 21 février 1328.

Johannae, reginae Franciae, super obitu Caroli viri sui. (Reg. 114, fol. 328 v°, c. 1904 ; — Raynaldi, *Annales ecclesiastici ad annum* 1328, fol. 401).

« *Johanne regine Francie et Navarre.* Abscintio et aqua fellis non indigne infesti rumoris assertio ad nostrum pervenit auditum quod nobilem carisimum filium tibi charissima in Christo filia virum amantissimum mors immatura substraxerat ab hac .. turbationis turbationem tua turba ... morte predicta te non inmerito supponimus concepisse ; desiderantes itaque ut tui doloris aculeos temperes et prescindas rationabili consideratione dolores, tue mentis obtutibus exponenda duximus que secuntur : In primis quod ut acerbitatem mortis ejus temperaret equalitas, mortis tributum cunctis hominibus est indictum a quo non excipit eminentia generis seu cujusvis dignitatis, a cujus solutione sapientia seu potencia non eximit, nullumque contra illud divicie muniverunt nec ad remissiorem statuti predicti observanciam etatis miseratio provocat seu sexus invitat fragilitas sicut in libro experientie hec leguntur aperte. Et ne super hoc ad antiquorum recurramus exempla, hec in regno Francie inclito possunt quasi presencia intueri in quo quidem a quindecim annis citra quinque prefuisse reges legimus et eorum quemlibet tributum hujusmodi persolvisse. Secundo quod brevis et misera sit hec vita caduca ad quod inducimur dicto beati Job sic dicentis : « Homo natus de muliere brevi vivens tempore repletur multis miseriis qui quasi flos egreditur et conteritur et fugit velut umbra et nunqam in eodem statu permanet ». Quid enim est aliud presens vita ? Profecto ut verbis utamur beati Jacobi, non est aliud nisi vapor ad modicum parens. Quid enim est aliud hec vita nisi cursus quidam ad mortem in quo quidem nec per momentum licet quiescere nec a cursu cessare. Hec utique, filia predilecta, si meditationis attente censura recenseas, humanitatis conditione pensata quod ferre in presenti moleste nimis nosceris equanimiter supportabis. Sed et si ad considerandum modum finis regis prefati converteris mentem tuam proculdubio consolationis multe se tibi materia offeret, immo finem indicet luctui et merori. Ipse quidem sicut habet fidedigna relatio tuaque circumspectio non ignorat receptis devote sicut rex christianissimus dominicis sacramentis instructisque de dilectione mutua viris inclitis tunc presentibus domus sue ac de regni gubernatione debita exhortatione salubri premissa memoria integra fide pura securaque conscientia ac spe firma in manus Redemptoris nostri suum recomendans sepius spiritum ipsum Deo reddidit qui creaverat illum. Profecto si hec filia amantissima quieta mente cogitaveris diligenter, cessabunt suspiria, precidentur dolores et gaudenti merito congaudebis, a quibus nichilominus partus periculum quod ex tuis doloribus quod absit posset incurrere te merito revocabit. Ad nos autem confidenter recurras benedictionis filia super hiis que per nos fieri posse tibique videris oportuna. Gratia Domini Nostri Jhesu Christi sit tecum que tibi paciencia in adversitatibus tribuat et misericorditer consolationem infundat, amen. Datum Avinione, X kalendas marcii, anno duodecimo ».

3484 Avignon, 21 février 1328.

Philippo, regenti, de assumpto regimine congratulatur, eum super pluribus instruens et Johannam reginam relictam Robertumque regem Siciliae ei commendans. (Reg. 114, fol. 329, c. 1905).

« *Magnifico viro Philippo, comiti Valesii, regenti regna Francie et Navarre.* Regimen, fili, regnorum Francie et Navarre substracto morte prematura et impia clare memorie Carolo regnorum ipsorum

(1) La fin est très altérée.

rege te audivimus assumpsisse. Et quia desideranter appetimus sic te in eo exerceri provide quod preter humane laudis preconium divinam in presenti graciam et in futuro immarcessibilem coronam glorie valeas promereri, tuam circumspectionem providam exhortandam duximus et rogandam ut ad hec consequenda tue vigilancie studium sedule interponas. Ad quod prompte obtinendum oportunum plurimum extimamus ut illius te ministrum extimes tibique commissum prefatum regimen a quo omne donum est optimum et a quo potestas omnis profluit et procedit. Hec omnia si tua magnificencia mente sedula recognoscat, tibi persuadebunt assidue ut illi placere ac ejus indignationem studeas evitare, quod si et utique si ea cures que sibi placida sunt exequi et que habet odio declinare. Ad hec ergo, scilicet que si[bi] placent et displicent debes assidue mentis tue aciem convertere ut sic ista complere ac illa caute valeas devitare. Hec fili ex te ipso potes si diligenter averteris colligere evidenter. Nosti quidem quantum ministri tui grati sint et accepti qui juxta tue voluntatis beneplacitum suum officium exequntur quantumque tibi existant implacidi qui illud pretergredi non verentur. Adhuc fili ad hoc fulcimentum adhibebit non modicum si te astrictum ad reddendum rationem de administratione hujusmodi in illo districto examine in quo nil occultare judici nec ipsum prece vel pretio corrumpere nec ejus potestatem effugere poteris recognoscas. Hoc enim tue suadebit providentie ut hujus administrationi regiminis intendas sedule et ad tibi assistendum personas assumere studeas ... (1). Datum ut supra [Avinione, X kalendas martii, anno duodecimo] ».

3485 Avignon, 21 février 1328.

Johanni Cerchamont, de obitu Caroli, regis Franciae scribit, de assumptione ad cancellariatus officium congaudet eumque hortatur ut praefatum Philippum, regentem, ad Ecclesiae Robertoque Siciliae regi subveniendum inducat. (Reg. 114, fol. 329 v°, c. 1906).

« *Johanni Cerchamont, cancellario Francie.* Mortem clare memorie Caroli regis Francie (2) ... — Datum ut supra ».

(1) La fin de l'acte est très altérée.
(2) Texte très altéré.

3486 Avignon, 21 février 1328.

Ludovico, duci Borbonesii, de morte Caroli, regis Franciae et Navarrae, et ut assistat Philippo de Valesio regenti ; necnon Johannam reginam viduam eidem regenti commendat eamque consolari studeat. (Reg. 114, fol. 329 v°, c. 1907).

« *Ludovico, duci Borbonesii* [O]bitum clare memorie Caroli, regis Francie et Navarre quem ... mundi hujus [mors] prematura sub ... non absque turbatione animi audivimus hiis diebus, et licet mors inopina regis ejusdem qui, nescimus quo Dei occulto judicio in juventute florida constitutus et ad diucius vivendum, sicut opinabatur, dispositus, ad regnorum regimen se prudenter de bono semper in melius, sicut habebat fida multorum relatio, disponebat, sic repente ab hac luce substractus extitit, stuporem quodam modo ac dolorem juxta modum conditionis humane attulerit menti nostre, auditus tamen subsequenter finis suus laudabilis ex quo presumendum est verisimiliter ipsum mortem evasisse perpetuam vitamque miseram et caducam in eternam et quietam feliciter commutasse, multe nobis consolationis materiam ministravit, presertim attenta conditione mortis cunctis indicta que ab omnibus tam senibus quam juvenibus, divitibus et pauperibus, nobilibus et ignobilibus suum equaliter tributum exigit juxta divine beneplacitum voluntatis. Cumque subsequenter percepto dilectum filium magnificum virum ... comitem Valesii, regnorum ipsorum regimen assumpsisse, nos cupientes ipsum ad Dei beneplacitum et rei utilitatem publice in regimine dirigi supradicto, eidem nostras super hoc exhortatorias litteras destinemus, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus eidem regenti consiliis et auxiliis oportunis assistens, que ad bonum premissorum regimen pertinent, quodque negociis Ecclesie ac fidei que hiis presertim temporibus, Deo permittente lacerantur multipliciter in Italie partibus et turbantur, necnon carissimo in Christo filio nostro R., regi Sicilie illustri, domus Francie membro utique nobili, consiliis et auxiliis oportunis assistat eidem studeas salutaribus monitis efficaciter suadere, non ommittens carissimam in Christo filiam nostram Johannam, reginam Francie et Navarre illustrem, quam mors memorati regis effecit tristem et viduam, quam et tu, fili, consolari studeas, eidem regenti sedule commendare, sic te in premissis et singulis habiturus quod bonorum omnium que ex

hiis, dante Domino, subsequentur particeps fieri merearis. Datum ut supra ».

3487 Avignon, 21 février 1328.

In e. m. Philippo, comiti Ebroicensi. (Reg. 114, fol. 330, p. c. 1907).

3488 Avignon, 21 février 1328.

In e. m. Carolo de Valesio, comiti Alensoni. (Reg. 114, fol. 330, p. c. 1907).

3489 Avignon, 21 février 1328.

In e. m. Roberto de Atrabato, comiti Bellimontis. (Reg. 114, fol. 330, p. c. 1907).

3490 Avignon, 21 février 1328.

In e. m. Miloni, domino de Noeriis. (Reg. 114, fol. 330, p. c. 1907).

3491 Avignon, 21 février 1328.

In e. m. reginae Clementiae. (Reg. 114, fol. 330, p. c. 1907).

« In eumdem modum verbis competenter mutatis regine Clementie usque destinamus. Serenitatem rogamus regiam et hortamur quatinus ea que ad bonum dictorum regnorum regimen pertinent, memorato regenti suadens sicut cum rege memorato promovere que honorem Dei et utilitatem Ecclesie fideique catholice ac carissimi in Christo filii nostri R., regis Sicilie illustris, concernunt regia providentia inchoarat, sic continuare ac prosequi, prout oportune poterit, cum eodem regente procuret, eum nichilominus piis studiis inductura ut carissimam in Christo filiam nostram Johannam, reginam Francie et Navarre illustrem, quam prefati regis mors effecit tristem et viduam, consoletur, quam et tu, filia carissima, sicut Dominus misericordiarum et Deus totius consolationis tibi ministraverit, studeas consolari. Datum ut supra ».

3492 Avignon, 21 février 1328.

Blanchae de Britannia, ut Johannae relictae Caroli regis consoletur. (Reg. 114, fol. 330, c. 1908).

« *Blanche de Britannia, domine de Magduno.* Quia veremur quod carissima in Christo filia nostra Johanna regina Francie et Navarre illustris ex substractione clare memorie Caroli regis Francie et Navarre, viri sui, nimium affligatur, nos qui eam super hoc ut possumus per nostras litteras consolamur desiderantes eandem ab aliis consolari, nobilitatem tuam ex superabundanti rogandam duximus et exhortandam quatinus ipsam, prout ministravit Dominus, studeas consolari, presertim cum ex ejus immoderata turbatione posset, quod absit, partus quem gestat periculose nimium pregravari. Datum ut supra ».

3493 Avignon, 21 février 1328 ?

Hugoni Isarni tabellionatus officium concedit. (Reg. 114, fol. 307, c. 1756).

« *Dilecto filio Hugoni Isarni* (1), *clerico non conjugato nec in sacris ordinibus constituto.* Ne contractuum memoria — Datum Avinione, X kalendas ma[rtii ?] (2), [an]no duodecimo ».

3494 Avignon, 23 février 1328.

Gasberto, archiepiscopo Arelatensi, quod loca ecclesiastica suae diocesis per alium usque ad unum annum visitare possit. (Reg. 114, fol. 272, c. 1531).

« *Venerabili fratri Gasberto, archiepiscopo Arelatensi.* Merita tue fraternitatis — [Datum] Avinione, VIII kalendas marcii, anno duodecimo ».

3495 Avignon, 23 février 1328.

Bernardo Stephani et Avinionensis ac Cavallicensis ecclesiarum praepositis, executoribus, ut eidem Gasberto procurationes debitas exhibere faciant. (Reg. 114, fol. 272 v°, c. 1532).

---

(1) Index : Isarra.

(2) La fin du mot manque ; s'il s'agit du mois de mai, l'acte est du 22.

« *Dilectis filiis magistro Bernardo Stephani a-[rchi] diacono Figiacensi, Caturcensis, notario nostro, et.. Avinionensis ac.. Cavallicensis prepositis ecclesiarum.* Merita etc. — Datum ut supra ».

3496 Avignon, 23 février 1328.

Similes due Bertrando archiepiscopo Ebredunensi et iisdem executoribus. (Reg. 114, fol. 272 v°, p. c. 1532).

3497 Avignon, 23 février 1328.

Similes due Jacobo, archiepiscopo Aquensi, et iisdem executoribus. (Reg. 114, fol. 272 v°, p. c. 1532).

3498 Avignon, 23 février 1328.

Ademaro, episcopo Massiliensi, quod loca ecclesiastica suae diocesis usque ad unum annum per alium visitare possit. (Reg. 114, fol. 272 v°, c. 1533).

« *Venerabili fratre Ademaro, episcopo Massiliensi.* Fraternitatis tue devotio — Datum ut supra ».

3499 Avignon, 23 février 1328.

Praedictis judicibus executoribus super eodem. (Reg. 114, fol. 272 v°, c. 1534).

« *Predictis judicibus* (1) .. Venerabilis fratris nostri — Datum ut supra ».

3500 Avignon, 23 février 1328.

Item similes due pro Bartholomeo, episcopo Forojuliensi. (Reg. 114, fol. 272 v°, p. c. 1534).

3501 [Avignon, 23 février 1328] (2).

Guillelmo, archiepiscopo Tholosano, quod loca ecclesiastica provinciae suae per alium visitare possit. (Reg. 114, fol. 306 v°, c. 1751).

« [*Venerabili*] *fratri Guillelmo, archiepiscopo Tholosano.* [Mer]itis tue devotionis — Nulli ergo etc. ».

(1) *Supra*, n° 3495.
(2) La date est donnée par l'acte suivant.

3502 Avignon, 23 février 1328.

Bernardo Stephani et Avinionensi ac Cavalicensi praepositis ut praefato archiepiscopo Tholosano procurationes debitas exhiberi faciant. (Reg. 104, fol. 306 v°, c. 1752).

« *Judicibus : dilectis filiis magistro Bernardo Stephani, archidiacono Figiacensi, Caturcensis, notario nostro, et .. Avinionensis ac.. Cavalicensis prepositis ecclesiarum.* Merita devotionis venerabilis — Datum Avinione, VIII kalendas marcii, anno duodecimo ».

3503 Avignon, 23 février 1328.

Andreae, episcopo Magalonensi, quod loca ecclesiastica suae diocesis usque ad unum annum per alium visitare possit. (Reg. 114, fol. 306 v°, c. 1753).

« *Venerabili fratri Andree, episcopo Magalonensi.* Fraternitatis tue devotio — etc. ut in predicta usque in finem ».

3504 Avignon, 23 février 1328.

Eisdem judicibus ut praefato Andreae procurationes debitas exhiberi faciant. (Reg. 114, fol. 307, c. 1754).

« *Supradictis judicibus.* Venerabilis fratris nostri — Datum ut supra [Avinione, VIII kalendas martii, anno duodecimo] ».

3505 Avignon, 23 février 1328.

« Item similes due pro Guillelmo, episcopo Biterrensi ». (Reg. 114, fol. 307, p. c. 1754).

3506 Avignon, 23 février 1328.

« Item alie similes due pro Guillelmo, episcopo Uticensi. Datum ut supra ». (Reg. 114, fol. 307, p. c. 1754).

3507 Avignon, 23 février 1328.

« Item Guillelmo, episcopo Convenarum, sub eadem data ». (Reg. 114, fol. 307, p. c. 1754).

3508 Avignon, 28 février 1328.

Petro Vasconis tabellionatus officium concedit. (Reg. 114, fol. 310, c. 1770).

« *Petro Vasconis, clerico non conjugato nec in sacris ordinibus constituto, Tholosane diocesis.* Consuevit interdum Sedis — que talis est ». (1)

3509 Avignon, 28 février 1328.

In e. m. pro Johanne de Podio Ademari, clerico Caturcensis diocesis. « Datum Avinione, III kalendas martii, anno duodecimo ». (Reg. 114, fol. 310, p. c. 1770).

3510 Avignon, 28 février 1328.

Philippo, comiti Valesii, ut Bernardo, episcopo Nemausensi, in partibus Lombardiae cum Bertrando, episcopo Ostiensi, nuncio apostolico, Ecclesiae obsequiis insistenti, terminum praestandi ea ad quae ratione quorumdam bonorum temporalium ecclesiae Nemausensis tenetur, usque ad unum annum prorogare velit. (Reg. 114, fol. 330, c. 1909).

« *Philippo, comiti Valesii, regenti regna Francie et Navarre.* Cum venerabilis frater — Datum Avinione, III kalendas martii, anno duodecimo ».

3511 Avignon, 28 février 1328.

Johanni Cerchamont ut pro eadem prorogatione apud dictum regentem insistat. (Reg. 114, fol. 330, c. 1910).

« *Johanni Cerchamont, cancellario Franci*[*e*]. Cum dilecto filio — Datum Avinione, III kalendas marcii, anno duodecimo ».

3512 Avignon, 1er mars 1328.

Gaufrido, episcopo Cavallicensi, quod loca ecclesiastica suae diocesis usque ad unum annum per alium visitare possit. (Reg. 114, fol. 272 vo, c. 1535).

« *Venerabili fratri Gaufrido, episcopo Cavallicensi.* Fraternitatis tuae devotio — Datum Avinione, kalendis martii, anno duodecimo ».

(1) La date est donnée par l'acte suivant, n. 3509.

3513 Avignon, 1er mars 1328.

Bernardo Stephani et Avinionensis ac Cavallicensis ecclesiarum praepositis, executoribus, ut praefato episcopo procurationes debitas exhiberi faciant. (Reg. 114, fol. 272 vo, c. 1536).

« *Judicibus : dilectis filiis magistro Bernardo Stephani, archidiacono Figiacensi, Caturcensis, notario nostro, et.. Avinionensis ac.. Cavallicensis prepositis ecclesiarum.* Venerabilis fratris nostri — Datum ut supra ».

3514 [Avignon, 1er mars 1328].

In e.m. Petro, episcopo Tholonensi. (Reg. 114, fol. 273, p. c. 1536).

3515 [Avignon, 1er mars 1328] (1).

Bertrando, archiepiscopo Viennensi, quod loca ecclesiastica suae diocesis usque ad unum annum per alium visitare possit. (Reg. 114, fol. 273, c. 1537).

« *Venerabili fratri, Bertrando, archiepiscopo Viennensi.* Meritis tue dovotionis — nulli ergo etc. ».

3516 [Avignon, 1er mars 1328].

Praefatis judicibus executoribus super eodem. (Reg. 114, fol. 273, c. 1538).

« *Judicibus quibus supra* (2). Meritis devotionis venerabilis — Contradictores etc. ».

3517 Avignon, 1er mars 1328.

Bertrando episcopo Caturcensi, in e. m. ac Andreae, episcopo Magalonensi (3) concedit ut loca ecclesiastica suae diocesis usque ad unum annum per alium visitare possit. (Reg. 114, fol. 307, c. 1754) (4).

(1) On a attribué pour date à cet acte et au suivant celle des actes immédiatement précédents.
(2) *Supra*, no 3513.
(3) *Supra*, no 3503.
(4) La date est donnée par l'acte no 3520.

« *Item similiter Bertrando episcopo Caturcensi.* Fraternitatis tue devotio — usque in finem ».

3518 Avignon, 1er mars 1328.

Item Petro, episcopo Mirapiscensi. (Reg. 114, fol. 307, p. c. 1754).

3519 Avignon, 1er mars 1328.

Item in e. m. Rogerio, episcopo Lemovicensi. (Reg. 114, fol. 307, p. c. 1754).

3520 Avignon, 1er mars 1328.

Item similiter ut in ista Johanni, episcopo Rivensi. « Datum kalendis marciis in hiis omnibus. » (Reg. 114. fol. 307, p. c. 1754).

3521 Avignon, 1er mars 1328 (1).

Bernardo, episcopo Nemausensi, facultatem loca ecclesiastica suae diocesis per alium visitandi usque ad unum alium annum prorogat. (Reg. 114, fol. 307, c. 1757).

« *Venerabili fratri Bernardo, episcopo Ne[mausensi]*. Fraternitatis tue devotio — Nulli ergo etc ».

3522 Avignon, 1er mars 1328 (2).

Bernardo Stephani et Avinionensi ac Cavallicensi praepositis, ut eidem episcopo procurationes debitas exhiberi faciant. (Reg. 114, fol. 307 vo, c. 1758).

« *Judicibus : dilectis filiis magistro [Berna] rdo* (3) *Stephani, archidiacono Figiacensi, Caturcensis[nota]rio nostro et.. Avinionensis et Cavallicensis prepositis ecclesiarum.* Venerabilis fratris nostri — contradicentes etc...».

(1) Date donnée par l'acte no 3523.
(2) *Idem.*
(3) Le nom a été rétabli d'après l'acte 3513. L'*Index* donne à tort *Bertrando.*

3523 Avignon, 1er mars 1328.

In. e. m. Guillelmo, episcopo Montisalbanensi ». Datum [Avinione], kalendis marcii, anno duodecimo ». (Reg. 114, fol. 307 vo, p. c. 1758).

3524 Avignon, 2 mars 1328.

Gasberto, archiepiscopo Arelatensi, quod visitatores quos deputabit duas ecclesias una die visitare et procurationes moderatas usque ad unum annum exigere possint. (Reg. 114, fol. 273, c. 1541).

« *Gasberto, [ar]chiepiscopo Arelatensi, camera[rio nostro]*. Pridem tuis supplicationibus — Datum [Avinione], VI nonis marcii, anno duodecimo ».

3525 Avignon, 2 mars 1328.

In e. m. pro Bertrando, archiepiscopo Ebredunensi. (Reg. 114, fol. 273 vo, p. c. 1541).

3526 Avignon, 2 mars 1328.

In e. m. pro Jacobo, archiepiscopo Aquensi. (Reg. 114, fol. 273 vo, p. c. 1541).

3527 Avignon, 2 mars 1328.

In e. m. pro Bartholomeo, episcopo Forojuliensi. (Reg. 114, fol. 273 vo, p. c. 1541).

3528 Avignon, 2 mars 1328.

In e. m. pro Gaufrido episcopo Cavallicensi. (Reg. 114, fol. 273 vo, p. c. 1541).

3529 Avignon, 2 mars 1328.

In e. m. pro Ademaro, episcopo Massiliensi. (Reg. 114, fol. 273 vo, p. c. 1541).

3530 Avignon, 7 mars 1328.

Reginaldo de Ponte, domino Riberiaci, de quodam tractatu quem recipere expediens non videtur. (Reg. 114, fol. 319 vo, c. 1848).

« *Reginaldo de Ponte, domino Ribayriaci.* Benigne recepimus tue nobilitatis litteras nobis per exhibitorem presencium presentatas, earumque contenta necnon et regiarum litterarum quas idem lator nobis exhibuit intelleximus diligenter, deliberationeque habita cum nonnullis amicis alterius partis, comperimus quod eorum amici nullatenus consulebant quod tractatum ullum reciperent, cum ille littere impetrate propter clausulam in eisdem insertam in nullo quod (*sic*) formidatum periculum excusarent, quod utique nobis admodum est molestum. Ideoque fili, non expedit quod propterea huc accedas, sed si, sublata illa clausula littere haberentur, nos prompto animo que ceperamus curaremus perducere ad effectum. Datum Avinione, nonis marcii, anno duodecimo ».

3531 Avignon, 14 mars 1328.

Guillelmo, archiepiscopo Tholosano, ut Guillelmo de Bos, sacristae ecclesiae Forojuliensis, nuntio apostolico, fidem adhibeat. (Reg. 114, fol. 319 v°, c. 1846).

« *Guillelmo, archiepiscopo Tholosano.* Super certis nos — Datum Avinione, II idus marcii, anno duodecimo ».

3532 Avignon, 14 mars 1328.

In e. m. Dominico, episcopo Appamiarum. (Reg. 114, fol. 319 v°, p. c. 1846).

3533 Avignon, 14 mars 1328.

Guillelmo, episcopo Biterrensi, ut magistro Guillelmo Lemosini, decano ecclesiae Sancti Petri Casletensis (1), Morinensis diocesis, nuntio apostolico, fidem adhibeat. (Reg. 114, fol. 319 v°, c. 1847).

« *Guillelmo, episcopo Biterrensi.* Super certis nos etc... ut supra. [Avinione, II idus marcii, anno duodecimo] ».

3534 Avignon, 14 mars 1328.

In e. m. Guillelmo, episcopo Uticensi. (Reg. 114, fol. 319 v°, p. c. 1847).

(1) *Index* : Carbitensis.

3535 Avignon, 15 mars 1328.

Faydito Guiraudonis de quibusdam dubiis circa collectionem fructuum beneficiorum ecclesiasticorum apud Sedem Apostolicam vacantium reservatorum in provincia Burdegalensi respondet. (Reg. 114, fol. 331, c. 1914).

« *Dilecto filio Faydito Guiraudonis, archipresbitero Sarlatensi, Apostolice Sedis nuntio.* Cum super infrascriptis — Datum [Avinione], V idus martii, anno duodecimo ».

3536 Avignon, 17 mars 1328.

Danieli, episcopo Nannetensi, de salmonibus a Petro de Nannetis, nepote suo, quem ipse commendatum habere intendit, praesentatis regratiatur. (Reg. 114, fol. 320, c. 1849).

« *Danieli, episcopo Nannectensi.* Salmones quos misisti — Datum Avinione, XVI kalendas aprilis, anno duodecimo ».

3537 Avignon, 1er avril 1328.

Heliae Manhani, ut bona residua quondam Ancelmi, episcopi Glandatensis (1) reservata colligat, solventesque quittet. (Reg. 114, fol. 274 v°, c. 1544).

« *Helie Manhani, canonico Xanctonensi.* Cum super exa[c]tione — Datum Avinione, kalendis aprilis, anno duodecimo ».

3538 [Avignon], 4 avril 1328.

Philippo, comiti Valesii, Rogerium episcopum Lemovicensem commendat. (Reg. 114, fol. 320, c. 1850).

« *Philippo, comiti Valesii regna regenti Franciae et Navarre.* Cum venerabilem fratrem — Datum II nonas aprilis, anno duodecimo ».

3539 Avignon, 4 avril 1328.

Guillelmo de Bos et Petro Villani mandat ut personas ecclesiasticas provinciae Auxitanae ad promptam solu-

(1) Index : *Elaudasensi.*

tionem subsidii contra rebelles Italiae oblati inducant, eisque dictum subsidium recipiendi aliaque faciendi facultatem concedit. (Reg. 114, fol. 331 v°, c. 1915).

« *Guillelmo [de Bos]* (1) *et Petro Villani, Apostolice Sedis nunciis.* Licet verisimiliter extimemus — Datum Avinione, II nonas aprilis, anno XII° ».

3540 Avignon, 4 avril 1328.

In e. m. Raymundo canonico Ebredunensi, pro provincia Ebredunensi. (Reg. 114, fol. 331 v°, p. c. 1915).

3541 Avignon, 4 avril 1328.

In e. m. Petro Guigonis de Castronovo, Lingonensis, et Petro de Viveriis, Vivariensis ecclesiarum canonicis, pro Bisuntina et Treverensi provinciis. (Reg. 114, fol. 331 v°, p. c. 1915).

3542 Avignon, 4 avril 1328.

In e. m. Petro Arquerii, decano Rothomagensis, et Petro de Bisuncio, rectori ecclesiae de Issio, Lingonensis diocesis ecclesiarum, nunciis apostolicis, collectoribus fructuum ecclesiasticorum in provincia Rothomagensi. (Reg. 114, fol. 331 v°, p. c. 1915).

3543 Avignon, 6 avril 1328.

Ad perpetuam rei memoriam inhibet sub excommunicationis poena ne quis in civitate Avinionensi aut ejus suburbiis, donec ipse cum sua curia moram traxerit, armata spectacula quae astiludia seu justae appellantur audeat facere. (Reg. 85, Cur., fol. 2 v°, c. 3).

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Provide attendentes quod — districtius inhibemus ne in civitate Avinionensi ubi nunc cum dicta curia residemus ejusque suburbiis, quamdiu in dicta civitate hujusmodi residentiam faciemus, deinceps aliquis armata spectacula que astiludia seu justas vulgus appellat, in quibus a pluribus concurritur et ad ostentationem virium et audatie congressiones non absque periculo exercentur, unde non solum vulnera sed etiam mortes hominum et animarum pericula sepe proveniunt, exercere presumant (*sic*). Eos autem qui secus facere forte presumpserint, excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto. Nulli ergo — Datum Avinione, VIII idus aprilis, anno duodecimo ».

(1) Dans l'*Index*.

3544 Avignon, 6 avril 1328.

Philippo, comiti Valesii, regenti, ut Arnaldo, vicecomiti Caramanni, Petro de Via et Arnaldo de Trianno, nepotibus ipsius, super praestandis homagiis ad quae tenentur terminum concedere competentem velit. (Reg. 114, fol. 320, c. 1852).

« *Philippo, comiti Valesii, regna regenti Francie et Navarre.* Pro dilectis filiis nobilibus viris Arnaldo, vicecomite Caramanni, Petro de Via, Villemuri, et Arnaldo de Trianno, Castrinovi Montismirabilis dominis, nepotibus nostris, quorum obsequiis egemus continue, tuam magnificenciam attencius deprecamur quatinus super prestandis homagiis seu fidelitatis juramentis ad que pro terris et locis suis tenentur, velit tua benivolencia terminum eis et eorum singulis concedere competentem, receptionemque illorum in partibus istis alicui committere sicut clare memorie Carolus, rex Francie et Navarre hoc fecisse dudum noscitur graciose. Datum Avinione, VIII idus aprilis, anno duodecimo ».

3545 [Avignon], 7 avril 1328.

Thierico, electo Atrebatensi, de subsidio duorum millium florenorum a Petro, tituli Sancti Martini in Montibus presbytero cardinali, transmisso gratias agit. (Reg. 114, fol. 320, c. 1851).

« *Thierico, electo Atrabatensi.* De subsidio duorum — Datum VI idus aprilis, anno duodecimo ».

3546 Avignon, 7 avril 1328.

Alphonso, regi Aragonum, de adventu Blanchae, sponsae Raymundi Berengarii, apud Niciam ad incontrandum Yolandam, sponsam Philippi, despoti Romaniae illuc accessuram. (Reg. 114, fol. 360 v°, c. 2120).

« *Alfonso, regi Aragonum.* Audivimus inter dilectos filios nobilem virum Philippum, principem

Tharentinum, de ordinatione carissimi in Christo filii nostri Roberti, regis Sicilie illustris, germani sui, et ..nuncium quem ad ipsum principem destinasti fuisse condictum quod circa finem presentis mensis aprilis in quo dilecta in Christo filia nobilis mulier, Blancha dicti principis filia, sponsa dilecti filii Raymundi Berengarii, fratris tui, esse apud Niciam, actore Domino, perventura, ibidem dilecta in Christo filia nobilis mulier Yolanda, soror tua, sponsa dilecti filii nobilis viri Philippi Romanie dispositi ejusdem principis filii, sit parata. Rogamus igitur excellenciam regiam et hortamur attente ut, quantum in te, fili carissime, fuerit, sic premissa solicites quod illa in hujusmodi termino infallibiliter compleantur. Datum Avinione, VII idus aprilis, anno duodecimo ».

3547 Avignon, 7 avril 1328.

Johanni archiepiscopo Tholetano, ut apud praedictum regem fratrem suum pro eodem insistat. (Reg. 114, fol. 360 v°, c. 2121).

« *Johanni, archiepiscopo Tholetano.* Audivimus etc... — Datum ut supra ».

3548 Avignon, 13 avril 1328.

Archiepiscopo Arelatensi caeterisque personis ecclesiasticis provinciae Arelatensis, quod permittant collectores recipere fructus unius anni beneficiorum vacantium in eadem provincia. (Reg. 114, fol. 276, c. 1561).

« *..archiepiscopo Arelatensi ejusque suffraganeis et dilectis filiis ..electis, ..abbatibus, ..prioribus, prepositis, decanis, archidiaconis, archipresbiteris, plebanis, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis ipsorumque vices gerentibus, conventibus quoque, capitulis ceterisque personis ecclesiasticis, religiosis et secularibus, exemptis et non exemptis, Cisterciensis, Cluniacensis, Premostratensis, Grandimontensis, sanctorum Benedicti et Augustini, et aliorum ordinum, ac Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani* (1), *Beate Marie Theotonicorum, Calatravensis et Humiliatorum prioribus et preceptoribus per civitatem et diocesim ac provinciam Arelatenses constitutis.* Multis dudum attentis — Datum Avinione, idibus apri[lis, anno du]odecimo ».

(1) Reg. *Jerolozomitani.*

3549 Avignon, 13 avril 1328.

Raymundo de Moreriis et Rastagno Alsiati, ut deputent in singulis civitatibus et diocesibus provinciae [Arelatensis] aliquos fide et facultatibus ydoneos ad praedictos fructus recipiendos. (Reg. 114, fol. 276 v°, c. 1562).

« *Raymundo de Moreriis [preposito et] Rastagno Alsiaci* (1) *archidiacono ecclesie Arelatensis.* [D]udum attentis necessitatibus — Datum ut supra ».

3550 Avignon, 13 avril 1328.

In e. m. archiepiscopo Viennensi. Executores [officialis Vien]nensis et Zacarias de Sancto Juliano, prior [saecularis e]cclesiae Sancti Martini Viennensis. (Reg. 114, fol. 276 v°, p. c. 1562).

3551 Avignon, 13 avril 1328.

In e. m. archiepiscopo Ebredunensi. Executores [Hugo de] Mandagoto, praepositus, et Raymun[dus Buboti], (2) canonicus ecclesiae Ebredunensis. (Reg. 114, fol. 276 v°, p. c. 1562).

3552 Avignon, 13 avril 1328.

In e. m. archiepiscopo Aquensi. Executores [Hugo de] Colubreriis praepositus et Raymundus [de Naulonis] (3), canonicus ecclesiae Aquensis. (Reg. 114, fol. 276 v°, p. c. 1562).

3553 Avignon, 13 avril 1328.

Raymundo de Baucio, principi Aurasicensi, ut Bertrandi, archiepiscopi Viennensis, consiliis acquiescens, pacem cum Raymundo de Baucio, domino Castri Curtedon (4) faciat. (Reg. 114, fol. 278 v°, c. 1577).

« *Raymundo de Baucio, principi Aurasicensi.*

(1) Index : *Alziati.*
(2) Restitué d'après l'*Index.*
(3) *Idem.*
(4) Index : *Cortodon.*

Assertionis... [r]elationis infeste — Datum Avinione, idibus aprilis, anno duodecimo ».

3554 Avignon, 20 avril 1328.

Alienordi, comitissae Fuxensi, indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 114, fol. 331 v°, c. 1916).

« *Alienordi, comitisse Fuxensi.* Grandis devotionis affectus — Datum Avinione, XII kalendas maii, anno duodecimo ».

3555 Avignon, 21 avril 1328 (1).

Amalrico, vicecomiti Narbonensi, ut filium suum primogenitum ad obedientiam recipiat Arnaldoque de Verdala, archidiacono Mirapiscensi, nuntio apostolico, super hiis fidem adhibeat. (Reg. 114, fol. 320, c. 1854).

« *Amalrico, vicecomiti N[arbonensi].* Tue ad nos — Datum Avinione, XI kalendas maii, anno duodecimo ».

3556 Avignon, 21 avril 1328.

In. e. m. Johannae, vicecomitissae Narbonensi, ut Amalricum, virum suum, ad praefata inducat. Datum ut supra. (Reg. 114, fol. 320, p. c. 1854).

3557 Avignon, 25 avril 1328.

Magistro et prioribus provincialibus ordinis Praedicatorum in Tholosano capitulo congregatis, ut ad partes gentilium (2) ad minus quinquaginta fratres mittant. (Reg. 114, fol. 311, c. 1777).

« *..magistro et ..prioribus provincialibus ordinis Predicatorum in Tholosano capitulo congregatis.* Inexplicabili desiderantes affectu et summo studio perquirentes quod divini cultus officium jam in plerisque gentilium partibus, actore Domino, propagatum, eo indesinentius frequentetur et vigeat quo ministris potioribus invalescat, solicita deliberatione providimus ut in hac vestra congregatione salubri, in qua Dominus Deus noster de cujus dilatatione nominis agitur, medius noscitur constitutus, per vos, filii, ordinetur, provideatur et fiat quod de ordine vestro qui, inspirante Deo, velut celum micat (1) stellis, sic personarum numero et virtute coruscat, ad minus quinquaginta fratres ad hoc voluntarii, nimis tamen nec juvenes nec antiqui, sed bene religiosi alias et discreti ac sufficientes clerici competenter mittantur ad partes dictorum gentilium per singulos ordinis predicti conventus ad exercenda ibi divina ministeria (2) prout expediens fuerit, dividendi. Quocirca universitatem et discretionem vestram monemus, requirimus et hortamur attente, vobis nichilominus per apostolica scripta districtius injungentes quatinus premissa summopere celeriter exequi studeatis. Nos enim omnibus et singulis predictis fratribus, quos ad hoc duxeritis taliter eligendos, transeundi ad partes predictas licenciam ac nichilominus illam eis et ipsorum singulis quos illuc transire contingerit, ut spirituali munere invitentur, indulgenciam quam merentur transfretantes ultra mare in Terre Sancte subsidium, auctoritate apostolica tenore presentium elargimur. Datum Avinione, VII kalendas maii, anno duodecimo ».

(1) Texte très altéré.
(2) Index : *infidelium.*

3558 Avignon, 28 avril 1328.

Guillelmo de Orto et Guillelmo Ruffi, ut bona quondam Alberti, episcopi Claromontensis, dispositioni apostolicae reservata, nomine Camerae recipiant. (Reg. 114, fol. 310, c. 1771).

« *Guillelmo de Orto, abbati in ecclesia Claromontensi, et Guillelmo Ruffi, canonico Aniciensi.* Cum nos volentes — Datum Avinione, IIII kalendas maii, anno d[uodecimo] ».

3559 Avignon, 28 avril 1328.

Bernardae de Martello indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 114, fol. 309 v°, c. 1769).

« *Nobili mulieri Bernarde de Martello, Lemovicensis diocesis.* Ferventis devotionis affectus — Datum Avinione, IIII kalendas maii, anno duodecimo ».

(1) Reg. *mitat.*
(2) Reg. *misteria.*

3560 Avignon, 28 avril 1328.

Geraldo de Bisturre et Geraldo de Capmulo, ut bona quondam Guillelmi, episcopi Dolensis, dispositioni apostolicae reservata, nomine Camerae recipiant. (Reg. 114, fol. 310, c. 1772).

Geraldo de Bisturre (1), *decano Ande*[*gavensi et*] *Geraldo de Capmulo* (2) *cantori*..... Nuper volentes de — Datum ut supra ».

3561 Avignon, 30 avril 1328.

Hugoni Ademari, ut Nicolao de Vronenvelt, praeposito ecclesiae Imbriacensis, et Ludovico, comiti de Octingen, ad Sedem Apostolicam venturis, de securo conductu provideat. (Reg. 114, fol. 278 v°, c. 1578 ; — Riezler, *Vatikanische Akten*, n. 1003, p. 375).

« *Hugoni Ademari* (3), *domino de Montilio Ademari* (4). Cum dilecti filii — Datum Avinione, II kalendas maii, anno duodecimo ».

3562 Avignon [avril ?] 1328 (5).

Antonio de Catheneis, de Mediolano, quod non obstante defectu natalium, ad quamcumque dignitatem ecclesiasticam eligi possit. (Reg. 114, fol. 307 v°, c. 1759).

« *Anthonio de Catheneis de Mediola* [*no*...] *parrochialis ecclesie Sancti Saturnini de*...*Bellopodio Mirapiscensis diocesis*... attendentes quod — Datum Avinione ... ».

3563 Avignon, 14 avril-1er mai 1328 (6).

Arnaldo de Verdala et Raymundo de Picacollo, ut libros, paramenta et alia jocalia ex bonis quondam Amanevi, archiepiscopi Auxitani, dispositioni aspotolicae reservatis provenientia, et ad decorem altarium et capellarum Auxitanae ecclesia deputata, capitulo ejusdem ecclesiae studeant assignare. (Reg. 114, fol. 308, c. 1760).

« *Arnaldo de Verdala, archidiacono Mirapiscensi, et Raymundo de Picacollo, Apostolice Sedis nunciis.* Super exigendis, colligendis — Datum Avinione... kalendas maii, anno duodecimo ».

(1) *Index* : Biscurte.
(2) *Index* : Camulo.
(3) *Index* : Ademario.
(4) *Idem.*
(5) Texte altéré, daté d'après sa place dans le registre.
(6) Le quantième manque dans le ms, la date exacte manque aussi pour les actes 3564 à 3568 datés : « *ut supra* ».

3564 Avignon, 14 avril-1er mai 1328.

Jordano de Duroforti et Petro Gausencii, ut ornamenta, paramenta, vasa argentea et alia bona quondam Amanevi, archiepiscopi Auxitani, dispositioni Apostolicae reservata, eisdem Arnaldo de Verdala, archidiacono Mirapiscensi, et Raymundo de Picacollo, rectori ecclesiae Sancti Michaelis ad... Tholosanae diocesis, nunciis apostolicis, tradant. (Reg. 114, fol. 308, c. 1761).

« *Jordano de Duroforti, priori fratrum Predicatorum Th*[*olosanorum*], *et Petro Gausencii, canonico Rivensis olim..o*... Cum vobis dudum — Datum ut supra [Avinione, ...kalendas maii, anno duodecimo »].

3565 Avignon, 14 avril-1er mai 1328.

Praedictis Arnaldo de Verdala et Raymundo de Picacollo, ut residua fructuum prioratus de Blanchaco, Tholosanae diocesis, per obitum Petri, tituli Sancti Stephani [in Caelio] monte presbyteri cardinalis, vacantis, usque ad idus februarii proximo praeteriti, quo de dicto prioratu cardinali Sanctae Crucis in Jerosolima provisum fuit, nomine Camerae recipiant. (Reg. 114, fol. 308 v°, c. 1762).

« *Arnaldo de* [*Verdala*] *et Raymundo de Picacollo* (1), *Apostolice Sedis nuntiis.* [C]um nonnulla residua — Datum ut supra ».

3566 Avignon, 14 avril-1er mai 1328.

Eidem Arnaldo de Verdala, ut summam ab Arnaldo Barra, canonico ecclesiae Castrinovi de Arrio, Sancti Papuli diocesis, ratione quorundam beneficiorum quae ex dispensatione apostolica obtinet, infra unum annum assignandam, recipiat, eumdemque Arnaldum quittet ac si infra dictum spatium praefatam summam exsolvisset. (Reg. 114, fol. 308 v°, c. 1763).

« *Eidem Arnaldo.* Dudum cum Arnaldo — Datum ut supra ».

(1) Reg. : *Picavollo.*

3567 Avignon, 14 avril-1er mai 1328.

Eidem Arnaldo, ut residua bonorum quondam Bernardi, episcopi Sancti Papuli, dispositioni apostolicae reservatorum, nomine Camerae recipiat. (Reg. 114, fol. 308 vo, c. 1764).

« *Eidem Arnaldo de Verdala.* Cum nonulla residua — Datum ut supra ».

3568 Avignon, 14 avril-1er mai 1328.

Eidem ut fructus beneficiorum Johannis Restolli clerici in carceribus apostolicis detenti recipiat et Camerae transmittat. (Reg. 114, fol. 309, c. 1765).

« *Eidem.* Volentes quod fructus — Datum ut supra ».

3569 Avignon, 1er mai 1328.

Petro Isoardi indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 114, fol. 275 vo, c. 1548).

« *Petro Isoardi, domino de Asio, Diensis diocesis.* Sincera devotio et fidei puritas quibus erga Deum et Romanam Ecclesiam clarere dinosceris, nos inducunt ut illa (1) tibi favore benivolo concedamus, per que sicut pie devotionis affectu desideras pacem consciencie, Deo propicio, consequaris. Tuis itaque supplicationibus inclinati, ut confessor tuus, qui pro tempore fuerit, tibi semel in mortis articulo omnium peccatorum de quibus corde contritus et ore confessus extiteris, illam plenam remissionem quam Romani pontifices consueverunt interdum aliquibus per speciale privilegium impertiri, quatenus claves Ecclesie se extendunt, et gratum in occulis divine magestatis extiterit, concedere valeat, tibi auctoritate presentium indulgemus, sic tamen quod idem confessor de hiis de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eam tibi, si supervixeris, vel per heredes tuos, si tunc forte transieris, faciendam injungat, quam tu vel illi facere teneamini, ut prefertur. Nulli ergo, etc Datum Avinione, kalendis maii, anno duodecimo ».

(1) *Ms.* : illi.

3570 Avignon, 1er mai 1328.

Alienordi de Monteforti de litteris et venationibus transmissis regratiatur. (Reg. 114, fol. 320, c. 1853).

« *Alienordi de Monteforti, comitisse Vindocinensi.* Nobilitatis tue litteras — Datum Avinione, kalendis maii, anno duodecimo ».

3571 Avignon, 2 mai 1328 (1).

Episcopo Carpentoratensi, quod loca ecclesiastica suae diocesis usque ad unum annum per alium visitare possit. (Reg. 114, fol. 273, c. 1539).

«..*episcopo Carpentor*[*atensi*]. Fraternitatis tue promeretur — ....mutatis mutandis ».

3572 Avignon, 2 mai 1328.

Archidiacono Figiacensi et Avinionensis ac Cavallicensis ecclesiarum praepositis, executoribus, super eodem. (Reg. 114, fol. 273, c. 1540).

«..*Judicibus* : ..*archidiacono Figiacensi in ecclesia Caturcensi et Avinio*[*nensis*] *ac Cavallicensis ecclesiarum pre* [*positis*]. Quocirca mandamus — Datum Avi[nione], VI nonas maii, anno duodecimo ».

3573 Avignon [2 mai] 1328 (2).

Guillelmo, archiepiscopo Tholosano, quod deputandi ab eo ad officium visitationis possint una die plures ecclesias visitare. (Reg. 114, fol. 309, c. 1767).

« *Guille*[*lmo archiepiscopo Tholosano*]. Pridem tuis supplicationibus — presentium indulgemus ».

In e. m. pro episcopo Forojuliensi. (Reg. 114, f. 309 vo, p. c. 1767).

In e. m. pro episcopo Mirapiscensi. (Reg. 114, fol. 309 vo, p. c. 1767).

(1) La date est donnée par l'acte no 3572.

(2) La date a été rétablie arbitrairement, on ne peut hésiter qu'entre mars, mai et juillet 1328 (vide *supra*, n. 3446).

In e. m. pro episcopo Appamiarum. (Reg. 114, fol. 309 v°, p. c. 1767).

In e. m. pro episcopo Tholonensi. (Reg. 114, fol. 309 v°, p. c. 1767).

In e. m. pro episcopo Rivensi. (Reg. 114, fol. 309 v°, p. c. 1767).

In e. m. pro episcopo Cavallicensi. (Reg. 114, fol. 309 v°, p. c. 1767).

In e. m. pro episcopo Lemovicensi. (Reg. 114, fol. 309 v°, p. c. 1767).

In e. m. pro episcopo Caturcensi. (Reg. 114, fol. 309 v°, p. c. 1767).

In e. m. pro episcopo Montisalbani. (Reg. 114, fol. 309 v°, p. c. 1767).

In e. m. pro episcopo Convennarum. (Reg. 114, fol. 309 v°, p. c. 1767).

In e. m. pro episcopo Biterrensi. (Reg. 114, fol. 309 v°, p. c. 1767).

In e. m. pro episcopo Uticensi. (Reg. 114, fol. 309 v°, p. c. 1767).

In e. m. pro episcopo Nemausensi. — « Datum VI nonas... [anno] duodecimo ». (Reg. 114, fol. 309 v°, p. c. 1767).

3574 Avignon, 3 mai [1328].

Philippo, regi Franciae, abbatem monasterii de Figiaco, Cluniacensis ordinis, Caturcensis diocesis, qui nonnulla negotia in regali curia expedire habet, commendat. (Reg. 114, fol. 320, v°, c. 1856).

« *Eidem regi* [*Philippo regi Francie*]. Cum dilectus filius — Datum Avinione, V nonas maii, anno... mo ».

3575 Avignon, 3 mai 1328.

Johanni Cerchamont de eodem. (Reg. 114, fol. 320 v°, c. 1857).

« *Johanni Cerchamont, regis Francie cancellario.* [Cum dilectus] filius — Datum ut supra ».

3576 Avignon, 7 mai 1328.

Elesearium, episcopum Dignensem, absolvit a poena suspensionis a Bonifacio papa VIII° illis inflicta qui apud Sedem Apostolicam promoti absque littera promotionis administrationi suae ecclesiae se ingesserunt. (Reg. 114, fol. 273 v°, c. 1542 *bis*).

« *Eleseario, episcopo Dignensi.* [Pro ?] parte tua — Datum Avinione, nonis maii, anno duodecimo ».

3577 Avignon, 7 mai 1328.

Robertum de Atrabato, de devotione sua erga Ecclesiam a Petro, tituli Sancti Martini in Montibus presbytero cardinali, exposita, commendat. (Reg. 114, fol. 320 v°, c. 1858).

« *Roberto de Atrabato, comiti Bellimontis.* Quamvis fervorem devotionis — Datum Avinione, nonis maii, anno duodecimo ».

3578 Avignon, 10 mai 1328.

Guillelmo de Baucio, quod matrimonium cum Marquesia, nata Roberti Albaroni, tempore prohibito contrahere possit. (Reg. 114, fol. 273 v°, c. 1542).

« [*Nobili*] *viro Guillelmo de Baucio, domino de Cama*[*to*] [*A*]*urasicensis diocesis, et nobili mulieri Mar* [*quesie*] (1), *nate nobilis viri Roberti Albaroni* (2) *domini de Lercio, Avinionensis diocesis.* Quia nonnunquam — Datum Avinione, VI idus maii, anno duodecimo ».

3579 Avignon, 10 mai 1328.

Heliae Manhani pecunias pro repressione haereticorum ex Italiae partibus in diocesi Bituricensi collectas recipiendi facultatem concedit. (Reg. 114, fol. 309 v°, c. 1768).

« *Helie Manhani, canonico Xanctonensi...* filiis.., priori... (3). — Datum Avinione, VI idus maii, anno duodecimo ».

3580 Avignon, 10 mai 1328.

Philippo regi Franciae, quod ejus litteras et nuntios recepit, et gratanter audivit desiderium quod habet ad subveniendum R., regi Siciliae. (Reg. 114, fol. 320, c. 1855).

« *Philippo regi...* (4). Ad nostram nuper presen-

(1) L'adresse, altérée dans le *ms.*, est complétée grâce à l'index.
(2) Index : *Alberoni.*
(3) Texte altéré.
(4) Texte trop incomplet pour être transcrit.

tiam — Datum Avinione, VI idus maii, anno duodecimo ».

3581 Avignon, 11 mai 1328.

Eidem regi negotia Arnaldi Duesa, nepotis sui, commendat. (Reg. 114, fol. 320 v°, c. 1859).

« *Philippo, regi Francie.* Pro negociis dilecti filii nobilis viri Arnaldi Duesa, vicecomitis Caramanni, nepotis nostri, ecce fili carissime dilectus filius Raymundus Johannis, familiaris noster, ad curiam regie serenitatis accedit, excellentiam itaque regiam affectuose rogamus ut hujusmodi negotia dicti Arnaldi habere placeat favorabiliter commendata. Datum Avinione, V idus maii, anno duodecimo ».

3582 Avignon, 11 mai 1328.

In e. m. mutatis mutandis cancellario dicti regis. (Reg. 114, fol. 320 v°, p. c. 1859).

3583 Avignon, 11 mai 1328.

In e. m. mutatis mutandis, Johanni electo Abrincensi. (Reg. 114, fol. 320 v°, p. c. 1859).

3584 Avignon, 15 mai 1328.

Bertrando, electo Ostiensi, Apostolicae Sedis legato, quod usque ad triennium loca ecclesiastica archidiaconatus sui Lesatensis in ecclesia Tholosana per alium visitare possit. (Reg. 114, fol. 211, c. 1149).

« *Eidem legato* [*Bertrando, electo Ostiensi*] *archidiacono Lesatensi in ecclesia Tholosana.* Dum eminentis tue — Datum Avinione, idibus maii, anno duodecimo ».

3585 Avignon, 15 mai 1328.

Abbati monasterii de Clairiaco, praeposito Avinionensi, ac Bernardo de Garnello, executoribus, ut eidem legato procurationes debitas usque ad triennium exhiberi faciant. (Reg. 114, fol. 211 v°, c. 1150).

« *Judicibus.. abbati monasterii de Clairiaco, Agennensis diocesis et.. preposito Avinionensis, ac Bernardo de Garnello, canonico Vavrensis ecclesiarum.* Dum eminentis etc. — Datum ut supra ».

3586 Avignon, 15 mai 1328.

Eidem legato idem concedit pro archidiaconatu Cenomanensi. (Reg. 114, fol. 211 v°, p. c. 1150).

« *Eidem legato, archidiacono Cenomanensi.* Dum eminentis etc. ut supra, mutatis mutandis, usque in fine ».

3587 Avignon, 15 mai 1328.

Abbati monasterii Sancti Vincentii Cenomanensis, praeposito Avinionensi, ac Roberto Benedicti, executoribus, ut procurationes debitas eidem legato assignari faciant. (Reg. 114, fol, 211 v°, p. c. 1150).

« *Judicibus... abbati monasterii Sancti Vincentii Cenomanensis et.. preposito Avinionensi, ac Roberto Benedicti, ejusdem Cenomanensis ecclesie* (1) *canonico.* Dum eminentis etc... — Datum ut supra ».

3588 Avignon, 15 mai 1328.

Comiti Armaniaci, ne properet ad vindictam earum quae facta sunt per gentes comitis Fuxi, cum dicantur de ejus non processisse voluntate. (Reg. 114, fol. 332 v°, c. 1928).

« .. *comiti Armaniaci.* Displicenter nimis audivimus hiis diebus quod hostis pacis malicia, ut pacis inter te, fili, et dilectum filium nobilem virum Gastonem, comitem Fuxi, ineunde tractatum impediat, quedam procuravit fieri que forsan possent, nisi occurratur provide, inter te et illum discordiam adaugere, tuam itaque prudentiam exhortamur et deprecamur attente ut, sicut prudenter cepisti procedere perquirendo an illa de voluntate dicti comitis processissent, presertim cum ipse responderet illa de suo beneplacito minime processisse, illosque qui illa perpetraverunt velle corrigere et punire, ad vindictam non pro-

(1) *Reg.* : ecclesiarum.

peres, sed adhuc velis scire utrum que post secuta sunt de ejusdem comitis processerint voluntate, presertim cum carissimus in Christo filius noster Philippus, rex Francie illustris, sibi dictam discordiam terminandam retinuerit, sicut in aliis litteris vidimus contineri. Et ecce nos dicto comiti super hoc scribimus sicut credimus expedire. Datum Avinione, idibus maii, anno duodecimo ».

3589 Avignon, 15 mai 1328.

Praedicto comiti Fuxi, ut gentes suas corrigat. (Reg. 114, fol. 332 v°, c. 1929).

« *Eidem comiti Fuxi.* Scimus, fili, quod — Sane quia prudenter te intelleximus dicto comiti respondisse quod illa que contra gentes ipsius commissa fuerant, de tua non processerant voluntate, quodque de comitentibus (*sic*) intendebas justiciam exhibere, miramur quomodo sustinueris quod post per gentes tuas graviora fuerint perpetrata, tue itaque nobilitatis prudenciam exhortamur in Domino et rogamus ut, pacis commoda discordiarumque dispendia et pericula varia considerans, diligenter que per tuos inordinate facta sunt sic studeas prompte corrigere quod, propter defectum tuum, occasio dicto comiti attemptandi aliqua non supersit, presertim cum alias carissimus in Christo filius noster Philippus, rex Francie illustris, qui discordiam vestram sibi, sicut intelleximus, sopiendam retinuit, posset merito indignari. Datum ut supra ».

3590 Avignon, 15 mai 1328.

Rogerio, episcopo Vavrensi, ut interponat partes suas ne alia attemptentur inter praedictos comites Fuxi et Armaniaci quae viam pacis impedire possent. (Reg. 114, fol. 333, c. 1930).

« *Rogerio episcopo Vavrensi.* Nimis displicenter hiis diebus percepto quod hostis pacis malicia ut pacis inter dilectos filios nobiles viros Gastonem, Fuxi, et Johannem, Armaniaci, nepotem tuum, comites ineunde tractatum impediat, quedam procuravit fieri que forsan possent, nisi occurratur provide, adaugere discordiam inter ipsos, prefatum Armaniaci comitem per nostras litteras exhortamur ut, sicut cepit prudenter perquirendo an illa de voluntate dicti comitis Fuxi processissent, presertim cum ipse respondisset illa de suo beneplacito minime processisse, velleque illos qui ea commiserunt corrige[re] et punire, ad vindictam non properet, sed adhuc scire velit utrum que post secuta sunt de dicti comitis Fuxi processerint voluntate, maxime cum carissimus in Christo filius noster Philippus, rex Francie illustris, discordiam ipsorum comitum sibi retinuerit terminandam, prefatoque comiti Fuxi etiam scribimus per alias litteras sicut vidimus expedire. Sane cum te, frater, zelatorem concordie dictorum comitum indubie supponamus, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus ut nulla nutriantur sed pocius prefocentur que viam pacis impedire possent hujusmodi, partes tuas efficaciter interponas. Datum ut supra ».

3591 Avignon, 20 mai 1328.

Regi Angliae ut de dampnis a gentibus regiis monasterio Fiscanensi indebite illatis satisfactionem impendi faciat. (Reg. 114, fol. 337 v°, c. 1955).

« *Eidem regi* [*Anglie*] (1)... regia regioque — Datum Avinione, XIII kalendas junii, anno duodecimo ».

3592 Avignon, 20 mai 1328.

Reginae Angliae de eodem. (Reg. 114, fol. 337 v°, c. 1956).

« *Regine Anglie...* — ia regioque officio (2) — Datum ut supra ».

3593 Avignon, 29 mai 1328.

Philippo, regi Franciae, qui pro Puchini Esbure, Ludovici de Bavaria fautoris, liberatione senescallo Bellicadri scripserat, ne moleste gerat si de dicto Puchino exhibeatur per inquisitorem haereticae pravitatis justiciae complementum. (Reg. 114. fol. 320 v°, c. 1860).

« *Eidem regi* [*Philippo, regi Francie*]. Significante nobis dilecto filio nobili viro Bertrando de

(1) Texte très altéré.
(2) Texte très altéré.

Languissello, locum tenente senescalli Bellicadri, nuper accepimus quod super liberatione Puchini Esbure, qui pro eo quod Ludovico de Bavaria, Dei et Ecclesie fideique catholice persecutori et hosti atrocissimo, et de heresi, ut regia non ignorat magnificencia, sententialiter condempnato ejusque complicibus et sequacibus multos favores contra nos et Ecclesiam fidemque catholicam exhibuerat et exhibebat, licet contra fautores ejusdem Ludovici per nos nonnulli processus hactenus habiti fuerint diversas penas et sententias continentes, ac hiis et aliis se reddiderat et reddebat de fide vehementer suspectum predicta, sicut etiam per confessionem Puchini factam coram dilecto filio.. inquisitore heretice pravitatis, quam magnificencie regie mittimus, clare patet, pridem apud Sedem Apostolicam captus extitit, prefato senescallo quasdam litteras regia serenitas destinarat. Sane, fili carissime cum te non minus quam clare memorie progenitores ac predecessores tuos qui ejusdem fidei adversarios abhorrentes pro illius defensione sola spe remunerationis celestis se Dei athletas gloriosos et strenuos reddiderunt, fidei zelatorem ejusdem indubie supponamus, nostra tenet fiducia quod si causam captionis dicti Puchini regia prescivisset prudencia, nec mirationis nec turbationis assumpsisset materiam nec predictas litteras concessisset. Quocirca regalem excellenciam rogamus attencius et hortamur quatinus non moleste gerat sed pocius gratum habeat et acceptum si de dicto Puchino exhibeatur super dicto crimine per eundem inquisitorem justicie complementum. Datum Avinione, IIII kalendas junii, anno duodecimo ».

3594 Avignon, 29 mai 1328.

Petro Arquerii, ut Matheum de Tria, archidiaconum Bajocensem, ratione fructuum archidiaconatus ejusdem molestare desistat. (Reg. 114. fol. 321, c. 1861).

« *Petro Arquerii, decano Rothomagensi.* Cum pretextu cujusdam — Datum ut supra ».

3595 Avignon, 29 mai 1328.

Bernardo de Languissello et judici senescalliae Bellicadri et Nemausi, ut ad castrum de Aquis Mortuis accedere festinent ea facturi super quibus eos Petrus, episcopus Portuensis, et Arnaldus de Tria duxerint requirendos. (Reg. 114, fol. 322, c. 1867).

« *Bernardo de Languissello, militi, locumtenenti et.. judici senescallie Bellicadri et Nemausi et eorum cuilibet.* Cum nos venerabilem fratrem nostrum Petrum, episcopum Portuensem, et dilectum filium nobilem virum Arnaldum de Tria, Romane curie marescallum, certis ex causis cordi nostro admodum insidentibus, ad castrum de Aquis Mortuis et partes circumvicinas destinemus, nobilitatem et devotionem vestram quanto instancius possumus deprecamur quatinus sicut placere unquam (?) nostris desideratis affectibus et per nos cupitis aliquid fieri vobis gratum, statim nulla prorsus mora protracta vos vel alter vestrum personaliter, adhibitis vobis armigeris om[n]ibus quos habere poteritis, ad dictum castrum accedere festinetis, ita quod cras ibidem una cum predictis cardinali et marescallo presencialiter adesse possitis, facturi ea super quibus vos ipsi vel alter eorum duxerint requirendos. Datum Avinione, IIII kalendas junii, anno duodecimo ».

3596 Avignon, 31 mai 1328.

Jacobo ecclesiae Lomberiensi per Arnaldi translationem vacanti in pastorem praefecto, ut ad dictam ecclesiam Lomberiensem gubernandam vacat. (Reg. 114, fol. 285 v°, c. 1629).

« *Jacobo, electo Lomberiensi.* [P]ridem ex eo — Datum Avinione, II kalendas junii, anno duodecimo ».

3597 1er juin 1328 (1).

Michaeli Monachi, inquisitori Provinciae, ut bona Michaelis de Cesena et Bonaegraciae olim ordinis fratrum Minorum, de haeresi condempnatorum requirat et Gasberto de Lauduno assignet. (Reg. 114, fol. 275, c. 1546).

« *Michaeli Monachi, de ordine fratrum Minorum, inquisitori heretice pravitatis in partibus Provincie auctoritate apostolica deputato.* Cum Michael de Cesena, olim ordinis fratrum Minorum generalis minister, cui delato super diversis articulis fautoriam et defensionem hereticorum ac heresim tangentibus, de quibus asserebatur esse culpabilis,

(1) Texte très altéré, dont la plus grande partie n'a pu être transcrite.

per nos sub excommunicationis, depositionis ab officio ac inhabilitationis ad quecumque dignitates et beneficia ecclesiastica penis et sentenciis quas ipsum, si mandato et inhibitioni nostris contraire presumeret incurrere voluimus ipso facto, ne de civitate Avinionensi absque nostra licencia recedere presumeret, dudum duximus districtius inhibendum, et Bonagracia, de ordine ipso, qui post inhibitionem ne de curia Romana recederet per nos eidem delato etiam super nonnullis ... et aliis de quibus tecum voluerimus in[formari]. Datum Avinione, kalendis junii, anno duodecimo ».

3598 Avignon, 5 juin 1328 (1).

Johannae, reginae Franciae, narrat gesta per praedictum fratrem Michalem de Cesena, eamque hortatur ut intercedentibus pro eo non accomodet aures suas. (Reg. 114, fol. 324, c. 1878).

« *Johanne, regine Francie.* Solita benignitate recepimus serenitatis regie litteras novissime nobis missas per quas fratrum Minorum ordinem nobis regalis sublimitas commendavit, suis adiciens precibus ut ejusdem ordinis generali ministro recedendi de Romana curia cum senex et egrotaticus diceretur existere seque pro sua executione officii exercenda conferendi saltem ad partes Francie concedere licentiam dignaremur. Ad que filia carissima breviter respondemus quod ordinem ipsum quem sincere diligimus et dileximus velut intra brachia Sedis Apostolice constitutum habemus et non minus habere precum consideratione regalium specialiter intendimus commendatum. Quam autem recomendationem Michael olim dicti ordinis generalis minister etate ac sospitate corporea quisquis contrarium suggerat utique ad procuranda (2) scismata et mala perpetranda innumera validus mereatur ex narratione sequenti eorum que circa ipsum in Avinione et Aquis Mortuis ante receptionem litterarum predictarum contigerunt noviter cum recitatione aliquali precedentium prudentia regia colligere poterit evidenter. Dudum siquidem cum anno videlicet preterito dictus Michael in Urbe Romana per totam quadragesimam et ultra moram trahens contra nos et Ecclesiam Sanctam Dei machinari subdole quod Romani Ludovicum olim ducem Bavarie jure si quod ei ex quadam electione discordi ad Regnum Romanum vel Imperium competebat justo privatum judicio et de heresi sententialiter condempnatum in urbe predicta reciperent et eidem tanquam regi seu imperatori parerent, aliaque detestanda suis iniquis fraudibus moliretur, nos premissis fidedignorum relatibus intellectis salubribus occurrere remediis cupientes prefatum Michaelem ad nostram presenciam duximus evocandum, ei per nostras litteras sub pena excommunicationis quam ipsum nisi mandatis nostris hujusmodi cum effectu pareret incurrere voluimus ipso facto districtius injungendo ut infra certum sibi prefixum terminum coram nobis se personaliter presentaret. Qui receptis hujusmodi litteris se confingens... Datum Avinione, nonis junii, anno duodecimo ».

(1) Texte très altéré, la dernière colonne est presque illisible.

(2) Le texte de cette phrase paraît corrompu.

3599 Avignon, 7 juin 1328.

Johanni de Arpadella et Geraldo de Capmulo recipiendi pecunias ab Arnaldo de Sancto Genesio, Noviomensis, et Arnaldo Regis, Cameracensis ecclesiarum archidiaconis, in provincia Remensi pro subsidio Ecclesiae in partibus Italiae collectas solventesque quittandi facultatem concedit. (Reg. 114, fol. 311, c. 1778).

« *Johanni de Arpadella, decano Xanctonensis, et Geraldo de Capmulo, cantori Parisiensis ecclesiarum, capellanis nostris.* Cum dilecti filii — facultatem » (1).

3600 Avignon, 7 juin 1328.

Eisdem archidiaconis, ut dictas summas praefatis decano et cantori assignent. (Reg. 114, fol. 311, c. 1779).

« *Eisdem archidiaconis.* Cum vos nonnullas — Datum Avinione, VII idus junii, anno du[odecimo] ».

3601 Avignon, 8 juin 1328.

Amedaeo de Pictavia, ut ad curiam veniat. (Reg. 114, fol. 278 v°, c. 1579).

(1) La date est donnée par l'acte suivant, n. 3600.

« *Nobili viro Amedeo de Pictavia, familiari nostro.* Cum tua presencia — Datum Avinione, VI idus junii, anno duodecimo ».

3602 Avignon, 8 juin 1328.

Guillelmo Revelli et Guillelmo de Bos, ut personas ecclesiasticas provinciae Tholosanae et Albiensis ac Castrensis diocesum ad promptam solutionem subsidii contra haereticos oblati inducant. (Reg. 114, fol. 310 v°, c. 1776).

« *Guillelmo Revelli, decano de Burlacio, et Guillelmo de Bos, sacriste Forojuliensis ecclesiarum, Apostolice Sedis nunciis.* Licet verisimiliter extimemus — Datum Avinione, VI idus junii, anno duodecimo ».

3603 Avignon, 9 juin 1328 (1).

Regi Franciae narrat processus habitos contra Michaelem de Cesena, ministrum ordinis Minorum, eumque hortatur ut intercedentibus pro eo aures suas non accommodet. (Reg. 114, fol. 321, c. 1862 ; — Riezler, *Vatikanische Akten*, n. 1037, p. 388).

« *Regi Francie.* Litteras regie celsitutidinis — [Datum] Avinione, V idus junii, anno XII° ».

3604 Avignon, 10 juin 1328.

Dragoneto, episcopo Tricastrino, indulgentiam in mortis articulo concedit. (Reg. 114, fol. 275 v°, c. 1549).

« *Dragoneto, episcopo Tricastrino.* Fervens devotionis affectus — Datum Avinione, IIII idus junii, anno duodecimo ».

3605 Avignon, 10 juin 1328.

Eidem testandi facultatem concedit. (Reg. 114, fol. 275 v°, c. 1560).

« *Eidem episcopo Tricastrino.* Quoniam humane fragilitatis — Datum Avinione, IIII idus junii, anno duodecimo ».

(1) Texte très altéré, non transcrit.

3606 Avignon, 10 juin 1328.

Roberto de Atrebato, ut regem Franciae hortetur ad benigne recipiendum nuntios quos Alphonsus, rex Aragonum, pro certis negotiis ipsum et Jacobum, regem Majoricarum, tangentibus ad eumdem regem Franciae mittit. (Reg. 114, fol. 322, c. 1868).

« *Roberto de Atrebato, comiti Bellimontis.* Nonnullorum insinuatione percepto — Datum Avinione, IIII idus junii, anno duodecimo ».

3607 Avignon, 10 juin 1328.

Regi Franciae ut praedictos nuntios regis Aragonum benigne recipiat et exaudiat. (Reg. 114, fol. 323 v°, c. 1877).

« *Philippo, regi Francorum.* Habet nonnullorum insinuatio — Datum Avinione, IIII idus junii, anno duodecimo ».

3608 Avignon, 13 juin 1328.

Poliae de Pictavia indulgentiam in articulo mortis in eodem modo ac episcopo Tricastino (1) concedit. (Reg. 114, fol. 275 v°, p. c. 1549).

« *In e. m. nobili mulieri Polie* (2) *de Pictavia, domine Montislauri.* Fervens devotionis affectus — Datum Avinione, idibus junii, anno duodecimo ».

3609 Avignon [13 juin 1328 ?] (3).

Regi Franciae de processu contra Michaelem de Cesena. (Reg. 114, fol. 322 v°, c. 1874 ; — Riezler, *Vatikanische Akten*, n. 1040, p. 388).

« *Philippo regi Francie.* Ad regalem notitiam providimus deducendum quod, dum anno preterito Michael, tunc ordinis Minorum generalis minister, moram traheret per totam quadragesimam et ultra in civitate Romana, ad aures nostras fidedigna relatione pervenit quod ipse, diabolico spiritu agitatus, quicquid mali et adversi contra

(1) Vide supra n. 3604.
(2) *Index* : Pelie.
(3) Texte très altéré ; la fin n'a pu être transcrite ; la date est celle donnée par Riezler.

nos et Sanctam Romanam Ecclesiam excogitare poterat subdole disseminabat ibidem; quibus perceptis iniquitati sue, quam ut sequitur in apertum protulit postmodum, cupientes occurrere, Michaelem eumdem ut coram nobis sub pena excommunicationis quam ipsum incurrere voluimus nisi mandatis nostris efficaciter obediret, infra certum sibi prefixum terminum compareret personaliter per nostras duximus litteras evocandum. Quibus quidem litteris per eundem receptis, ipse tanquam sibi male conscius se confingens infirmum nonnullis excusatoriis ad nos premissis litteris sub colore infirmitatis conficte quas [tam] a carissimo in Christo filio nostro R., rege Sicilie illustri, quam a dilectis filiis comuni civitatis Perusine et nonnullis aliis obtinuerat, veritate suppressa, suum quantum potuit p[ro]traxit adventum, et in prefixo sibi termino non comparens, excusatione cessante legitima, excommunicationis sententiam noscitur incurrisse. De quidem impetratione litterarum subdola, et ejus nefandis actibus tenor litterarum dicti comunis, quem includendum providimus presentibus, atestatur. Postmodum vero, longe predicto elap[so] termino, cum idem Michael ad Romanam applicuisset curiam, et post ejus adventum et ante etiam fama vel verius infamia contra ipsum tam per fratres sue religionis quam alias fidedignas personas continue invalesceret, quod ipse zelo ductus maligno contra nos et eandem Romanam Ecclesiam queque moliebatur adversa favendo hereticis et de heresi sententialiter condempnatis, et adherendo rebellibus Ecclesie memorate, ac sue male voluntatis ac propositi complices in suo ordine promovendo, et devotos fratres ejusdem religionis honoris dicte Ecclesie zelatores persequendo iniquo odio et quantum poterat deprimendo, multaque alia enormia committebat que non poteramus salva consciencia silentio preterire, illum coram nobis pridem duximus personaliter evocandum, cui siquidem in nostri presencia constituto, presentibus ibidem venerabili fratre nostro B., episcopo Tusculano, necnon dilectis filiis procuratore generali dicti ordinis et... bacallario conventus Minorum Avinionensium, predicta nobis contra ipsum delata duximus explicanda, et ad illorum examinationem procedere intendentes, cum propter eorum prolixitatem mora brevis non sufficeret, sibi duximus, sub excommunicationis et depositionis ab officio, ac inhabilitacionis ad quoscunque dignitates et status penis et sentenciis quas contra ipsum, si contra faceret, incurrere voluimus ipso facto, ne absque nostra speciali licencia de civitate Avinionensi recederet inhibendum. Deinde vero Michael ipse, audita intrusione que in urbe Romana de quodam sue religionis patrata dicitur, per illum iniquitatis filium L. de Bavaria Ecclesie Dei hostem publicum et rebellem, et de heresi sentencialiter condempnatum, ad quam siquidem idem Michael pro persona sua sicut fertur, verisimiliter creditur aspiraverat, et adhuc etiam presumitur, non obstante intrusione que ficticia dicitur, tanquam scisma in Dei ecclesie (*sic*) inducere faciens aspirare maleque sibi de prelatis predictis contra ipsum (1) conscius, spretis inhibitione penis quoque ac sentenciis nostris predictis, furtive ac de nocte asso[ciatis si]bi quibusdam sue religionis ac pr[avitatis] sui complicibus uno... benedictionem et gratiam exinde regia magnificentia mereatur. Datum Avinione... anno duodecimo ».

3610 [Avignon, 13 juin 1328].

Roberto de Atrebato ut super hiis interponat partes suas. (Reg. 114, fol. 323 v°, c. 1875) (2).

« *Roberto de Atrebato, comiti Bellimontis* ... suo non ... solicitudinis interponas. Datum ut supra ».
« In e. m. Miloni domino de Noeriis ».

3611 [Avignon, 13 juin 1328].

Johanni Cerchamont super eodem. (Reg. 114, fol. 323 v°, c. 1876).

« *Johanni Cerchamont, regis Francie cancellario.* Per nostras scribimus — Datum ut supra ».

« In e. m. Johanni electo Abrincensi ».
« In e. m. Petro abbati Fiscanensi ».

3612 [Avignon], 15 juin 1328.

Faydito Guiraudonis et Heliae Manhani in eodem modo ac Guillelmo de Bos et Petri Villani mandat ut personas ecclesiasticas provinciae Burdegalensis ad prom-

(1) *Ms* : contra ipsum *bis*.
(2) Texte très altéré.

ptam solutionem subsidii contra rebelles Italiae oblati inducant eisque facultatem dictum subsidium recipiendi, et alia faciendi concedit. (Reg. 114, fol. 331 v°, p. c. 1915).

« *In e. m.* (1) *Faydito Guiraudonis archipresbytero Sarlatensi et Heliae Manhani, canonico Xanctonensi, collectoribus fructuum ecclesiasticorum in provincia Burdegalensi.* Licet verisimiliter extimemus — Datum XVII kalendas julii, anno duodecimo ».

3613 [Avignon], 16 juin 1328.

Armando (2) de Narcesio ut inter homines de Valriaco (3) et de Teulhinano (4) castrorum, Vasionensis et Diensis diocesum, ratione pascuorum territoriorum de Mastinacio et de Luniano invicem dissidentes, pacem ponat. (Reg. 114, fol. 274 v°, c. 1545).

« *Armando de Narcesio, nostri palacii auditori.* Accepimus nuper quod — Datum XVI kalendas julii, anno duodecimo ».

3614 Avignon, [18 juin] (5) 1328.

Guillelmo, electo Redonensi, de subsidio mille florenorum transmisso regratiatur. (Reg. 114, fol. 322, c. 1869).

« *G[uillelmo]* (6) *electo R[edonensi]* (7). Quia necessitatibus Romane — Datum Avinione, XIIII kalendas ju... anno duodecimo ».

3615 Avignon, 27 juin 1328.

Philippo regi Franciae, quod Radulfum de Latorneil monachum monasterii Sancti Cornelii de Compendio, de monasterio Sancti Marchi Suessionensis providere non potuit, cum, ad supplicationem Johannae, Caroli regis Franciae relictae, de alia persona eidem monasterio jam provisum erat. (Reg. 114, fol. 322, c. 1870).

(1) *Supra*, n. 3539.
(2) *Index* Aymundo.
(3) « Vallianco.
(4) « Telhmano.
(5) Le nom du mois est incomplet. L'acte, étant donné sa place dans le registre est plus vraisemblablement du 18 juin que du 19 mai.
(6) Complété d'après l'Index.
(7) *Idem.*

Philippo, regi Francie. Ante receptionem litterarum — Datum Avinione, V kalendas julii, anno duodecimo ».

3616 Avignon, 27 juin 1328 (1).

Eidem regi respondet quod ipse non intendit liberare Johannem de Pertiniaco ab obligatione procurandi per annum XV homines in armis contra rebelles Italiae. (Reg. 114, fol. 322, c. 1871).

« *Eidem* [*regi*]. Celsitudinis regie litteras — Datum Avinione, V kalendas julii, anno duodecimo ».

3617 Avignon, 30 juin 1328.

Johannae, relictae Caroli regis Franciae et Navarrae, viri sui, de ejusdem Caroli obitus consolatur. (Reg. 114, fol. 321 v°, c. 1863).

« [*Johanne re*]*gine relicte clare memorie Caroli, regis Francie et Navarre.* ... litatem, filia carissima (2) — quare nec elevari pros[peris nec] frangi debemus adversis. Sed quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, in ejus amore constanter et perseveranter debemus persistere, ac in illum qui post tempestatem novit tranquillum facere ac dare cum temptatione proventum anchoram jacere spei nostre ; prudencia itaque regia, si forsan interdum adversa successerint, quesumus, non turbetur, sed memor illius dicti dominici : « In mundo pressuram habebitis, in me pacem » illa more beati Job cum omni patiencia studeat sustinere. Nos autem illi qui consuevit humiles consolari, supplicamus obnoxie ut omni consolatione repleat mentem tuam. Turbationes autem nostras et Ecclesie Sancte Dei, que non sunt parve, regali excellentie insinuare ommisimus, ne tuis anxietatibus alias adderemus, sed quia jam adeo noscuntur publice quod eas tuam prudenciam credimus non latere, ut pro statu Ecclesie ac nostro pacifico, ad illum, cui subest posse cum voluerit, preces devotas fundere studeas, regiam benivolenciam exhortamur. Gratia Dei sit tecum, benedictionis filia, que te in agendis dirigat et protegat

(1) Texte très altéré.
(2) Texte altéré.

ab adversis. Datum Avinione, II kalendas julii, anno duodecimo ».

3618 Avignon, 30 juin 1328.

Philippo, regi Franciae, ut praefatam Johannam commendatam habeat. (Reg. 114, fol. 321 v°, c. 1864).

« *Philippo, regi Francie.* Exultat cor nostrum — Datum ut supra ».

3619 Avignon, 30 juin 1328.

Petro abbati monasterio Fuscani, ut quasdam litteras apostolicas praedicto Philippo regi Franciae, praesentet. (Reg. 114, fol. 321 v°, c. 1865).

« *Petro, abbati monasterii Fuscani, ordinis sancti Benedicti.* Carissimo in Christo — Datum ut supra ».

3620 Avignon, 1er juillet 1328.

Johanni episcopo Belvacensi, ut una cum archiepiscopo Remensi eligant tres probos viros, quibus dent potestatem ad pacem inter ipsos reformandam. (Reg. 114, fol. 322 v°, c. 1872).

« *Johanni, episcopo Belvacensi.* ... unitatis inter... — Datum Avinione, kalendis julii, anno duodecimo ». (1).

3621 Avignon, 1er juillet 1328.

In e. m. archiepiscopo [Remensi]. Datum ut supra. (Reg. 114, fol. 322 v°, p. c. 1872) (2).

3622 Avignon, 1er juillet 1328.

Johanni, Sancti Angeli diacono cardinali, curam Lombariensis ecclesiae committit, donec Jacobus, qui eidem ecclesiae Lomberiensi per translationem Arnaldi ad Claromontensem ecclesiam vacanti in episcopum praefectus, in remotis partibus agit, veniat. (Reg. 114, fol. 312 v°, c. 1787).

(1) Texte très altéré.
(2) *Idem.*

« *Johanni, Sancti Angeli diacono cardinali.* Jam pridem ecclesia Lombariensi — Datum Avinione, kalendis julii, anno duodecimo ».

3623 Avignon, 1er juillet 1328.

Philippo de Meleduno (1), ut litteras apostolicas eisdem (2) archiepiscopo Remensi et episcopo Belvacensi praesentans, eos ad pacem inducat. (Reg. 114, fol. 322 v°, c. 1873).

« *Philippo de Meleduno, archidiacono Remensi.* Ad questiones quas — Datum ut supra [kalendis julii, anno duodecimo] ».

3624 Avignon, 3 juillet 1328.

Priori fratrum Praedicatorum Carcassonensium ut Thomam de Brancetona, ordinem fratrum Minorum professum, in eorumdem Praedicatorum ordine, nonobstante privilegio, recipiat. (Reg. 114, fol. 322, c. 1866).

« *..priori fratrum ordinis Predicatorum Carcassonensium.* Cum nos certis — Datum Avinione, V nonis julii anno duodecimo ».

3625 Avignon, 5 juillet 1328.

Philippo, regi Franciae, magistrum P. Ascelini, alias dictum de Rivo, scriptorem apostolicum, qui certa negotia ratione cujusdam hereditatis in curia regia expedire habet, commendat. (Reg. 114, fol. 324 v°, c. 1879).

« *Philippo, regi Francie.* Cum dilectus filius — Datum Avinione, III nonas julii, anno duodecimo ».

3626 Avignon, 7 juillet [1328].

Arnaldo de Verdala et Guillelmo de Bos recipiendi certas pecuniae summas ab Ayquelino episcopo En [golismensi] et quondam Raymbaudo de Re... archidiacono Avalonensi, penes quemdam campsorem depositas, solventesque quittandi facultatem concedit. (Reg. 114, fol. 311, c. 1780).

« *Arnaldo de Verdala, archidiacono M[irapiscensis] et Guillelmo de Bos, sacriste Forojuliensis*

(1) *Index* : Moleduno.
(2) Cf. nos 3620 et 3621.

ecclesiarum [Apostolice Sedis] nunciis. Cum venerabilis frater — Datum Avinione, nonis julii, anno [duodecimo].»

3627 Avignon, 7 juillet 1328.

Bernardo, comiti Convenarum de compassione quam pro Ecclesia significavit et de oblatione sua regratiatur. (Reg. 114, fol. 322 v°, c. 1927).

« *Bernardo, comiti Convenarum.* Licet de tue — Datum Avinione, nonis julii, anno XII° ».

3628 Avignon, 8 juillet 1328.

Consulibus et universitati civitatis Lugdunensis de devotione quam ad Romanam Ecclesiam exhibent regratiatur eorumque petitiones exaudisse nuntiat. (Reg. 114, fol. 278 v°, c. 1580).

« *Consulibus et universitati civitatis Lugdunensis.* Ad nostram venientes presenciam dilecti filii Guillelmus de Vevey ac Stephanus de Villanova et Guillelmus Brunelli, vestri concives ac nuncii nobis devotionis vestre litteras presentarunt, quos nuncios et litteras benigne mittentium consideratione ipsorumque missorum obtentu recepimus et que ipsi sub concessa sibi per litteras ipsas credencia explicare nobis pro parte vestra prudenter et provide curaverunt earundemque litterarum seriem pleno collegimus intellectu. Sane quia per ea reverencie filialis et pure devotionis affectum ad nos et prefatam Ecclesiam, tanquam filii benedictionis et gracie pretendentes vos et civitatem Lugdunensem ad nostra et ipsius Ecclesie beneplacita liberaliter obtulistis, inde vobis gratiarum exolvimus uberes actiones ad ea prompti quantum cum Deo poterimus que vestrum et ejusdem civitatis intra nostra et Apostolice Sedis precordia recumbentis commodum respiciant et honorem. Petitiones autem pro parte vestra nobis oblatas ad exauditionis effectum duximus quantum cum Deo potuimus favorabiliter admittendas. Datum Avinione, VIII idus julii, anno duodecimo ».

3629 Avignon, 8 juillet 1328.

Jacobo de Xericha qui adversus Ludovicum de Bavaria se debellaturum obtulit, regratiatur. (Reg. 114, fol. 279, c. 1581).

« *Nobili viro Jacobo de Xericha.* Benigne pridem nobilitatis — Datum ut supra [Avinione, VIII idus julii, anno duodecimo] ».

3630 Avignon, 8 juillet 1328.

Bernardo, episcopo Aniciensi, ut ratione solutionis trium millium librarum a capitulo Aniciensi regi Franciae debitarum quas idem rex commodis ejusdem episcopi ascribendas duxit, se erga praefatum capitulum liberalem exhibere velit. (Reg. 114, fol. 324 v°, c. 1880).

« *Bernardo, episcopo Aniciensi.* Olim cum dilecti filii ecclesie tue capitulum clare memorie Carolo, regi Francie et Navarre, dum adhuc in humanis ageret, sex milia librarum ex certis condempnationibus solvere tenerentur, idem rex precibus nostris admonitus et instinctu pie liberalitatis inductus, medietatem duxit dicte pecunie predicto capitulo remittendam. Cumque carissimus in Christo filius noster Philippus, rex Francie illustris, regis predicti successor reliquam mediatatem ratione pariagii regii duxerit tuis commodis ascribendam, si per te, frater, illam contigerit exigi, facultatibus dicti capituli consideratis exilibus et oneribus aliis que ipsis incumbunt, hoc ad inhumanitatem tibi faciliter poterit imputari. Quia vero de venerabili predicta ecclesia vocabulo gloriose Virginis insignita, ne, quod absit, eodem intolerabiliter oppresso capitulo in ea divini cultus minuatur officium vel torpescat, ex speciali devotionis affectu curam gerimus specialem, fraternitatem tuam monemus, rogamus et hortamur attente ut in premissis cum dicto capitulo consideratione predicta, necnon pro reverencia nostra et Apostolice Sedis, te misericorditer habeas et humane, cum, si recte consideres, debitis prefati quondam regis et tuo compensatis affectibus, te sponsum ipsius Ecclesie pocius in hac parte quam principem prefato capitulo, spiritualibus tuis utique filiis, esse deceat liberalem. Datum Avinione, VIII idus julii, anno duodecimo ».

3631 Avignon, 12 juillet 1328.

Philippo, regi Franciae, ut Elziarium episcopum Dignensem, et Jacobum Bremundi de Manuasca militem, nuntios Roberti, regis Siciliae, benigne recipiat eosque remittat celeriter expeditos. (Reg. 114, fol. 324 v°, c. 1881).

« *Philippo, regi Francie.* Cum carissimus in — Datum Avinione, IIII idus julii, anno duodecimo ».

3632 Avignon, 12 juillet 1328.

Clementiae, reginae Franciae, ut super eodem partes suas interponat. (Reg. 114, fol. 325, c. 1882).

« *Clemencie, regine Francie.* Cum venerabilis frater — Datum ut supra ».

In e. m. Johanne, regine Franciae.

In e. m. Johanni de Archis, ordine fratrum Predicatorum, confessori regis.

In e. m. Roberto de Atrabato, comiti Bellimontis.

In e. m. Ludovico de Claromonte, duci Borbonesii.

In e. m. Ludovico, comiti Ebroicensi.

In e. m. Johanni Cerchamont, dicti regis cancellario.

In e. m. Carolo, comiti Alenconii, verbis competenter mutatis.

In e. m. Miloni, domino de Noeriis.

3633 Avignon, 15 juillet 1328.

Berengario, episcopo Elnensi, facultatem extra diocesim commorandi usque ad unum annum concedit. (Reg. 114, fol. 331 v°, c. 1917).

« *Berengario, episcopo Elnensi.* Merita tue fraternitatis — Datum Avinione, idibus julii, anno duodecimo ».

3634 [Avignon], 16 juillet 1328.

Bernardo de Montevalrano ut personas ecclesiasticas provinciae Turonensis ad promptam solutionem subsidii contra haereticos oblati inducat. (Reg. 114, fol. 310 v°, c. 1775).

« *Bernardo de Montevalrano, archidiacono Transligerensi in ecclesia Turonensi, Apostolice Sedis nuntio.* Licet verisimiliter extimemus — Datum XVII kalendas augusti, anno duodecimo ».

3635 Avignon, 17 juillet 1328.

Burgensibus civitatis Valentinae de devotione erga Romanam Ecclesiam exhibita regratiatur. (Reg. 114, fol. 280, c. 1582).

« *Burgensibus et universitati civitatis Valentine.* Venientes nuper ad presenciam nostram dilectos filios magistrum Andream Ardenti, jurisperitum, Lancelmum de Salheris, Johannem Mercerii, Gerentum Meires, Guillelmum de Ponte et Petrum Ponchenoti, concives et nuntios vestros benigne consideratione mittentium et ipsorum missorum probitatis obtentu, recepimus, et que pro parte vestra coram nobis prudenter et facunde curaverunt proponere, intelleximus diligenter. Sane, quia per hujusmodi proposita et oblata nomine vestri, per ipsos vos erga nos et Romanam Ecclesiam, matrem vestram fulgere devotionis et fidei clarere tanquam benedictionis et gratie filios percepimus evidenter, inde vobis gratiarum actiones uberes exsolventes, providenciam vestram attentius exhortamur quatinus in hiis continuatione solida persistatis, scituri quod vos et civitatem vestram intra nostra et Sedis Apostolice precordia recumbentes habemus et habere intendimus more patris benivoli propensius commendatos. Datum Avinione, XVI kalendas augusti, anno duodecimo ».

3636 Avignon, 24 juillet 1328.

Johanni Bertrandi, ut personas ecclesiasticas Bituricensis, Lemovicensis et Tutellensis diocesum ad promptam solutionem subsidii contra haereticos oblati inducat. (Reg. 114, fol. 310 v°, c. 1774).

« *Johanni Bertrandi, canonico Bituricensi.* [Licet verisi]militer [extime]mus — Datum Avinione, VIIII kalendas augusti, anno duodecimo ».

3637 Avignon, 30 juillet 1328.

Philippo regi Franciae, de devotione quam habet ad Ecclesiam regratiatur, eumque hortatur ut credat Johanni Aufune, cantori Constanciensi, nuntio apostolico, qui tempore fugae Michaelis de Cesena in Curia existens, eum de factis istius poterit plenius informare. (Reg. 114, fol. 325, c. 1883 ; — Riezler, *Vatikanische Akten*, n. 1067, p. 394).

« *Philippo regi Francie.* Letanter litteras recepimus — Datum Avinione, III kalendas augusti, anno duodecimo » (1).

(1) Texte très altéré.

3638 Avignon, 30 juillet 1328 (1).

Eidem regi respondet quod ea quae de decimis ipsi scripsit non decere nec celsitudini regiae expedire credit, eumque hortatur ut praefato Johanni Aufune fidem adhibeat. (Reg. 114, fol. 325 v°, c. 1884).

« *Eidem regi Francie.* Super hiis, fili — Datum ut supra ».

3639 Avignon, 30 juillet 1328.

Eidem regi processum de haeresi contra Pochinum Esbure factum mandat, eumque hortatur ut justitiam contra fautores Bavarii in regno commorantibus ab inquisitore ministrari non impediat. (Reg. 114, fol. 325 v°, c. 1885; Riezler, — *Vatikanische Akten*, n. 1068, p. 394).

Eidem regi.... carissimi et — Datum ut supra [Avinione, III kalendas augusti, anno duodecimo] ».

3640 Avignon, 30 juillet 1328.

Reginae Franciae super facto Michaelis de Cesena respondens, eam de devotione ejus commendat eamque hortatur ut Philippum regem virum suum ad vindicandam Ecclesiam excitare studeat. (Reg. 114, fol. 325 v°, c. 1886; — Riezler, *Vatikanische Akten*, n. 1069, p. 395).

« *Regine Francie.* Litteras regias sincere caritatis affectum quem ad Ecclesiam sanctam Dei geris ac nos, filia carissima exprimentes leta manu recepimus hiis diebus, ex quarum serie percepimus evidenter gratum tuis affectibus accessisse quod factum illius nequam viri Michaelis olim ministri generalis ordinis Minorum per nostras tue celsitudini litteras curavimus intimare, quia cum hiis diebus preteritis ipsum per litteras nobis recomendasti regias, ipsum prorsus fore talis propositi ignorabas, hoc subjuncto quod ex nunc in antea tam ipse quam sequaces ejusdem, immo quecunque persona alia, etiam si existeret proprie frater tuus, qui contra honorem Sancte Matris Ecclesie seu nostrum vellet aliqua attemptare, ad te frustra recurrerent, et ad carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie illustrem, virum tuum, quantum tua possibilitas sustineret. Super quo, filia carissima, tuum propositum utique Deo gratum tibique honorificum plurimum in Domino commendantes, benivolencie regie gratiarum exsolvimus actiones. Et quia in eadem littera recommendationem ordinis adjecit regia celsitudo precesque fudit ut pacem in dicto ordine ponere curaremus, ad hoc ut alias respondimus respondemus quod personas dignas honoris pariter et favoris tenemus indubie in dicto ordine multas esse, quas tum earum probitatis obtentu, tum etiam precum regiarum intuitu habere proponimus et intendimus propensius commendatas nec excessus olim rectoris eorum fatui sequaciumque suorum adhuc et plurium aliorum si cum eis concurrerent, a dilectione nos dicti retraherent ordinis, nec contra illum turbare nos poterunt Domino concedente, cum non deceat alium ex alterius odio pregravari penaque suos actores tenere debeat, nec sit ad alios extendenda. Pro pace autem dicti ordinis nos sicut unus de predecessoribus nostris utiliter credimus laborasse, et si veritatem (?) fratres vellent agnoscere quanto periculo dictus ordo subjacebat tempore quo assumpti ad statum hujusmodi fuimus, credimus quod nequaquam in dubium revocarent quod ex quo cepit ipsorum ordo nullus efficacius quam nos pro statu eorum pacifico laboravit nec adhuc recusamus laborem, immo parati sumus prompte assumere quotiens opus erit. Sed quia stultorum infinitus est numerus, nec dubium quin in eodem sint multi fatui et qui non ponderant que locuntur, ipsos superiores eorum deberent corrigere alias oportebit quod ab aliis non absque aliqua nota ordinis corrigantur, sicut et jam multi ling[u]as suas ad talia laxaverunt, propter que oportuit velut de heresi et scismate valde suspectos inquisitores heretice pravitatis et ordinarios extendere manus suas. Postremo licet indubie supponamus quod injurie in Urbe illate Redemptori nostro Sancteque Dei Ecclesie catholice hiis diebus filii nostri carissimi Philippi, regis Francie illustris, viri tui, cor saucient easque desideret vindicare, quia tamen interdum prodest emisso subdere calcar equo, circumspectionem regiam deprecamur ut ad premissa loco oportuno et tempore juxta tibi datam a Deo prudenciam ipsum aliosque principes de quibus expedire videris, ad exequendum premissa sedule studeas excitare. Et quia, filia carissima, sicut habet multorum opinio, si littere regie dirigantur Romanis et aliis comunitatibus illarum partium, ne viris reprobis Bavaro et ejus ydolo, Petro videlicet de Corvaria quem in papam

(1) Très mutilé.

immo apostaticum potius sublimavit in aliquo pareant seu intendant, ipsosque in suis civitatibus et locis non recipiant nec inibi morari permittant, ipsisque non prebeant auxilium vel favorem, alias mutare non poterit regia sublimitas quin Deo, Ecclesie ac nobis necnon carissimo in Christo filio nostro R. regi Sicilie illustri, sue regie domus membro utique nobili assistat consiliis et auxiliis oportunis, necnon devotis qui in Ecclesie devotione persistant immobiles, erunt plurimum oportune; precibus nostris adicimus ut apud regem ipsum cui super hoc etiam scribimus velis insistere quod premissa que possunt fieri absque dispendio benivole prout expedire ... [videbi]tur. Datum ut supra ».

3641 Avignon, 30 juillet 1328.

Robertum de Atrebato de devotionis affectu laudat et ad perseverandum hortatur. (Reg. 114, fol. 326, c. 1887).

« *Roberto de Attra*[*bato*]. Tue, fili, nobilitatis — [Datum] ut supra ».

3642 Avignon, 30 juillet 1328.

Cancellario regis Franciae, ut penes dictum regem instet ad continuandum affectum devotionis quem habet ad Ecclesiam et ad repressionem adversantium ecclesiarum eum inducat. (Reg. 114, fol. 326, c. 1888).

« *Johanni Cerchamont, regis Franciae c*[*ancellario*]. Grata noviter insinuatione — Datum ut supra ».

3643 Avignon, 30 juillet 1328.

In e. m. Ludovico, duci Borbonesii. (Reg. 114, fol. 326 v°, p. c. 1888).

3644 Avignon, 30 juillet 1328.

Roberto de Atrabato de oblatis regratiatur eumque hortatur ut fidem Johanni Aufune, cantori ecclesiae Constanciensis, adhibeat. (Reg. 114, fol. 326 v°, c. 1889).

« *Roberto de Attrabato, comiti Bellimontis*. Nobilitatis tue litteras — Datum ut supra ».

3645 Avignon, 30 juillet 1328.

Johanni, electo Abrincensi, de receptione litterarum suarum et ut magistro Johanni Aufune, cantori ecclesiae Constantiensis, fidem adhibeat. (Reg. 114, fol. 326 v°, c. 1890).

« *Johonni, electo Abrincensi*. Super hiis que — Datum ut supra ».

3646 Avignon, 30 juillet 1328.

Duci Burgundiae, ut ad perseverandum in haereticorum et Ecclesiae hostium persecutione regem Franciae et magnates catholicos inducat. (Reg. 114, fol. 326 v°, c. 1891).

« *Ottoni, duci Burgundie* ...et... audito nuper... (1) — Datum ut supra ».

3647 Avignon, 1er août 1328.

Elziario, episcopo Dignensi, facultatem mutuum usque ad summam mille florenorum auri contrahendi concedit. (Reg. 114, fol. 276 v°, c. 1563).

« *Elziario* (2), *episcopo Dignensi*. Cum sicut ex — Datum Avinione, kalendis augusti, anno duodecimo ».

3648 Avignon, 5 août 1328.

Guillelmo, archiepiscopo Bituricensi, de oblatis regratiatur. (Reg. 114, fol. 326 v°, c. 1892).

« *Guillelmo, archiepiscopo Bituricensi*. De oblatis per — Datum Avinione, nonis augusti, anno duodecimo ».

3649 Avignon, 8 août 1328.

Dominico, episcopo Appamiensi de agendis contra quosdam religiosos pestiferos. (Reg. 114, fol. 326 v°, c. 1893).

« *Dominico, episcopo Appamiensi*. Missos nobis

(1) Texte altéré.
(2) *Index* : Elaziario.

processus per te contra religiosos illos pestiferos habitos litterasque fraternitatis tue recepimus, tuam in hac parte diligenciam in Domino commendantes, eamque attencius exhortantes quatinus ad perfectionem eorum que restant de illis agenda fideliter et solerter procedens, que inde repereris nobis quam tocius mittere non postponas. Datum Avinione, VI idus Augusti, anno duodecimo ».

3650 Avignon [16 juillet-13 août] 1328.

Episcopo Argentino, ut pro liberatione Lamberti de Montelio ab Henrico de Ripapetra detenti instet. (Reg. 114, fol. 299 v°, c. 1713).

«..*episcopo Argentino.* Cum per dilectum — Datum Avinione ...augusti, anno duodecimo » (1).

3651 Avignon, 14 août 1328 (2).

Abbati Cisterciensi ejusque abbatibus in generali capitulo apud Cistercium proxime congregandis, ut faciant in praedicto capitulo quae sint Deo placita et rogent Deum pro papa. (Reg. 114, fol. 312, c. 1786).

« .. *abbati Cisterci*[*ensi ejusque*] *abbatibus in generali capitulo ap*[*ud Cistercium*]] *proxim*[*e congregandis*]. Quia religionis vestre — Datum Avinione, XVIIII kalendas septembris, [anno] duodecimo ».

3652 Avignon, 16 août 1328.

Theobaldo, monasterio S. Urbani dispositioni apostolicae reservato in abbatem praefecto, ut ad dictum monasterium gubernandum vadat. (Reg. 114, fol. 286 v°, c. 1630).

« *Theobaldo, abbati monasterii Sancti Urbani, ordinis sancti Benedicti, Cathalaunensis diocesis.* Pridem monasterio Sancti — Datum Avinione, XVII kalendas septembris, anno duodecimo ».

(1) Texte très altéré, le quantième manque.
(2) Texte très altéré.

3653 Avignon, 16 août 1328.

Bertrando de Montevalrano ut testamentum quondam Raymundi de Parisius, canonici Turonensis, Sedis Apostolicae capellani, sibi exhiberi faciens, bona ab eodem Raymundo Camerae debita exigat et recipiat. (Reg. 114, fol. 311 v°, c. 1782).

« *Bernardo de Mon*[*tevalran*]*o, archidiacono Transligerensi in* [*ecclesia Tur*]*onensi, Apostolice Sedis nuncio.* Fidedigna relatione percepimus — Datum Avinione, XVII kalendas septembris, anno duodecimo ».

3654 Avignon, 16 août 1328.

Eidem ut Guillelmum Espandre de Blandiaco qui certam pecuniae summam de bonis quondam Amelii de Berona (1) sequestratis recepit ad restitutionem compellat. (Reg. 114, fol. 312, c. 1784).

« *Eidem.* Accepimus nuper quod — Datum ut supra [Avinione, XVII kalendas septembris, anno duodecimo] ».

3655 Avignon, 19 août 1328.

Berengario Galliardi et Petro Natalis, ut ab archiepiscopo Viennensi ejusque suffraganeis fructus decimarum sexennalis et triennalis beneficiorumque vacantium petant solventesque quittent. (Reg. 114, fol. 277, c. 1564).

« *Berengario Galhardi, monacho ordinis Cisterciensis, helemosinario nostro, et Petro Natalis, rectori ecclesie Sancti Petri de Milhano, Carcassonensis diocesis.* Cum vos de — Datum Avinione, XIIII kalendas septembris, anno duodecimo ».

3656 Avignon, 21 août 1328.

Johannae, reginae Franciae, quod exemptionem pro hospitali Monte Jovis, Sedunensis diocesis, concedere non potuit. (Reg. 114, fol. 326 v°, c. 1894).

« *Johanne, regine Francie.* Solita benignitate recepimus tue magnificencie litteras pro exemptione hospitalis de Monte Jovis, Sedunensis dio-

(1) Index : Barma.

cesis, nobis noviter destinatas; sed quia non consuevimus talia loca eximere, super petitis tua nos habeat, carissima filia, serenitas excusatos. Datum Avinione, XII kalendas septembris, anno duodecimo ».

3657 Avignon, 27 août 1328 (1).

Philippo, regi Franciae, de matrimonio inter filium suum et Halienordem sororem Eduardi regis Angliae contrahendo, pro pace cum eodem rege habenda. (Reg. 114, fol. 327, c. 1896).

« *Philippo, regi Francie.* Dum grata pacis — Datum ut supra [Avinione, VI kalendas septembris, anno duodecimo] ».

3658 Avignon, 27 août 1328.

Reginae Franciae, de eodem. (Reg. 114, fol. 327, c. 1897).

« ...*regi*[*ne Francie*]. Urget nos paterna — Datum ut supra».

3659 Avignon, 27 août 1328.

Roberto de Atrebato, ut ad pertractandam pacem inter Philippum Franciae, et Eduardum Angliae reges, partes suas interponat. (Reg. 114, fol. 327 v°, c. 1898).

« *Roberto de Attrabato, comiti Bellimontis.* Attendentes desiderabilia comoda — Datum ut supra ».

In e. m. domino de Credonio. (Reg. 114, fol. 327 v°, p. c. 1898).

In e. m. duci Borbonesii. (Reg. 114, fol. 327 v°, p. c. 1898).

In e. m. Miloni, domino de Noeriis. (Reg. 114, fol. 327 v°, p. c. 1898).

In e. m. Johanni Cerchamont, regis Franciae cancellario. (Reg. 114, fol. 327 v°, p. c. 1898).

3660 Avignon, 28 août 1328.

Regi Franciae de Ludovici Bavarie discessu de Urbe. (Reg. 114, fol. 327, c. 1899; — Riezler, *Vatikanische Akten*, n. 1075, p. 396; Raynaldi, *Annales ecclesiastici ad annum* 1328, p. 390).

« *Philippo, regi Francie.* Post plures [tam] nonnullorum mercatorum quam aliorum missas de partibus Urbis litteras continentes que divina prudencia pro Ecclesia Sancta sua ibidem dignata est hiis diebus preteritis operari, die data presentium litteras dilecti filii nostri Johannis Sancti Theodori diaconi cardinalis Apostolice Sedis legati recepimus, quibus inter cetera continetur quod die quarta presentis mensis augusti Ludovico de Bavaria excommunicato scismatico et heretico Urbem cum ignominia et dispendiis plurimis exeunte, dilecti filii nobiles viri Stephanus de Columpna, miles, et Bertuldus de filiis Ursi Urbem intraverunt eandem, per quorum solerte industriam Romanus populus se peccasse considerans et cognoscens pacificatus et humiliatus extitit et eosdem nobiles pro nobis et Sancta Dei Ecclesia constituit senatores, et interim prefatus legatus ad Urbem predictam dirigens gressus suos illam intravit die dominica immediate sequenti et a Romanis clamantibus « Vivant Sancta Mater Ecclesia et sanctissimus pater papa Johannes ac.. cardinalis legatus et moriantur Bavarus et Petrus de Corvaria heretici et paterini ac alii proditores », cum gloria et honore devote ac honorifice fuit receptus ibique moratur pacifice alloquendo populum et ad devotionem Dei ac nostram et Ecclesie jugiter exhortando, dictique nobiles suum exercent senatorie officium facto per eos in eadem Urbe generali parlamento in quo inter alias reformationes ibidem factas processus privilegia et alia quecunque facta et ordinata per dictos Bavarum et P. de Corvaria revocarunt, preconizato etiam per Urbem eandem publice quod omnia talia coram dictis senatoribus infra certum super hoc prefixum terminum portarentur, quodque in omnibus contractibus factis illo tempore tempus pontificatus nostri sicut hactenus poneretur, preterea sanctum sudarium Jhesu Christi quod in ecclesia Beate Marie Rotunde de Urbe cum magno tremore per Romanos aliquos servabatur, prefatus legatus cum devotione magna cleri et populi astantium et sequentium ad basilicam Principis Apostolorum de Urbe reportavit in vigilia festi beati Laurentii proxime preteriti et in loco solito honorabiliter collocavit. Et quia tenemus indubie te, fili carissime, de prosperitate Ecclesie matris tue velut devotus

(1) Document très abimé.

ipsius filius et princeps christianissimus et errancium et ab ea deviancium conversione et reductione ad ipsam plenis et devotis affectibus consolari, premissa tue celsitudini ut nobiscum in Domino congaudeas et inde nostro gratiarum actiones offeras Salvatori serie presentium intimamus. Hec autem nunciare magnificencie regie usque ad diem date quo ad nos predicte littere pervenerunt distulimus de premissis a fidedignioribus certiores effici prestolantes. Datum Avinione, V kalendas septembris, anno duodecimo.

« In e. m. Johanne regine Francie, verbis competenter mutatis ».

« In e. m. Philippo regi Navarre ».

3661 Avignon, 28 août 1328.

Carolo, comiti Alenconii, exitum Bavari et Petri de Corvaria de Urbe nuntiat, supponensque eum indubie de litteris regi Franciae missis (1) pleniorem habiturum notitiam ea praesentibus inserere omittit. (Reg. 114, fol. 328, c. 1900 ; — Riezler, *Vatikanische Akten*, n. 1076, p. 397).

« *Carolo, comiti Alenconii, regis Francie germano.* Que super ignominioso — Datum ut supra. [Avinione, V kalendas septembris, anno duodecimo] ».

In e. m. Ludovico, duci Borbonesii. (Reg. 116, fol. 328, p. c. 1900).

In e. m. Roberto de Atrabato, comiti Bellimontis. (Reg. 114, fol. 328, p. c. 1900).

In e. m. Johanni Cerchamont, dicti regis cancellario. (Reg. 114, fol. 328, p. c. 1900).

3662 Avignon, 28 août 1328.

Magistro, prioribus et fratribus Praedicatorum in generali capitulo Tholosae in instanti festo Penthecoste (*sic*) celebrando congregandis, ut de placitis Deo ordinent et pro papa orent. (Reg. 114, fol. 328, c. 1901).

« .. *magistro,.. prioribus et aliis fratribus ordinis Predicatorum in generali ejusdem ordinis capitulo Tholose celebrando in proximo congregandis.* Cupientes ut ordo — Datum ut supra [Avinione, V kalendas septembris anno duodecimo ».

(1) *Supra*, n. 3659.

3663 Avignon [29 août ?] (1) 1328.

Guillelmo, archiepiscopo Rothomagensi ut Johanni de Serone, priori ordinis Praedicatorum, et Bernardo de Ortulis, rectori de ...nalibus (*sic*), Caturcensis et Electensis diocesum, nunciis apostolicis, de partibus regnorum Norvegiae, Daciae et Gothiae ad curiam apostolicam accedentes assistet. (Reg. 114, fol. 328, c. 1902).

Guillelmo, archiepiscopo Rotho[magensi]. Cum dilecti filii — Datum Avinione, IIII ... mbris, anno duodecimo ».

3664 Avignon, [29 août] (2) 1328.

Eisdem nuntiis (3) ut bonis Cameram Apostolicam tangentibus quae penes eos esse noscuntur in tuto positis, ad curiam veniant iter faciendo per provinciam Rothomagensem. (Reg. 114, fol. 328 v°, c. 1903).

« *Eisdem nuntiis...* uximus quod negociis — Datum ut supra ».

3665 Avignon, 3 septembre 1328.

Blancham, comitissam Sabaudiae, a sententia excommunicationis, quam ex obligatione quibusdam mercatoribus Florentinis facta certae pecuniae quantitatem persolvendi incurrerat, absolvit. (Reg. 114, fol. 277, c. 1565) (4).

« *Blanche, comitisse Sabaudie.* Sincera devotio nobilitatis — Datum Avinione, III nonas septembris, [anno] duodecimo ».

3666 Avignon, 3 septembre 1328.

Jacobo, archiepiscopo Aquensi, ut pecunias quas de procurationibus locorum et personarum ecclesiasticorum diocesis et provinciae Aquensis per unum annum exactas pro repressione haereticorum obtulerat, mittat. (Reg. 114, fol. 279 v°, c. 1583).

« *Jacobo, archiepiscopo Aquensi.* Pridem omnes pecunias — Datum Avinione, III nonas septembris, anno duodecimo ».

(1) Date incomplète, rétablie en « IIII kalendas septembris » à cause de la place de l'acte dans le registre.
(2) Pour la date, voir la note précédente.
(3) *Supra*, n° 3663.
(4) Texte très altéré.

In e. m. Bertrando, archiepiscopo Ebredunensi. (Reg. 114, fol. 279 v°, p. c. 1583).

In e. m. Bertrando, episcopo Caturcensi. (Reg. 114, fol. 279 v°, p. c. 1583).

In e. m. Bartholomeo, episcopo Forojuliensi. (Reg. 114, fol. 279 v°, p. c. 1583).

In e. m. Rogerio, episcopo Lemovicensi. (Reg. 114, fol. 279 v°, p. c. 1583).

In e. m. Petro, episcopo Tholonensi. (Reg. 114, fol. 279 v°, p. c. 1583).

In e. m. Guillelmo, episcopo Montisalbani. (Reg. 114, fol. 279 v°, p. c. 1583).

In e. m. Dominico, episcopo Appamiarum. (Reg. 114, fol. 279 v°, p. c. 1583).

In e. m. Guillelmo, episcopo Biterrensi. (Reg. 114, fol. 279 v°, p. c. 1583).

In e. m. Guillelmo episcopo Uticensi. (Reg. 114, fol. 279 v°, p. c. 1583).

In e. m. Guillelmo episcopo Convenarum. (Reg. 114, fol. 279 v°, p. c. 1583).

In e. m. Petro, episcopo Mirapiscensi. (Reg. 114, fol. 279 v°, p. c. 1583).

In e. m. Othoni, episcopo Carpentoratensi. (Reg. 114, fol. 279 v°, p. c. 1583).

3667 Avignon, [5 septembre 1327-4 septembre 1328] (1)

Petro episcopo Autisiodorensi commutandi in alia opera pietatis votum intrandi in religione fratrum Praedicatorum ab Henrico de Domparia, canonico Remensi olim emissum, facultatem concedit. (Reg. 114, fol. 303, c. 1739).

« *Venerabili fratri Petro, episcopo Autisiodorensi,* Exhibita nobis dilecti — Datum Avinione, XII kalendas ... anno duodecimo ».

3668 Avignon, [1327-1328 ?] (2)

Archiepiscopo Bisuntino, episcopo Lausanensi et cancellario ecclesiae Metensis, ut omnes personas ecclesiasticas diocesis Basiliensis ad obedientiam erga Johannem electum Lingonensem, praefatae ecclesiae Basiliensis administratorem, inducant. (Reg. 114, fol. 292, c. 1662 ; Riezler, *Vatikanische Akten*, n. 951, p. 359).

« ... *archiepiscopo Bisuntino et.. episcopo Lausanensi ac Othoni de... ca cancellario ecclesie Metensi capellan*[*o nostro*]. Sua nobis dilectus — Datum Avinione, XVII kalendas... anno duodecimo ».

(1) La date n'a pu être rétablie.
(2) La date n'a pu être précisée.

3669 Avignon [1327-1328 ?] (1).

Cancellario Parisiensi, ut Petrum Sycardi, monachum monasterii Vallisumbrosae, Cisterciensis ordinis, Agenensis diocesis, ad magistratus honorem infra duos menses promoveat. (Reg. 114, fol. 310, c. 1773 ; — Denifle, *Chartularium universitatis Parisiensis*, t. II, p. 314, n. 880).

« *Cancel* [*lario Parisiensi*] (2). Ex gravi conquestione — Datum Avinione, V... [an]no duodecimo ».

3670 Avignon, 1328 (3).

Jacobo, electo Lombariensi, quod ad sacerdotium usque ad annum promoveri non teneatur. (Reg. 114, fol. 311 v°, c. 1781).

« *Jacobo, electo Lombariensi.* .... e meritis exigentibus — Datum Avinione, III... anno duodecimo ».

3671 Avignon, 1328 (4).

Arnaldo de Verdala recipiendi a Guillelmo, archiepiscopo Tholosano, omnes pecunias quas idem archiepiscopus de procurationibus locorum ecclesiasticorum provinciae Tholosanae sibi per unum annum debitas in subsidium Ecclesiae concesserat, solventesque quittandi facultatem concedit. (Reg. 114, fol. 312, c. 1785).

« *Arnaldo de Verdala, archidiacono Mirapiscensi, Apostolice Sedis nuncio.* Cum venerabilis frater — Datum Avinione, IIII... anno duodecimo ».

(1) Acte très incomplet. La date manque ; étant donnée la place occupée dans le registre, cette lettre pourrait être d'avril à juillet.
(2) Complété d'après l'*Index*.
(3) Acte très incomplet ; la date manque. Par sa place dans le registre, cette lettre pourrait être datée de juillet ou août. Cf n° 3622.
(4) Acte très incomplet, sans date, et que sa place dans le registre semble attribuer au mois d'août.

Imp. F. BOISSEAU, Rue du Taur, 34 - TOULOUSE (France)
Dépôt légal, 4e trimestre 1962

BIBLIOTHÈQUE DES ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES ET DE ROME
PUBLIÉE
SOUS LES AUSPICES DU MINISTÈRE DE L'ÉDUCATION NATIONALE

LETTRES SECRÈTES ET CURIALES

DU PAPE

JEAN XXII

(1316-1334)

RELATIVES A LA FRANCE

PUBLIÉES OU ANALYSÉES D'APRÈS LES REGISTRES DU VATICAN

PAR

† AUGUSTE COULON ET S. CLÉMENCET
ANCIENS MEMBRES DE L'ÉCOLE FRANÇAISE DE ROME

HUITIÈME FASCICULE

Ouvrage publié avec le concours du Centre National de la Recherche Scientifique

PARIS
ÉDITIONS E. DE BOCCARD
1, Rue de Médicis, 1
—
1965

JOANNIS PAPAE XXII

LITTERAE SECRETAE ET DE CURIA.

ANNUS TERTIUS DECIMUS (1)

3672 Avignon, 5 septembre 1328.

Johanni, episcopo Belvacensi, ut A. de Sancto Michaele, ordinis Praedicatorum, pœnitentiario apostolico, et Itherio de Conquoreto, canonico Saresbiriensi, ad Philippum regem Franciae pro certis negotiis destinatis, assistat. (Reg. 115, fol. 115 (143), c. 656).

« *Johanni, episcopo Belvacensi.* Cum dilectos filios — Datum Avinione, nonis septembris, anno tertio decimo ».

3673 Avignon, 5 septembre 1328.

Rostagno Alsiaci, ut requirat a praelatis et aliis personis ecclesiasticis Arelatensis, Massiliensis et Tholonensis diocesum, subsidium pro repressione haereticorum partium Italiae impositum solventesque quittet. (Reg. 115, fol. 50 (78), c. 328).

« *Rostagno Alsiaci, archidiacono Arelatensi.* Licet verisimiliter extimemus — Datum Avinione, nonis septembris, anno tertio decimo ».

3674 Avignon, 5 septembre 1328.

Roberto de Atrebato, qui de Philippi regis Franciae victoria scripserat, gratiarum refert actiones. (Reg. 115, fol. 115 (143), c. 657 ; — Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. II, n. 2221).

« *Roberto de Atrebato, comiti Bellimontis.* Quamvis rumores placidi victoriam [quam] carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie illustri, contra hostes suos concessit exercituum Dominus, ad nos antea protulissent, regie tamen ac tue nobilitatis littere quas benigne recepimus ipsam victoriam et rei geste circa premissa seriem plenius descripserunt, quarum litterarum tenore diligentius intellecto, quia de prefati regis et regni sui prosperis letamur successibus, Ei qui eum de tam periculosis hostium ipsorum insidiis liberavit misericorditer et victoriam contulit contra eos vitulum labiorum exolvimus, et super intimatione premissorum gratiarum tibi, fili, referimus uberes actiones, prompti quantum cum Deo poterimus ad ea que tuum respiciunt commodum et honorem. Datum ut supra [Avinione, nonis septembris, anno tertio decimo] ».

(1) Les lettres secrètes des années xiii et xiv du pontificat de Jean XXII (5 septembre 1328-4 septembre 1330) sont conservées dans le registre Vatican 115. Chacun des feuillets de celui-ci porte une double numérotation, la première en chiffres romains dans la marge supérieure du recto, l'autre, en chiffres arabes, dans le coin supérieur droit de la même page. Ces deux numérotations ne coïncident pas car, d'une part, le premier numérotateur n'a pas tenu compte des feuillets contenant l'Index placé en tête du registre, et d'autre part, pour les lettres de l'année xiv, il a recommencé la numérotation au fol. 1, qui correspond ainsi au folio 205 de la numérotation en chiffres arabes, alors que celle-ci est continue du premier au dernier feuillet du registre. On trouvera donc d'abord, après l'analyse de chaque acte, l'indication de la foliotation en chiffres romains, puis, entre parenthèses, le numéro correspondant de la deuxième numérotation. Enfin pour les actes de l'année xiv, cette référence est précédée de l'indication II.

3675 Avignon, 6 septembre 1328.

Regi Franciae de victoria ejus congaudet eumque ad misericordiam hortatur. (Reg. 115, fol. 113 (141) v°, c. 643 ; — Payen, *Lettres de Jean XXII*, t. II, n. 2222).

« *Philippo, regi Francie.* Licet datam tibi, fili carissime, de celo contra hostes tuos victoriam ad nos rumores placidi antea pertulissent, illius tamen certitudinem pleniorem presentate nobis littere regie, quas jocundo recepimus animo, cum in tuis et regni tui prosperis letemur successibus, merito ministrarunt. Sane, fili dilectissime, cum horrore quodam percepimus quod hostes ipsi usque ad tua tentoria, te inscio, potuerint pervenisse. Sed hoc forsan permisit Altissimus ut certius cognosceres ab Ipso futuram victoriam processisse teque ad suam devotionem ejusque beneplacita exequenda et arcius evitanda que prohibuit obligaret. Et quia tam liberationem ab inimicorum insidiis quam victoriam subsecutam non humane potentie sed superne, sicut predicte attestantur littere, cum actionibus gratiarum ascribis, circumspectionem regiam multipliciter in Domino commendamus, regalem excellentiam attentius exhortantes quatinus premissa de tua memoria oblivio non obliteret, sed cum assidua gratiarum actione perduret, ut sic ejus uberiores continue gratias, quas Ipse tibi dignetur concedere, merearis ; et attendens insuper quod magna est gloria principum uti misericordia et mansuetudine post triumphum, illi populo, si humiliter et devote ad tuam devotionem et fidelitatem redire sine fictione voluerit, ob Illius reverenciam qui cum iratus est non obliviscitur misereri, sinum tue non ommittas gratie aperire. Ceterum de victorie insinuatione hujusmodi regie celsitudini gratiarum referimus uberes actiones. Datum Avinione, VIII idus septembris, anno tertio decimo ».

3676 Avignon, 6 septembre 1328.

Reginae Franciae, de eodem. (Reg. 115, fol. 114 (142), c. 644 ; — Payen, *Lettres de Jean XXII*, t. II, n. 2223).

« *Johanne, regine Francie.* Leta permixta tristibus nobis, filia carissima, tue misse littere continebant. Quis enim sine horrore audiat regales hostes sic usque ad sua pervenisse tentoria quod nec ad ipsius seu suorum noticiam adventus hujusmodi pervenisset ? Quis factum ipsum ante victoriam recogitet qui non stupore et tristicia repleatur ? Ac econtra quis fidelis et pater precipue recogitet filium carissimum tam (1) periculosis insidiis liberatum victoriamque tantam absque personarum dampno notabili de ipsis hostibus habuisse ? Profecto, carissima filia, hec recogitanti sedule tristia cum letis quasi simul fuerunt permixta. Et quia tanta beneficia quanta sunt ista, videlicet a tantis periculis liberatio tantaque de hostibus victoria, non sunt de memoria dicti regis et tua oblivione delenda, sed in ea servanda jugiter et bonorum collatori hujusmodi gracie continue referende ac adhibenda diligencia, ad tam potentis Domini exequenda beneplacita et ad sibi displicentia devitanda circumspectionem regiam exhortamur in Domino, eidem nichilominus sano consilio suadendo quatinus regem prefatum ad premissa inducendum adhibere cures studiosam operam et studium operosum. Ceterum de victorie insinuatione hujusmodi regie celsitudini gratiarum referimus uberes actiones. Datum Avinione, VIII idus septembris, anno tertio decimo ».

3677 Avignon, 7 septembre 1328.

Reginae Franciae quod Blancham comitissam Sabaudiae, germanam suam, ab excommunicatione et poenis quas occasione debitorum contractorum per comitem Sabaudiae incurrerat absolvit. (Reg. 115, fol. 114 (142), c. 645).

« *Eidem regine.* Tuorum, carissima filia, obtentu precaminum que pro dilecta in Christo filia nobili muliere Blancha, comitissa Sabaudie, germana tua, nobis devocius porrexisti, secum agentes tam misericorditer quam benigne, ab excommunicationum et aliis spiritualibus penis et sententiis, quibus occasione debitorum contractorum hactenus per dilectum filium nobilem virum E. comitem Sabaudie, virum suum, ipsa simul cum filiabus ejusque familia ligata extiterat, quantum cum Deo potuimus, salvaque justicia, sibi certo modo absolutionis beneficium duximus impendendum, prout ex litteris nostris inde confectis patencius apparebit. Nos enim, quantum bono modo nobis est licitum, affectus tuos parati existimus deducere ad effectum. Datum Avinione, VII idus septembris, anno tertio decimo ».

(1) Reg. : *tum*.

3678 Avignon, 7 septembre 1328.

Capitulo Carnotensi, quod antequam litterae eorum pervenissent, magistro Armando de Narzesio, tum praeposito de Engreyo in ecclesia Carnotensi, capellano apostolico, sacri Palatii auditori, de decanatu Carnotensi per obitum Michaelis de Maloconductu vacante et dispositioni aspotolicae reservato jam provisum erat. (Reg. 115, fol. 115 (143) v°, c. 660).

« *Capitulo Carnotensi.* Ante litteras vestre — Datum Avinione, VII idus septembris, anno tertio decimo ».

3679 Avignon, 13 septembre 1328.

Regi Franciae de provisione Briocensis ecclesiae. (Reg. 115, fol. 114 (142) v°, c. 650).

« *Eidem regi* [*Francie*]. Nonis presentis mensis accepimus regalis excellencie litteras nobis pro dilecto filio.. priore provinciali Francie super Briocensem ecclesiam destinatas, ad tuam, carissime fili, memoriam reducentes quod, diu ante, precibus tuis inducti, jam de alio duximus ipsi ecclesie providendum. Datum Avinione, idibus septembris, anno tertio decimo ».

3680 Avignon, 13 septembre 1328.

Clementiae, reginae Franciae, super eodem. (Reg. 115, fol. 115 (143), c. 651).

« *Clementie, regine Francie.* Nonis etc. mutatis mutandis — Datum ut supra ».

In e. m. mutatis mutandis Roberto de Atrabato, comiti Bellimontis.

3681 Avignon, 13 septembre 1328.

Capitulariis Tholosanis, de fuga Ludovici de Bavaria et de Urbe. (Reg. 115, fol. 115 (143), c. 658).

« .. *capitulariis urbis et suburbii Tholosani.* Missos nuper ad nostram presentiam vestros ambaxiatores et nuntios benigne, mittentium consideratione ipsorumque missorum probitatis obtentu, recepimus, et que ipsi pro parte vestra prudenter et facunde coram nobis curaverunt proponere vestreque ab eis nostro apostolatui presentate littere continebant diligenter intelleximus, et de oblatis nobis et Apostolice Sedi pro vobis et communitate vestra per ipsos gratiarum vobis refferimus uberes actiones, prompti quantum cum Deo poterimus ad ea que vestrum et civitatis vestre respiciant commodum et honorem. Et ecce, filii, quod petitiones pro parte vestra nobis oblatas, sicut decenter fieri licuit, ad exauditionis gratiam duximus favorabiliter admittendas, sicut continetur in litteris nostris inde confectis predictique nuntii, ad vos cum nostre benedictionis gratia redeuntes, referre vobis poterunt viva voce. Et quia justum est ut qui passionum fuerint socii consolationum nequaquam existere debeant alieni, vobis ad gaudium nuntiamus quod, Illo faciente cui, cum voluerit, subest posse, hereticis illis et scismaticis, videlicet Ludovico de Bavaria et Petro de Corvaria ipsorumque complicibus, die quarta mensis augusti proximo preteriti, de Urbe fugatis apertisque Romanorum occulis, qui aliquo tempore, hoste humani generis procurante, clausi fuerant, fideles nostri et Sancte Romane Ecclesie (et) nocte sequenti fuerunt in eadem Urbe cum ingente letitia recepti. Ac deinde Romanus populus dilectos filios nobiles viros Stephanum de Columpna, militem, et Bertuldum de filiis Ursi, nepotem dilecti filii nostri Johannis Sancti Theodori diaconi cardinalis, Apostolice Sedis legati, usque ad sex menses in senatores Urbis ejusdem, juxta nostrum beneplacitum, elegerunt, prefatumque legatum admiserunt cum honore maximo subsequenter, ac quecumque prelibati heretici et scismatici gesserant et ordinaverant in generali parlamento suo nulla et irrita declarantes, sub penis gravibus publice mandaverunt omnibus et singulis qui ab eodem Petro de Corvaria, qui se in abhominandum ydolum erexerat sedem in Urbe usurpando predicta, litteras obtinuerant, illas quodinfra certum sibi prefixum terminum prefatis senatoribus deferre et assignare curarent, tanquam falsas et erroneas patenter ignis incendio concremandas, quodque in omnibus contractibus annus pontificatus nostri, sicut antea, poneretur. Datum Avinione, idibus septembris, anno tertio decimo ».

3682 Avignon, 13 septembre 1328.

Guillelmo, archiepiscopo Tholosano, super eodem. (Reg. 115, fol. 115 (143) v°, c. 659).

« *Guillelmo, archiepiscopo Tholosano.* Grata fuerunt nobis — Datum ut supra ».

3683 Avignon, 17 septembre 1328.

Philippo, regi Franciae, ut negotia Bertrandi de Insula, Bernardi Jordani domini de Insula nati, commendata habeat. (Reg. 115, fol. 115 (143), c. 652).

« *Eidem regi* [*Francie*]. Dilectum filium nobilem — Datum Avinione, XV kalendas octobris, anno tertio decimo ».

In e.m. Johanne, regine Francie, mutatis mutandis.

In e. m. Roberto de Atrabato, comiti Bellimontis.

In e. m. cancellario regio.

In e. m. Miloni, domino de Noeriis.

3684 Avignon, 20 septembre 1328.

Henrico Dalfini, quod monasterio Sancti Antonii de persona pro qua supplicaverat provideri non potuit, sed de alia persona sibi grata provisum est. (Reg. 115, fol. 56 (84), c. 354).

« *Henrico Dalfini, domino Montisalbani.* Licet super provisione — consilio providendum ».

In e. m. Beraudo, domino de Solempniaco, senescallo regio Tholosano. « Datum Avinione, XII kalendas octobris, anno tertio decimo ».

3685 Avignon, 20 septembre 1328.

Johannae, reginae Franciae, petitiones suas per Remigium de Sancta Margarita, canonicum Laudunensem, praesentatas exaudisse respondet, eamque hortatur ut statum Eclcesiae commendatum habeat et Philippum regem ad id inducat. (Reg. 115, fol. 114 (142), c. 646).

« *Eidem* [*Johanne, regine Francie*]. Serenitatis regie litteras — Datum Avinione, XII kalendas octobris, anno tertio decimo ».

3686 20 septembre 1328.

Clemenciae reginae Franciae quod quamdam dispensationem petitam concedi non potest. (Reg. 115, fol. 116 (144), c. 667).

« *Clemencie, regine Francie et Navarre.* Utinam a nobis — Datum XII kalendas octobris, anno tercio decimo ».

3687 24 septembre 1328.

Johannae, comitissae Jeigniacensi, petitiones suas tam super exemptione cujusdam hospitalis quam de aliis exaudisse et quod physicum ejus commendatum habere intendit, respondet. (Reg. 11 , fol. 116 (144), c. 665).

« *Johanne, comitisse Jeigniacensi.* Nobilitatis tue litteris — Datum VIII kalendas octobris, anno tertio decimo ».

3688 Avignon, 26 septembre 1328.

Arnaldo de Verdala, archidiacono Mirapiscensi, ut bona mobilia quondam Petri Mathei, archidiaconi de Mutavedre in ecclesia Valentinensi dispositioni apostolicae reservata exigat (Reg. 115, fol. 100 (128), c. 576.

« *Eidem archidiacono.* De tue circumspectionis — Datum Avinione, VI kalendas octobris, anno tertio decimo ».

3689 Avignon, 26 septembre 1328.

Eidem, ut bona et pecunias quondam Johannis Regafredi, archidiaconi Beneventani Campaniae Maritimaeque thesaurarii, exigat et nomine Camerae Apostolicae recipiat usque ad satisfactionem integram omnium illorum in quibus dictus Johannes praefatae Camerae tenebatur. (Reg. 115, fol. 100 (128), c. 577).

« *Eidem.* Cum quondam Johannes — Datum ut supra [Avinione, VI kalendas octobris, anno tertio decimo] ».

3690 Avignon, 30 septembre 1328.

Regi Franciae, ut praestationem homagii a P. de Via, papae nepote, debiti, prorogare velit. (Reg. 115, fol. 114 (142) v°, c. 649).

« *Eidem regi.* Placuit dudum benivolentie regie, nostrarum intercessionum intuitu, prestationem homagii ad quod dilectus filius nobilis vir P. de

Via, Villemuri et Calvineti dominus, nepos noster, regie astringitur celsitudini, usque ad instans festum Sanctorum Omnium prorogare. Verum cum ejusdem Petri personali assistentia nequeamus in presentiarum oportune carere, celsitudinem regiam attentius deprecamur quatinus prestationem prefati homagii ad tempus longius, de quo providencia decreverit regia, dignetur graciosius prorogare. Datum Avinione, II kalendas octobris, anno tertio decimo ».

3691 [Avignon], 30 septembre 1328.

Cancellario Franciae super eodem. (Reg. 115, fol. 116 (144) v°, c. 668).

« *Cancellario Francie.* Per alias nostras — Datum II kalendas octobris, anno tertio decimo ».

3692 Avignon, 1er octobre 1328.

Hugoni de Colubreriis et Raymundo Neulanensi ut a praelatis et aliis personis ecclesiasticis Aquensis provinciae subsidium impositum pro repressione haereticorum de partibus Italiae requirat et solventes quittet. (Reg. 115, fol. 50 (78), c. 330).

« *Hugoni de Colubreriis, preposito, et Raymundo Neulanensi, canonico ecclesie Aquensis.* Licet verisimiliter extimemus — Datum Avinione, kalendis octobris, anno tertio decimo ».

3693 Avignon, 1er octobre 1328 ?

Cum Francisco et Bertrando Caroli, fratribus, clericis de Tarascone, Avinionensis diocesis, de summa mille florenorum auri in quibus applicandis episcopali Avinionensi curiae per Geraldum de Capmulo, cantorem ecclesiae Parisiensis, tunc episcopatus Avinionensis vicarium generalem, pro contumacia condempnati fuerant, octingentos florenos duxerit remittendos, Bernardo de Podio mandat ut ab eisdem fratribus ducentos florenos residuos exigat et Camerae Apostolicae assignet. (Reg. 115, fol. 51 (79), c. 336).

« *Bernardo de Podio, clavario castri Novarum.* Cum nos dilectorum — Datum Avinione, kalendis octobris, anno duodecimo. (*sic*) ».

3694 4 octobre 1328.

Regi Franciae de negotiis regni brevi tempore expeditis et de repressione haereticorum congaudet (Reg. 115, fol. 114 (142), c. 647 ; — Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 399, n. 1086 ; Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. II, n. 2238).

« *Philippo, regi Francie.* Ex serie litterarum celsitudinis regie nobis novissime transmissarum non absque ingenti exultatione animi percepimus evidenter quod negotium utique grande Flandrie tempore brevi expediveras totam illam patriam reducendo ad tuam obedienciam, dextere tibi potentia Domini assistente. Et quia, fili carissime, revera dici potest magnum et arduum brevi tempore, immo brevissimo, negocium expeditum, letamur in Domino quod felicem expeditionem hujusmodi ascribis Domino exercituum et non tibi, tuam magnificentiam exhortantes ac eidem sano consilio suadentes quatinus tam singularem hiis temporibus graciam oblivio, mater ingratitudinis, de tabulis cordis tui non obliteret, sed eam in memoria jugiter retineas, et sicut verbo a Deo provide recognoscis sic operibus que acceptat Ipse pocius manifestes ut per hoc Deus ipse cui nichil est impossibile quod factum est conservet et stabiliat, ac tibi majora exequi ad ejus laudem tuique exaltationem status et nominis sua benignitate concedat. Tenemus autem probabiliter quod intensum tuum desiderium quod ad ulciscendas matris tue, videlicet Sancte Dei Ecclesie, irrogatas a filiis Belial injurias tuitionemque catholice fidei te habere tam publica vox quam privata multorum testatur tueque littere hoc exprimebant expresse, induxit Dei benivolentiam ut, brevi completo tempore quod dudum compleri prolixiori nequivit, circa matris ejusdem Ecclesie negocium tuum (1) possis promptius prefatum desiderium adimplere ; quare nostris exhortationibus adicimus ut successus prosperi qui plerumque a bonis retrahere consueverunt conceptibus te non retrahant, sed animent pocius sicut et viros gratos (2) percepta beneficia forcius animant et accendunt ut illi a quo ea perceperint promptius exequi obsequantur. Ad hec, postquam expulsionem hereticorum et scismaticorum ignominiosam de Urbe ac dilecti filii Johannis, Sancti Theodori diaconi cardinalis. Apostolice Sedis legati, et aliorum nostrorum et Ecclesie

(1) Reg. : *tuis*. Corr. *tuum* ou *tunc* ?
(2) Reg. : *viris gratis*.

Romane fidelium honorabilem receptionem in ipsa et alia tunc ad Dei laudem et honorem ejusdem Ecclesie ibidem gesta regali excellencie duximus intimanda, premissa continue audivimus et audimus pro honore Dei et Ecclesie prosperari quodque Senatores Urbis ejusdem deputati pro parte carissimi in Christo filii nostri Roberti regis Sicilie illustris, in eadem Urbe vicarii nostri, plene ac pacifice suum pro nobis et eodem rege officium exercentes, ea que ab eisdem hereticis et scismaticis gesta seu attemptata fuerant revocarunt solemniter, nonnullas etiam (1) litteras quas reperire potuerunt, precedenti edicto publico quod quicumque haberet litteras hujusmodi sub penis deferret gravibus, publice comburendo, domibus illorum qui per heresiarcham Petrum de Corvaria cardinales, notarii, scriptores et officiales erant conficti datis nichilominus funditus in ruinam ; que sublimitati regie nuncianda providimus, indubie supponentes ipsam in ejusdem matris Ecclesie prosperitatibus et honoribus consolari. Datum IIII nonas octobris, anno tertio decimo ».

3695 4 octobre 1328.

Andreae de Charrola, ut distractionem et vastationem fructuum terrae quondam Eustachii domini de Saxiaco differre velit (Reg. 115, fol. 116 (144) v°, c. 669).

« *Andree de Charrola, militi, senescallo regio Carcassonensi.* Cum dilectus filius nobilis vir Bertrandus de Insula, familiaris noster, procuret, sicut fidedigne accepimus, obtinere a regia curia quomodo regimen et administratio terre quondam Eustachii, domini de Saxiaco, dilecte in Christo filie nobili mulieri Beatri [ci] de Tureyo, ipsius defuncti relicte ac ejusdem Bertrandi socrui, concedatur, nobilitatem tuam requirimus et rogamus attente quatinus adhuc distractionem ac vastationem forestorum (*sic*) terre ipsius, ad quas aspirare auctoritate regia diceris, velis et placeat quantum videlicet et prout poteris sine reprehensione differre. Datum IIII nonas octobris, anno tertio decimo ».

3696 Avignon, 6 octobre 1328.

Regi Franciae de provisione Maguntinae ecclesiae. (Reg. 115, fol. 115 (143), c. 653) ; — Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 400, n. 1087).

« *Eidem regi.* Dudum in consideratione deducto quantum Romane, attenta conditione temporis, expediebat Ecclesie devotos et fideles in ecclesiis partium Alamanie habere prelatos, Maguntine ac quarundam aliarum ecclesiarum in eisdem partibus consistentium provisiones nobis et Apostolice Sedi duximus reservandas. Pridem vero audita vacatione ipsius ecclesie Maguntine, attendentes quod negociis presentialiter in partibus eisdem imminentibus nedum expediens, quin immo necessarium plurimum existebat ut persona, nobis et eidem Romane Ecclesie fidelis et devota memorateque ecclesie Maguntine perutilis, queve ad negociorum felicem prosecutionem et expeditionem afficeretur ipsorum, prefate Maguntine ecclesie preficeretur hac vice, ad certam personam quam conditionis hujusmodi regieque gratam celsitudini existere credimus duxeramus nostre considerationis intuitum, antequam pervenissent ad nos littere regie facientes mentionem de ipsius provisione Maguntine ecclesie, dirigendum. Quare nos, qui operosam intendimus adhibere diligentiam quod persona predicta carissimo in Christo filio nostro J., regi Boemie illustri, grata et devota reddatur, habeat regia providencia, si suis precibus super hiis non valemus annuere, quesumus excusatos. Datum Avinione, II nonas octobris, anno tertio decimo ».

3697 Avignon, 7 octobre 1328.

Jacobo archiepiscopo Aquensi et Arnaldo Duesa ut exequantur legata quondam Aiglinae, uxoris Hugonis domini Castrinovi. (Reg. 115, fol. 100 (128) v°, c. 580).

« *Jacobo, archiepiscopo Aquensi, et nobili viro Arnaldo Duesa, vicecomiti Caramanni, diocesis Tholosane.* Percepto dudum quod dilectus filius Hugo, dominus Castrinovi, Caturcensis diocesis, quondam Aigline, uxori sue, sexcentas libras turonensium parvorum, de quibus posset pro sue voluntatis arbitrio testari, donatione causa mortis duxerat concedendas, quodque predicta Aiglina, tam de dictis sexcentis libris quam nonnullis aliis bonis et jocalibus suis nonnulla, pro sue salute anime, legata fecerat, residuum bonorum hujusmodi convertendum in pios usus secundum nostre dispositionis arbitrium relinquendo, nos, ad quos

(1) Reg. : *eis*.

pertinet providere quod pie voluntates decedentium compleantur, volentesque quod predicta solverentur legata, et residuum bonorum dicte Aigline in pios usus dispensaretur alios fideliter et prudenter, dilecto filio Stephano de Diosidio, archidiacono Caturcensi, tunc scolastico ecclesie Convenarum, per nostras certi tenoris litteras dedimus in mandatis ut pecuniam, bona et jocalia supradicta sibi a quibuscunque illorum detentoribus seu debitoribus faceret integraliter assignari, eaque in solutionem dictorum legatorum et pios usus alios, prout dilectus filius noster Arnaldus Sancti Eustachii diaconus cardinalis et quondam Petrus Dueza, vicecomes Caramanni, tuus, fili Arnalde, ac dicte Aigline quondam genitor, qui de nostra intentione informati tunc erant, plenius eidem Stephano injungerent, solvere ac dispensare curaret. Cum autem prefatus archidiaconus, asserens [quod] per ipsum legatis ab eadem Aiglina relictis [solutis] adhuc nonnulla de pecunia, bonis et jocalibris supradictis restabant, cum ab eisdem cardinali et Petro vicecomite nondum habuisset mandatum seu injunctum de predictis bonis dispensandum, nec valeret ulterius ad hoc procedere, prefato Petro vicecomite, sicut Domino placuit, vita functo, nobis humiliter supplicavit ut providere super hoc salubriter dignaremur, quocirca discretioni vestre per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus de pecunia et bonis ac jocalibus memoratis eorumque summa valore et quantitate, necnon solutione legatorum predictorum ab eodem archidiacono facta, sicut asserit, rationes audientes legittimas, eique de solutis pro dictis legatis quitationis sufficientis facientes cautelas, de residuo pecunie ac bonorum et jocalium predictorum unam capellaniam usque ad summam decem librarum turonensium parvorum efficiendam perpetuo in ecclesia parrochiali Beati Bartholomei Caturcensis per unum presbiterum ydoneum per te, vicecomes predicte, tuosque heredes et successores instituendum quotiens extiterit oportunum, acquiri et ordinari, et insuper totum illud quod, eadem acquisita et ordinata capellania, de predictis restabit, in fabricam et edificium memorate ecclesie Sancti Bartholomei, que de novo construitur, dispensari fideliter faciatis per achidiaconum memoratum, cujus rationes per vos audiri, examinari et recipi super et de predictis dispensandis in capellania et edificio memoratis supradictis, cum expensa et dispensata in usus hujusmodi fuerint, volumus et per vos sibi de cautelis quitationis ydoneis provideri, dantes eidem nichilominus presentibus in mandatis ut vobis in hac parte pareat et intendat. Datum Avinione, nonis octobris, anno tertio decimo ».

3698 Avignon, 7 octobre 1328.

Bernardo de Brassa et Johanni de Ferrariis ut omnia quae de bonis quondam Benedicti Rotarii, civis Astensis, Camerae Apostolicae cessis exigenda restant, exigant et Petro Arquerii, decano ecclesiae Rothomagensis, capellano apostolico, assignent. (Reg. 115, fol. 101 (129) v°, c. 582).

« *Bernardo de Brassa, rectori ecclesie de Haya Alberede, Rothomagensis diocesis, et Johanni de Ferrariis, clerico Papiensi.* Facta dudum per — Datum Avinione, nonis octobris, anno tertio decimo ».

3699 Avignon, 9 octobre 1328.

Beraudo domino de Solempniaco, ne nomine regio bastidam novam infra territorium castri de Scuria, Albiensis diocesis, quod Sycardus in feudum de Ecclesia tenet, aedificari faciat. (Reg. 115, fol. 127 (155), c. 753).

« *Nobili viro Beraudo, domino de Solempniaco, senescallo Tholosano.* Nobilitatis tue prudenciam credimus non latere quod dilectus filius nobilis vir Sycardus, dominus castri de Scuria, Albiensis diocesis, idem castrum cum ejus territorio ab Ecclesia Romana sub annuo censu tenet in feudum, et tam ipse quam ejus successores ab antiquissimis temporibus tenuerunt. Sane cum infra dictum territorium bastidam novam nomine regio, sicut accepimus, edificare nitaris, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attentius quatinus, consideranter attendens quod dicte bastide constructio, si fieret, in nostrum et Ecclesie memorate dictique nobilis prejudicium non modicum redundaret, ab hiis provide studeas abstinere, habendo memoratum nobilem super hiis et aliis, honestate tamen previa, favorabiliter pro nostra et Apostolice Sedis reverentia commendatum. Datum Avinione, VII idus octobris, anno tertio decimo ».

3700 Avignon, 10 octobre 1328.

Guillelmo, archiepiscopo Tholosano, de divisione parrochialis ecclesiae Sancti Stephani Tholosani. (Reg. 115, fol. 116 (144), c. 662).

« *Guillelmo, archiepiscopo Tholosano.* Certiorari quid per informationem factam super divisione que petebatur fieri de parrochiali ecclesia Sancti Stephani Tholosani repertum extiterit cupientes, fraternitati tue presentium tenore mandamus quatinus nos super hiis clarius certiores procurans, ad alia negotium divisionis hujusmodi tangentia interim non procedas. Datum Avinione, VI idus octobris, anno tertio decimo ».

3701 Avignon, 10 octobre 1328.

Johanni, duci Britanniae, de mille nobilibus equitibus et armatis ab eodem duci ad Ecclesiae servitium oblatis. (Reg. 115, fol. 116 (144) v°, c. 670).

« *Johanni, duci Britannie.* Ad nostram nuper veniens presentiam dilectus filius magister Henricus Malestreto, clericus et nuntius, nobis nobilitatis tue litteras, quibus filialis devotionis affectum quem ad Romanam matrem gessisti Ecclesiam delectabiliter recensendo, te, fili, ad ejusdem matris obsequia et beneplacita obtulisti, eidem petendo nichilominus nuntio fidem adhiberi super hiis credulam presentavit. Quibus litteris et nuntio per nos benigne, destinantis consideratione, receptis, et que predicte littere continebant diligentius intellectis, inde tue providentie gratiarum exsolvimus uberes actiones. Subsquenter vero prelibatus nuntius suam in scriptis exhibuit credentiam in hunc modum : « Specialis devotionis affectum quem sui progenitores ad sacrosanctam Romanam Ecclesiam et ipse tam ad eandem Ecclesiam quam ad Sanctitatem vestram habuerunt huc usque in se continuatum volens per effectum probare, devotus filius et miles vester utique servicialis Johannes, dux Britannie, vicecomes Lemovicensis, obtulit et offert per me, Henricum de Malestreto, nuntium suum ad Sanctitatis vestre presenciam propter hoc specialiter destinatum, mille nobiles equites et armatos ad vestrum et Ecclesie prelibate servitium ituros, ubi, quando et sicut vestre placuerit Sanctitati, pro sustentandis in hac parte eisdem de suo proprio, tam pro tempore quam pro quantitate pecunie, prout sibi commode possibile fuerit impensurus ». Sane, quia in hujusmodi non exprimebatur credentia per quantum tempus et qualiter tenere dictos milites in ejusdem matris Ecclesie serviciis intendebas, circumspectioni tue respondere certitudinaliter super hiis non valemus. Sed si hec, amantissime fili, clarius et certius expresseris, nos ut tuum super tam commendabili tamque meritoria devotione tibi divinitus inspirata valeas propositum adimplere, responsum dabimus super hoc, sicut Dominus ministraverit, oportunum, prompti, quantum cum Deo poterimus, ad ea que tui honoris et commodi respiciant incrementa. Datum Avinione, VI idus octobris, anno tertio decimo ».

3702 Avignon, 10 octobre 1328.

Guidoni de Britannia, de oblatione per Henricum de Malestreto praesentata regratiatur (Reg. 115, fol. 116 (144) v°, c. 671).

« *Nobili viro Guidoni de Britannia, domino de Penthievre.* Leta manu jocundoque — Datum ut supra [Avinione, VI idus octobris, anno tertio decimo] ».

3703 Avignon, 11 octobre 1328.

Philippo, regi Franciae, ut negotia quae consules civitatis Montisalbani in regali curia expedire habent commendata habeat. (Reg. 115, fol. 115 (143), c. 654).

« *Eidem regi.* Cum dilecti filii — Datum Avinione, V idus octobris, anno tertio decimo ».

3704 Avignon, 11 octobre 1328.

Episcopo Montisalbani consules ejusdem civitatis commendat. (Reg. 115, fol. 115 (143), c. 655).

« *Episcopo Montisalbani.* Percepto quod dilectis filiis consulibus civitatis Montisalbani super statu sui consulatus carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie illustri, supplicare proponentibus opponere te disponis, fraternitatem tuam attentius exhortamur quatinus ipsos, velut tuos et ecclesie tue peculiares filios, favorabiliter prosequendo, eos super premissis non impedias, dum-

modo jura tue predicte ecclesie propter hoc non ledantur. Datum ut supra ».

3705 12 octobre 1328.

Guillelmo Lemosini, canonico ecclesiae Sancti Audemarii, recipiendi mille florenos auri Camerae Apostolicae debitos solventesque quittandi facultatem concedit. (Reg. 115, fol. 100 (128) v°, c. 579 ; — Fayen, *Lettres de Jean XXII*, II, n. 2242).

« *Guillelmo Lemosini, canonico ecclesie Sancti Audemarii, Morinensis diocesis.* Insinuatione dilecti filii Andree de Verulis, canonici Wratislaviensis, scriptoris nostri, in partibus Polonie Apostolice Sedis nuntii, pridem accepimus quod ipse de pecunia nostram Cameram contingente mille florenos auri penes dilectum filium Johanninum de Carnitriano, mercatorem Saonensem, per ipsum mercatorem vel alium, ejus nomine, prefate Camere assignandos, in partibus deposuit supradictis. Cum autem dilectus filius Fredericus de Oppizis de Monelia, mercator Janue, apud Nemausum pro dicto Johannino solvere, sicut intelleximus, debeat illi qui ad hoc pro dicta Camera deputabitur summam pecunie memorate, nos de tua discretione plenam in Domino fiduciam obtinentes, recipiendi nostro et ejusdem Camere nomine ab eodem Frederico vel alio solvente nomine prefati Johannini predictam summam pecunie, vel partem illam quam de ea tibi duxerit persolvendam, prefatosque Johanninum et quosvis alios solventes summam florenorum predictam, vel partem ejusdem, de hiis que receperitis ab eisdem quitandi, faciendo super assignatione ipsa duo confici consimilia publica instrumenta, quorum altero penes eosdem assignantes dimisso reliquum una cum pecunia quam inde receperis ad eandem Cameram deferre vel mittere fideliter non postponas, plenam tibi concedimus tenore presentium facultatem. Datum IIII idus octobris, anno tertio decimo ».

3706 Avignon, 14 octobre 1328.

Gastoni, comiti Fuxi, ut ad pacem cum Johanne, comite Armaniaci, animum suum inclinet et Guillelmo, archiepiscopo Tholosano, apostolico nuntio fidem adhibeat. (Reg. 115, fol. 130 (158), c. 772).

« *Gastoni, comiti Fuxi.* Si pacis commoda — Datum Avinione, II idus octobris, anno tertio decimo ».

In e. m. comiti Armaniaci.

3707 Avignon, 14 octobre 1328.

Rogero, episcopo Vaurensi, ut Johannem comitem Armaniaci, nepotem suum, ad pacem cum Gastone, Fuxi comite, reformandam Guillelmique archiepiscopi Tholosani, nuntii apostolici, consilia benigne audienda inducat. (Reg. 115, fol. 130 (158), c. 773).

« *Rogero, episcopo Vaurensi.* Attentis pacis commodis et dissensionum discriminibus cogitatis, illam vigere inter dilectos filios nobiles viros Johannem Armaniaci, nepotem tuum, et Gastonem Fuxi comites invicem dissidentes, istis prorsus de ipsorum profugatis (1) cordibus, desiderabiliter affectantes, eisdem comitibus nostras exhortatorias super hiis litteras dirigimus, venerabilem fratrem nostrum Guillelmum, archiepiscopum Tholosanum, pacis utique sedulum amatorem circa pacem procurandam hujusmodi, cum nos ad hoc intendere nequeamus personaliter, nichilominus deputantes. Quocirca fraternitatem tuam rogamus attentius et hortamur quatinus in recte considerationis [examen] adducens quod in pace res etiam parve consueverunt crescere, Deo servitur ferventius et libentius intenditur operibus pietatis, quodque ex dissentionibus res dilabuntur maxime, strages corporum, lapsus rerum et animarum subsecuntur pericula, quod etiam amarius deplorandum, premissaque ponens ante oculos prefati comitis Armaniaci, quem juvenilis etas talia meditari forsitan non permittit, ipsum ad pacem reformandam cum eodem comite Fuxi sibi, sicut tua novit providentia, in proxima linea parentele conjuncto, et ut prefati archiepiscopi, cum quo laborare super hiis sedule studeas, salutaribus monitis et salubribus acquiescat consiliis, inducere ac dirigere non postponas, ita quod inde, preter laudis humane preconium, illa merearis assequi premia que pacis ineuntibus consilia Sapiens repromittit. Datum ut supra [Avinione, II idus octobris, anno tertio decimo] ».

In e.m. Bernardo Jordani, domino de Insula, amotis illis verbis : nepotis tui.

In e.m. sicut domino de Insula, B., comiti Convenarum.

(1) *Reg.* illa p. de i. profugata. Corrigé à l'aide de la bulle suivante.

3708 Avignon, 14 octobre 1328.

Guillelmo, archiepiscopo Tholosano, ut Fuxi et Armaniaci comites ad pacem inducat. (Reg. 115, fol. 130 (158) v°, c. 774).

« *Guillelmo, archiepiscopo Tholosano.* Dum pacis commoda dissensionumque discrimina cogitamus, intensis desideriis affectamus illam vigere inter omnes christicolas, istis prorsus de ipsorum profugatis cordibus ad quorum pacem multorum pax sequitur, quorum innumeros turbaret dissensio et ad pericula varia provocaret. Sane quia, sicut tua fraternitas non ignorat, pacis hostis inter dilectos filios nobiles viros Gastonem Fuxi et Johannem Armaniaci comites adeo gravis dissensionis materiam suscitavit quod ad congressum hostilem se preparant, ad illum omnes eorum invitantes amicos, ex quo, si, quod absit, procederet, strages corporum et animarum pericula odiaque innumera et alia non facile numeranda dispendia sequerentur. Nos tantis malis desiderantes occurrere ac inter ipsos comites pacis federa solide reformari, fraternitatis tue providenciam attente rogamus, requirimus et hortamur quatenus premissa recogitans diligenter et ad obviandum periculis hujusmodi sedule partes tue solicitudinis interponens, ante illorum ponas oculos discrimina innumera que tam in ipsis quam eorum sequacibus ex dissensione hujusmodi possunt sequi, quantumque sit inconveniens quod viros conjunctos tam proxima parentele linea dissensio aliqua sic disjungat, ipsos ad reformandam pacem et concordiam vel saltem ad longi temporis treugas ineundas que pacis representent ymaginem juxta datam tibi a Deo prudentiam viis et modis quibus expedire videris inducendo, aptius nichilominus expositurus eisdem quod si nostri solicitudo ministerii existat circa reformationem pacis et concordie hujusmodi quam desiderabiliter appetimus oportuna, laborare super hoc sedule sumus prompti. Datum ut supra [Avinione, II idus octobris, anno tertio decimo] ».

3709 Avignon, 14 octobre 1328.

Beraudo de Solompniaco, ut ad eamdem pacem procurandam cum praefato archiepiscopo laboret. (Reg. 115, fol. 130 (158) v°, c. 775).

« *Beraudo, domino de Solompniaco, senescallo regio Tholose.* Pacis attentis commodis — Datum ut supra ».

3710 15 octobre 1328.

Archiepiscopo Remensi, ne Neapoleonem de Romangia, electum Montisregalis in Sicilia, archidiaconum Remensem, ratione ejusdem archidiaconatus molestet. (Reg. 115, fol. 116 (144), c. 663).

« *Archiepiscopo Remensi.* Exponente nobis dilecto filio Neapoleone de Romangia, electo Montisregalis in Sicilia, archidiacono Remensi, nuper accepimus quod ipse per te tuosque officiales et ministros in rebus, juribus ac jurisdictionibus ad eum ratione dicti archidiaconatus pertinentibus, multipliciter molestatur. Cum autem tuam deceat honestatem tuos subditos in suis juribus confovere, fraternitatem tuam rogamus attentius et hortamur quatinus, prefatum electum suosque procuratores et ministros habens pro nostra et Apostolice Sedis reverencia favorabiliter commendatos, in hiis que ad ipsum electum ratione predicti archidiaconatus pertinent quominus ea per se suosque officiales et ministros exercere valeat pacifice et habere, sicut predecessores sui archidiaconi Remenses exercuerunt et habuerunt antiquis temporibus, non permittas per eosdem officiales et ministros tuos contra justiciam molestari. Datum idibus octobris, anno XIII° ».

3711 Avignon, 15 octobre 1328.

Clemenciae reginae Franciae et Navarrae nuntiat ejus nuntium ad eam remissurum esse. (Reg. 115, fol. 115 (143) v°, c. 661).

« *Clemencie, regine Francie et Navarre.* Licet dilectus filius P. Pyionis, ordinis fratrum Predicatorum, tue celsitudinis nuncius nuper ad nostram presenciam super certo negocio destinatus per nos, qui negocium hujusmodi ad finem votivum dirigi sperabamus, retentus fuerit usque modo, nunc tamen certis ex causis quas ipse regie providencie referre vive vocis oraculo poterit ad tue serenitatis providimus presenciam remittendum, ipsum probabiliter commendantes de diligencia et super mora quam contraxit in Curia excusantes. Datum Avinione, idibus octobris, anno tercio decimo ».

3712 Avignon, 21 octobre 1328.

Arnaldo de Verdala ut recipiat pecunias subsidii quod praelati et personae ecclesiasticae provinciae Narbonensis pro repressione haereticorum et rebellium de partibus Italiae obtulerunt. (Reg. 115, fol. 100 (128) v°, c. 518).

« *Eidem magistro Arnaldo de Verdala, archidiacono Mirapiscensi.* Licet verisimiliter extimemus — Datum Avinione, XII kalendas novembris, anno tertio decimo ».

3713 Avignon, 22 octobre 1328.

Bertrando archiepiscopo Viennensi ut ad treugarum inter Ademarum, episcopum Vivariensem, et Gerardum Ademari, dominum de Montilio Ademari, initarum prorogationem procedat. (Reg. 115, fol. 56 (84) v°, c. 355).

« *Bertrando, archiepiscopo Viennensi.* Novit tua fraternitas quod nos, dudum periculis et scandalis que dissensio inter venerabilem fratrem nostrum Ademarum, episcopum Vivariensem, ex parte una, et dilectum filium nobilem virum Geraudum Ademari, dominum de Montilio Ademari, ex altera, comminabatur suborta, obviari salubribus remediis cupientes, ipsos ad pacem et concordiam vel saltem ad ineundum treugas exhortantes, te propter hoc ad eas partes duximus destinandum. Cumque ipsi, nostris exhortationibus et tuis inducti monitis, treugas, sicut accepimus, inter se inierint usque ad festum Omnium Sanctorum futurum proximo duraturas, nos attendentes quod, inter ipsos nondum reformata concordia, treugarum ipsarum terminus appropinquat, eos ad prorogandum usque ad unum annum easdem treugas per nostras quas eisdem dirigimus litteras sub certa forma interclusa presentibus exhortamur. Et quia, nisi ipsi interim commode possent inter se convenire super hoc, treugas ipsas a dicto festo Omnium Sanctorum usque ad unum annum auctoritate apostolica per nostras litteras, quas tibi destinamus cum presentibus, providimus indicendas, earum publicatione tibi per te vel alium seu alios facienda commissa, eidem fraternitati tue presentium tenore mandamus quatinus, nisi vellent per se treugas prorogare, ad publicationem litterarum nostrarum super indictione treugarum hujusmodi, juxta tenorem illarum, procedere non postponas, nobis quicquid inde feceris rescripturus. Datum Avinione, XI kalendas novembris, anno tertiodecimo ».

3714 Avignon, 22 octobre 1328.

Praefato episcopo Vivariensi ut dictas treugas usque ad unum annum proroget. (Reg. 115, fol. 56 (84) v°, c. 356).

« *Ademaro, episcopo Vivariensi.* Infesta dudum relatione — Datum ut supra ».

3715 Avignon, 22 octobre 1328.

Jacobo, tituli Sanctae Priscae presbitero cardinali, pensionem duorum millium florenorum sibi ab abbatibus de Cistercio. de Firmitate, de Pontanhiaco, de Claravalle et de Morimundo oblatam confirmat. (Reg. 115, fol. 101 (129) v°, c. 583).

« *Jacobo, tituli Sancte Prisce presbitero cardinali.* Dum diligenter attendimus quod, in apostolice solicitudinis partem assumptus, labores assiduos qui ex emergentium undique negotiorum varietate nostris incumbunt humeris perferendos operosa nobiscum sedulitate partiris, dignum reputamus et congruum ut sicut Romanam Ecclesiam, cujus honorabile membrum existis, tuorum magnitudine meritorum honoras, sic eam in tuis oportunitatibus propitiam reperias et benignam. Sane tua nobis exhibita petitio continebat quod dilecti filii Guillelmus de Cistercio, Johannes de Firmitate, Thomas de Pontanhiaco, Matheus de Claravalle, et Ulderus de Morimundo monasteriorum abbates, ordinis Cisterciensis, Cabilonensis, Autisiodorensis et Lingonensis diocesum, nomine suo et successorum suorum, ac de expresso consensu, ordinatione et voluntate diffinitorum et totius capituli generalis ordinis supradicti, tuis volentes necessitatibus in aliquo subvenire, pensionem duorum milium florenorum auri tibi annis singulis, immediate post suum generale capitulum quod apud Cistercium annis celebratur singulis, bona fide promiserunt, sub obligatione omnium bonorum suorum et totius prelibati ordinis quamdiu vixeris exolvendam, prout in eorundem abbatum litteris patentibus, ipsorum sigillis, ut apparebat prima facie, communitis, plenius continetur. Quare nobis humiliter supplicasti ut premissa fulcire nostre confirmationis munimine de benignitate apostolica dignaremur. Nos autem, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, annuam pensionem predictam ipsiusque promissionem et omnia et singula

in eisdem contenta litteris rata et grata habentes, ea ex certa scientia auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, auctoritate decernentes eadem predictos .. abbates ac successores eorum dictumque ordinem constitutionem et promissionem, pensionem hujusmodi et alia contenta in eisdem litteris ad vitam tuam revocare non posse. Tenorem vero litterarum predictarum presentibus inseri fecimus qui talis est.

« Nos fratres Guillelmus de Cistercio, Johannes de Firmitate, Thomas de Pontanhiaco, Matheus de Claravalle et Wliderus de Morimundo monasteriorum abbates, Cabilonensis, Autisiodorensis et Lingonensis diocesum, attendentes honores, commoda ac fructus uberes qui per reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Jacobum, digna Dei providentia tituli Sancte Prisce presbiterum cardinalem, nostro possunt et debent ordini tam in promotione negociorum quam defensione libertatum et privilegiorum multipliciter provenire, presertim cum dictum reverendum patrem certis experienciis didiscerimus zelare ad conservationem et salubrem statum prefati ordinis affectione sincera, ideo premissis et multis aliis quibus per eum Cisterciensem ordinem Altissimus insignivit in specialem considerationem adductis, nomine nostro et successorum nostrorum, necnon de expresso consensu, ordinatione et voluntate diffinitorum et totius capituli generalis, prefato reverendo patri pensionem duorum milium florenorum auri, quamdiu in humanis vitam duxerit, annis singulis immediate post generale capitulum, sub obligatione bonorum nostrorum et universi ordinis, bona fide promittimus exolvendam, et in fidem ac testimonium premissorum nos prenominati abbates, nomine nostro et prefati generalis capituli, sigilla nostra presentibus decrevimus appendenda. Datum apud Cistercium, anno Domini millesimo tricentesimo vicesimo octavo, tempore capitùli generalis ».

« Nulli ergo etc. — Datum Avinione, XI kalendas novembris, anno tertio decimo ».

3716 Avignon, 22 octobre 1328.

Judicibus, ut praedictam pensionem eidem cardinali exolvi faciant. (Reg. 115, fol. 102 (130) p. c. 583).

« *Judicibus*. Mandamus quatinus vos — Datum Avinione, XI kalendas novembris, anno tertio decimo ».

3717 Avignon, 23 octobre 1328.

Sententias et processus latos in archiepiscopum Arelatensem ejusque suffraganeos omnesque alias personas ecclesiasticas Arelatensis provinciae occasione decimae impositae pro defensione regni Siciliae usque ad instans festum Nativitatis Dominicae suspendit. (Reg. 115, fol. 50 (78) v°, c. 333 ; — Reg. 89, f. 1, c. 2 (1)).

« *Eidem archiepiscopo* [*Arelatensi*] *ejusque suffraganeis ac omnibus et singulis aliis personis ecclesiasticis in Arelatensi provincia constitutis*. Attendentes onera multiplicium expensarum quas carissimum in Christo filium nostrum R., regem Sicilie illustrem, pro defensione regni Sicilie et terris citra Farum, quod et quas ab Ecclesia Romana tenet in feudum, oportebat de necessitate subire, pridem, videlicet V kalendas aprilis proximo preteriti, memorato regi pro supportandis utilius expensarum sarcinis hujusmodi decimam omnium proventuum et redditum ecclesiasticorum in Provincie et Forcalquerii comitatibus consistentium per unum annum in duobus terminis persolvendam, medietatem scilicet ejusdem decime in instanti festivitate Omnium Sanctorum, et aliam medietatem in festo Resurrectionis Dominice predictum festum Omnium Sanctorum proxime secuturo, et a venerabilibus fratribus nostris.. Vapincensi.., Regensi et.. Dignensi episcopis eorumque subcollectoribus colligendam in eisdem terminis, de fratrum nostrorum consilio sub certa forma concessimus, sicut in litteris nostris inde confectis plenius continetur. Sane, cum nonnulli vestrum diversos redditus et proventus ecclesiasticos in locis pluribus de quibus, ex eo quod de comitatibus predictis non existunt, ut ex parte vestra percepimus, decimam predictam solvere juxta tenorem prelibate concessionis nostre vos asseritis non teneri, nobis humiliter supplicastis ut cum.. episcopus Regensis predictus per processus suos, auctoritate dictarum litterarum nostrarum habitos, interdicti, suspensionis et excommunicationis sententias promulgaverit adversus non solventes in eisdem terminis decimam antedictam, vestris et ecclesiarum vestrarum providere in hac parte indempnitatibus et precavere periculis paterne

(1) Cf. Jean XXII, *Lettres communes*, t. VIII, n° 46214.

solicitudinis studio dignaremur. Nos autem volentes vestris et ecclesiarum vestrarum precavere in hac parte periculis et providere quod concessio nostra predicta suum debitum consequatur effectum, vestris supplicationibus inclinati, predictos processus et sententias a[c] eorundem effectum, quo ad vos et ecclesias vestras usque ad instans festum Nativitatis dominice, ut interim quantum ad hoc periculis vestris sublatis ordinare salubrius quod nobis super hiis videbitur valeamus, tenore presentium duximus suspendendos. Datum Avinione, X kalendas novembris, anno tertio decimo ».

3718 Avignon, 29 octobre 1328.

Arnaldo de Verdala ut nonnullas quantitates pecuniae de certo subsidio a personis ecclesiasticis diocesis tunc Tholosanae olim oblato beato Ludovico tempore quo praeerat eidem ecclesiae, quae penes Raymundum Visalguerii mercatorem Tholosanum remanserunt, inquirat et exigat. (Reg. 115, fol. 100 (128), c. 575).

« *Magistro Arnaldo de Verdala, archidiacono Mirapiscensi.* Auditui nostri apostolatus — Datum Avinione, IIII kalendas novembris, anno tertio decimo ».

3719 Avignon, 29 octobre 1328.

Guillelmo archiepiscopo Tholosano ut tabellionatus officium duobus clericis ab Arnaldo de Verdala archidiacono Mirapiscensi nominandis concedere possit. (Reg. 115, fol. 103 (131) v°, c. 589).

« *Guillelmo, archiepiscopo Tholosano.* Ut tabellionatus officium — Datum Avinione, IIII kalendas novembris, anno tertio decimo ».

3720 Avignon, 29 octobre 1328.

Regi Franciae ut super eis quae Johannes de Jonivilla de partibus transmarinis et ex parte soldani Babiloniae retulerit deliberet, ipsique papae rescribat quae in hac parte expedientia videbuntur. (Reg. 115, fol. 114 (142) v°, c. 648).

« *Eidem regi* [*Francie*]. De partibus transmarinis veniens nuper ad Sedem Apostolicam dilectus filius nobilis vir Johannes de Joniivilla, dominus de Julleyo Castro, Lingonensis diocesis, miles, exhibitor presentium, nonnulla de partibus ipsis, etiam ex parte soldani Babilonie, nobis retulit viva voce, intendens eadem regie celsitudini, ad cujus se confert presentiam, seriosius explicare. Quocirca regalem excellentiam deprecamur quatinus, eodem audito nobili et premissis referendis per eum diligentius intellectis, deliberet super eis regia providencia nobisque rescribat que in hac parte sibi expedientia videbuntur. Datum Avinione, IIII kalendas novembris, anno tertio decimo ».

3721 Avignon, 3 novembre 1328.

Guigoni dalphino Viennensi, quod antequam litterae suae pro Johanne de Castro Novo, ordinis sancti Antonii, pervenissent, monasterio Sancti Antonii Viennensis de persona grata jam provisum erat. (Reg. 115, fol. 56 (84) v°, c. 357).

« *Guigoni, dalfino Viennensi.* Ante receptionem litterarum — Datum Avinione, III nonas novembris, anno tertio decimo ».

3722 Avignon, 5 novembre 1328.

Archambaudo, episcopo Sancti Flori, ut nonnullos monachos monasterii Aureliaci, ordinis sancti Benedicti, Sancti Flori diocesis, qui excessus varios per homicidia, mutilationes et rapinas commiserant, sicut Aymo de Bonobaut baillivus Montanarum Arverniae retulerat, puniat. (Reg. 115, fol. 116 (144), c. 664).

« *Archambaudo, episcopo Sancti Flori.* Nuper dilectus filius nobilis vir Aymo de Bonobaut, bailivus Montanarum Arvernie, apud Sedem Apostolicam constitutus nobis insinuare curavit quod nonnulli monachi monasterii Aureliaci, ordinis sancti Benedicti, tue diocesis, cujus tibi administratio auctoritate apostolica est commissa, spretis rationis habenis, per campum licentie dampnabiliter discurrentes, excessus detestandos varios per homicidia, mutilationes et rapinas commiserant hactenus, et in rei lesionem publice ac turbationem aliorumque dispendium frequenter committere, cum desit ibidem debita discipline correctio, non verentur. Nos autem, premissa merito detestantes ac volentes quod super illis et similibus per te, ad quem pertinet, justitie

debitum exequatur, fraternitati tue districtius injungendo mandamus quatinus super predictis prout de illis tibi constiterit studeas adeo solerter et fideliter justitiam exhibere, predictos puniendo et corrigendo excessus, quod illi qui culpabiles reperti fuerint et nocentes, preterita delicta [expiare ?] debeant, et alia imposterum committere non presumant, ac tam ipsis quam aliis aditus precludatur in similibus delinquendi; ad correctionem debitam in eodem monasterio, quotiens opus fuerit, nichilominus juxta sacrorum canonum et ipsius statuta ordinis processurus, pro certo sciturus quod, si super premissis negligens fueris vel remissus, nos in hac parte curabimus aliter ordinare. Datum Avinione, nonis novembris, anno tertio decimo ».

3723 Avignon, 11 novembre 1328.

Decano et infirmario ecclesiae Avinionensis, ut a praelatis et aliis personis ecclesiasticis Avinionensis diocesis subsidium impositum pro repressione haereticorum de partibus Italiae requirant et solventes quittant (Reg. 115, fol 50 (78), c. 329).

« .. *decano et.. infirmario ecclesie Avinionensis.* Licet verisimiliter extimemus — Datum Avinione, III idus novembris, anno tertio decimo ».

3724 Avignon, 13 novembre 1328.

Raymundo de Valle quod fructus beneficiorum suorum in absentia usque ad triennium recipere possit, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis. (Reg. 115, fol 102 (130), c. 584 ; — Reg. 89, n° 291) (1).

« *Magistro Raymundo de Valle, preposito ecclesie Mirapiscensis, familiari nostro.* Ex tue devotionis — Datum Avinione, idibus novembris, anno tertio decimo ».

3725 Avignon, 13 novembre 1328.

B. Stephani et Regensis ac Cavallicensis ecclesiarum praepositis, ut eidem magistro Raymundo praedictos fructus per dictum tempus ministrare faciant. (Reg. 115, fol. 102 (130) v°, p. c. 584).

(1) Cf. *Jean XXII, Lettres communes*, t. VIII, n° 43302.

« *Judicibus : magistro B. Stephani, archidiacono Figiacensi Caturcensis, notario nostro, et.. Regensis ac.. Cavallicensis ecclesiarum prepositis.* Ex etc.. Quocirca — Datum ut supra ».

3726 Avignon, 18 novembre 1328.

Quasdam domos in parrochia Sancti Sinforiani Avinionensis prope palatium episcopale a Guillelmo Grandis nuper constructas a taxationibus hospitiorum, quae consueverunt juxta morem Romanae Curiae fieri, eximit. (Reg. 115, fol. 50 (78), c. 331 ; — *Jean XXII, Lettres communes*, t. VIII, n° 43323).

« *Guillelmus Grandis, hostiario et familiari nostro.* Cum sicut tua — Datum Avinione, XIIII kalendas decembris, anno tertio decimo ».

3727 20 novembre 1328.

Reginaldo vicecomiti Brunequelli indulgentiam in mortis articulo concedit. (Reg. 115, fol. 101 (129), c. 581).

« *Nobili viro Reginaldo, vicecomiti Brunequelli, Caturcensis diocesis.* Sincere devotionis affectus — Datum XII kalendas decembris, anno tertio decimo ».

3728 Avignon, 21 novembre 1328.

Gasberto, archiepiscopo Arelatensi, ut impediat P. de Columpna, praepositum ecclesiae Massiliensis, ne de Curia apostolica discedat. (Reg. 115, fol. 50 (78) v°, c. 332).

« *Gasberto, archiepiscopo Arelatensi, camerario nostro.* Certis ex causis — Datum Avinione, XI kalendas decembris, anno tertio decimo ».

3729 24 novembre 1328.

Philippo, regi Franciae, ut Robertum Albaron, dominum de Montefrino, in ea quae in regali curia expedire habet, commendatum habeat. (Reg. 115, fol. 117 (145), c. 673).

« *Eidem* [*regi Francie*]. Cum dilectus filius — Datum VIII kalendas decembris, anno tertio decimo ».

3730 Avignon, 27 novembre 1328.

Berengario Ermengavi ut subsidium a Narbonensi, Carcassonensi, Bitterensi, Lodovensi, Electensi, Sancti Pontii Thomeriarum, Uticensi, Nemausensi, Agathensi et Magalonensi officialibus pro repressione haereticorum collectum recipiat solventesque quittat. (Reg. 115, fol. 102 (130) v°, c. 585).

« *Berengario Ermengavi, Apostolice Sedis nuncio.* Pridem dilectis filiis — Datum Avinione, V kalendas decembris, anno tertio decimo ».

3731 30 novembre 1328.

Regi Franciae quod ad preces suas absolvit Flamingos. (Reg. 115, fol. 117 (145), c. 672; — Fayen, *Lettres de Jean XXII*, II, n° 2258).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Licet absolutionem pro tam gravi et manifesta offensa Flamingis sic faciliter concedere pro eo nobis difficile quodam modo fuit et grave, quia facilitas venie incentivum tribuit sepius delinquendi, precibus tamen inclinati super hiis regiis, absolutionem ipsam eisdem impertiri concessimus, sicut in litteris nostris confectis super hoc plenius continetur. Datum II kalendas decembris, anno tertio decimo ».

3731 *bis* Avignon, 1er décembre 1328.

Joffrido de Asperomonte indulgentiam in articul mortis concedit. (Reg. 115, f. 83 (111), c. 485; — Sauerland, *Quellen zur lothringischen Geschichte*, p. 266, n° 565).

« *Joffrido de Aspromonte, nobili viro, Virdunensis diocesis.* Provenit ex tue devotionis — Datum Avinione, kalendis decembris, anno tertio decimo ».

3732 Avignon, 5 décembre 1328.

Bartholomeo, episcopo Forojuliensi, ut contra monachos monasterii de Toroneto, ordinis Cisterciensis, suae diocesis, mercantes et seculariter viventes procedat, et bona, quae contra canones vel statuta ordinis illos habere repererit, sibi faciat assignare. (Reg. 115, fol. 50 (78) v°, c. 334).

« *Bartholomeo, episcopo Forojuliensi.* Ad nostri apostolatus auditum nuper fidedigne relationis assertione pervenit, quod nonnulli monachi monasterii de Toroneto, ordinis Cisterciensis, tue diocesis, plus seculariter quam religiose viventes, aliosque suo pernicioso corrumpentes exemplo, contra sui professionem et honestatem ordinis se proprietarios constituunt et ad lucra secularia interdum etiam turpia et dampnata extendunt non absque dicti ordinis transgressione regule dampnabiliter manus suas; quodque ex hiis currum superbie, instigante diabolo, ascendentes, dilecto filio.. abbati ejusdem monasterii debitam denegant obedientiam, eidem incorrigibiles super predictis et aliis multipliciter se reddentes; ex quibus multa eidem monasterio provenire dicuntur temporalia incommoda, divinusque cultus ibidem, non sine Dei offensa minuitur et turbatur. Nostre igitur provisionis remedio super hoc humiliter implorato, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus per te vel alium seu alios, summarie, de plano et simpliciter super hiis et ea tangentibus te informans, omnia et singula bona que dictos monachos, vel eorum aliquem contra canonum (*sic*) vel ejusdem statuta ordinis habere repereris, in quibuscunque consistant, tibi facias nostro nomine assignari, illaque sub manu nostra, donec a nobis aliud in mandatis super hoc receperis, fideliter custodias et conserves, et demum informationem et quicquid super predictis egeris, nobis intimare ut ulterius in hac parte possimus, prout expedire videbimus, procedere non postponas. Contradictores etc. — Datum Avinione, nonis decembris, anno tertio decimo ».

3733 Avignon, 5 décembre 1328.

Arnaldo Regis et Olrico Saumate, ut subsidium pro repressione haereticorum Italiae in provincia Remensi exigant. (Reg. 115, fol. 103 (131), c. 586; — Fayen, *Lettres de Jean XXII*, II, n° 2261).

« *Arnaldo Regis, archidiacono Cameracensis et Olrico Saumate, canonico Ruthenensis, ecclesiarum.* Licet verisimiliter extimemus — Datum Avinione, nonis decembris, anno tertio decimo ».

3734 Avignon, 9 décembre 1328.

Senescallo Provinciae ut bona quae Clementia, quondam Franciae regina, in deposito in monasterio Beatae

Mariae de Nazareth dimisisse dicitur, executoribus testamenti dictae reginae assignent. (Reg. 115, fol. 56 (84) v°, c. 358).

« *Nobili viro Raynaldo de Scaleta, comitatuum Provincie et Forcalquerii senescallo.* Cum pro parte executorum testamenti seu ultime voluntatis inclite recordationis Clemencie, regine Francie et Navarre, nonnulla bona que dudum dicta regina dum viveret apud dilectas in Christo filias priorissam (*sic*) monasterii Beate Marie de Nazareth Aquensis, ordinis Predicatorum, in deposito seu commenda dicitur dimisisse, pro executione testamenti ejusdem regine complenda, sicut accepimus, repetantur, nobilitatem tuam requirimus et hortamur attentius quatinus bona hujusmodi dilectis filiis magistro Theobaldo de Meldis, clerico, et Gilberto Dalbodio, servienti armorum carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie illustris, executorum predictorum procuratoribus, si potestatem recipiendi ac quitandi de receptis et liberandi sufficientem exhibeant, sine difficultate qualibet restitui facias, dummodo aliud rationabile restitutioni evidenter non obviet supradicte. Datum Avinione, V idus decembris, anno tertio decimo ».

3735 Avignon, 9 décembre 1328.

Priorissae et conventui praefati monasterii Beatae Mariae de Nazareth ut bona praedicta eisdem Theobaldo et Gilberto assignent. (Reg. 115, fol. 57 (85), c. 359).

« *Eisdem priorisse et conventui.* Cum nonnulla bona — Datum ut supra ».

3736 Avignon, 9 décembre 1328.

Priori monasterii Beatae Mariae de Nazareth ut praefatos priorissam et conventum ad eamdem assignationem inducat. (Reg. 115, fol. 57 (85), c. 360).

« *Priori monasterii Beate Marie de Nazareth Aquensis, ordinis Predicatorum.* Cum nonnulla bona — Datum ut supra ».

3737 Avignon, 10 décembre 1328.

Regi Franciae de affectione erga Ecclesiam gratias agit et super negotia Johannis electi Abrincensis respondet. (Reg. 115, fol. 117 (145), c. 674).

« *Eidem* [*regi Francie*]. Regalis excellentie litteras nobis per dilectum filium magistrum Johannem Aufune, cantorem ecclesie Constantiensis, clericum et nuntium regium presentatas benigne recepimus, et tam contenta in eis quam que dictus nuntius, cui fidem indubiam petiit per litteras ipsas regia sublimitas adhiberi, proponere pro parte regia voluit, intelleximus diligenter. Sane de affectione sincera quam ad subveniendum Ecclesie Sancte Dei, si hoc tuorum negociorum pateretur conditio, asseruit idem nuntius te habere, magnificentie regie gratiarum referimus uberes actiones, Illius misericordiam obnoxius implorantes qui mari et ventis imperat et quiescunt, ut tua sic negocia dignetur disponere quod eidem matri tue Ecclesie in tam periculoso necessitatis articulo possis viriliter subvenire. Ceterum dilectum filium Johannem, electum Abrincensem, nuper ad nostram presenciam venientem, quem super hiis que pro suis habebat negociis agere citius, aliis arduis negociis occupati, nequivimus expedire, remittimus sicut decenter fieri potuit expeditum. Datum IIII idus decembris, anno tertio decimo ».

3738 Avignon, 11 décembre 1328.

Guillelmo Lachepelia administrationem prioratus ecclesiarum Sanctorum Romani et Cipriani, Caturcensis diocesis, per obitum Beraudi de Savinhaco vacantis et apostolicae dispositioni ea vice reservati committit. (Reg. 115, fol. 103 (131), c. 587).

« *Magistro Guillelmo Lachepelia, preposito de Navis in ecclesia Tutellensi, ordinis sancti Benedicti, administratori prioratus ecclesiarum Sanctorum Romani et Cipriani Caturcensis diocesis auctoritate apostolica deputato* (1). Volentes dudum de — Datum Avinione, III idus decembris, anno tertio decimo ».

3739 Avignon, 12 décembre 1328.

Episcopo Parisiensi facultatem concedit recipiendi cessionem Briocensis episcopatus a Matheo Briocensi electo desideratam. (Reg. 115, fol. 103 (131) v°, c. 590).

« *Episcopo Parisiensi.* Vacanti dudum ecclesia Briocensi nos de persona dilecti Mathei, electi

(1) Reg. *deputati.*

Briocensis, tunc absentis, de fratrum nostrorum consilio duximus providendum, eum preficientes eidem ecclesie in episcopum et pastorem. Et licet idem electus postmodum per procuratorem suum cum speciali mandato ad Sedem Apostolicam destinatum se pro communi servicio more Romane curie duxerit obligandum, provisionis sue litteris de Camera nostra receptis, propter quod ipsum eidem provisioni consensisse credebamus expresse, nunc tamen cedere, sicut accepimus, certis causis desiderat episcopatui Briocensi et juri sibi competenti quomodolibet ex premissis. Quocirca fraternitati tue recipiendi auctoritate nostra cessionem hujusmodi ab eodem electo, si eam coram te duxerit libere faciendam, plenam concedimus tenore presentium facultatem. Volumus autem quod super cessione hujusmodi confici facias publicum instrumentum harum seriem continens quod nobis e vestigio studeas destinare. Datum Avinione, II idus decembris, anno tertio decimo ».

3740 Avignon, 12 décembre 1328.

Matheo, electo Briocensi, de eadem cessione. (Reg. 115, fol 103 (131) v°, c. 591)).

« *Matheo, electo Briocensi, carissimi in Christo filii nostri Philippi regis Francie illustris cancellario.* Licet post provisionem — Datum ut supra ».

3741 Avignon, 18 décembre 1328.

Vapincensi, Regensi et Dignensi episcopis declarat quod decimae per unum annum in Provinciae ac Forcalquerii comitatibus Roberto regi Siciliae concessio facta ad redditus et proventus ecclesiasticos quorumcumque locorum praelatorum et personarum ecclesiasticorum a flumine Rodani usque ad Alpes Lombardiae consistentium quae ab eodem rege tenentur et movent et in quibus ipse mediate vel immediate jurisdictionem temporalem obtinet, etiamsi in praedictis comitatibus non existerent, extendatur, et eisdem episcopis mandat ut ad dictae decimae collectionem procedant. (Reg. 115, fol. 51 (79), c. 335; Reg. 89, fol. 1, c. 2; Reg. Avin. 34, Curiales, f. 396, c. 2) (1).

« ..*Vapincensi,.. Regensi et.. Dignensi episcopis.* Dudum attendentes labores varios et onera multiplicium expensarum que carissimum in Christo filium nostrum R., regem Sicilie illustrem, pro tuitione ac defensione regni Sicilie et terrarum citra Farum, quod et quas idem rex ab Ecclesia Romana tenere in feudum noscitur, oportebat de necessitate subire, cum nonnulli Dei et Ecclesie inimici de heresi etiam condempnati machinarentur sua presumptuosa superbia regnum et terras predicta hostiliter invadere, ac in nostros et Ecclesie dictique regis vassallos et subditos crudeliter desevire, memorato regi pro supportandis utilius tot laborum et expensarum sarcinis decimam omnium proventuum et reddituum ecclesiasticorum in Provincie ac Forcalquerii comitatibus consistentium, per unum annum in duobus terminis, medietatem ipsius videlicet in festivitate Omnium Sanctorum proximo preterita, et aliam medietatem ejusdem decime in instanti festo Resurrectionis Dominice persolvendam, de consilio fratrum nostrorum concessimus, ipsamque per vos ac subcollectores vestros a venerabilibus fratribus nostris.. archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis.. electis, ..abbatibus, ..prioribus, ..decanis, ..prepositis, ..archidiaconis, ..archipresbiteris et aliis ecclesiarum prelatis, ...capitulis, ..collegiis ac conventibus Cisterciensis, Cluniacensis, Premostratensis, Cartusiensis, Grandimontensis, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum, necnon Beate Marie Theotonicorum aliisque magistris, prioribus et preceptoribus ceterisque personis ecclesiasticis secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, in dictis comitatibus constitutis preterquam a magistro et fratribus Hospitalis Sancti Johannis Jherosolomitani, exigi volumus in eisdem terminis et levari sicut in litteris nostris inde confectis plenius continetur. Cum autem nonnulli prelati et persone ecclesiastice ex eo se a solutione hujusmodi decime de certis suis proventibus et redditibus ecclesiasticis facienda excusare nitantur, quia loca in quibus dicti redditus et proventus consistunt non esse asserunt de comitatibus antedictis, nos, hujus[modi] excusationis materiam amputare volentes, volumus et nostre intentionis existere tenore presentium declaramus quod decime predicte concessio ad redditus et proventus ecclesiasticos quorumcumque locorum prelatorum et personarum ecclesiasticorum a flumine Rodani usque ad Alpes Lombardie, quatenus comitatus protenduntur predicti, consistentium, que ab eodem rege tenentur et movent, et in quibus ipse mediate vel immediate jurisdictionem

(1) Dans ces deux derniers registres, à la date du 23 octobre 1328. Cf. *Jean XXII, Lettres communes*, t. VIII, n° 46215.

temporalem obtinet, etiam si [de] predictis comitatibus non existerent, extendatur. Proventus autem et redditus aliorum locorum dictorum prelatorum et personarum ecclesiasticarum, etiam infra limites et comitatus predictos consistentium, in quibus rex ipse mediate vel immediate dominium et jurisdictionem non obtinet, in concessione predicta intelligimus non includi. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus per vos et subcollectores predictos ad collectionem dicte decime juxta predictarum litterarum nostrarum continenciam et declarationis presentis tenorem procedere studeatis. Datum Avinione, XV kalendas januarii, anno tertio decimo ».

3742 Avignon, 19 décembre 1328.

Priori et conventui monasterii Cartusiae, Gratianopolitanae diocesis, domum de Templo, sitam in suburbio civitatis Caturcensis, cum omnibus bonis donat. (Reg. 115, fol. 52 (80), c. 340 ; — *Jean XXII, Lettres communes*, t. VIII, nº 43561).

« *..priori et conventui monasterii Cartusiensis per priorem soliti gubernari ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, Gracianopolitane diocesis.* Ad vestrum ordinem pium gerentes affectum, ut suos extendat ad Dei laudem et gloriam ac edificationem fidelium palmites, operosum libenter studium adhibemus. Cum itaque domus vocata de Templo, sita in suburbiis civitatis Caturcensis, que olim fuit ordinis Templi ante sublationem ipsius et ad Hospitale Sancti Johannis Jerosolimitani ex ordinatione Sedis Apostolice una cum aliis bonis dicti quondam Templi pervenit, quamque nostrum (1) et Ecclesie Romane nomine a dilectis filiis Helono de Villanova, magistro, et fratribus Hospitalis predicti acquisivimus, cum omnibus edificiis, domibus, bastimentis, plateis, viridariis et clausuris ibidem existentibus, necnon terris, vineis, pratis, domibus et feudis emphiteoticis, redditibus, censibus, locationibus, accapitis, laudimiis, dominiis et aliis obventionibus et juribus, tam directis quam utilibus, universis et singulis, in quibuscunque rebus et locis consisterent, ad magistrum et fratres ac Hospitale predicta pertinentibus quovismodo apta pro monasterio vestri ordinis predicti et ydonea existere dinoscatur, nos predictam domum cum ecclesia seu capella Beate Marie sita infra clausuram domus predicte, quam in monasterium vestri predicti ordinis auctoritate apostolica erigimus et eam monasterium ejusdem ordinis volumus et decernimus de cetero nuncupari, ac omnibus aliis edificiis, bonis et juribus supradictis ubicunque sint et quocunque nomine censeantur, ad opus ejusdem monasterii vobis et eidem ordini vestro habenda, tenenda et possidenda perpetuo eadem auctoritate apostolica de fratrum nostrorum consilio concedimus et donamus, volentes ac etiam decernentes quod amodo monasterium predictum omnibus privilegiis, libertatibus et immunitatibus vobis et eidem ordini apostolica vel alia quavis auctoritate concessis plene ac libere gaudeat ac si de monasterio ipso in eisdem privilegiis plena et expressa mentio haberetur. Nulli ergo etc. — Datum Avinione, XIIII kalendas januarii, anno tertio decimo ».

(1) Reg : *nostram*.

3743 Avignon, 19 novembre 1328.

Johanni, episcopo Carnotensi, ne Arnaldum, Sanctae Mariae in Porticu diaconum cardinalem, ratione archidiaconatus sui Carnotensis molestet. (Reg. 115, fol. 116 (144), c. 666).

« *Johanni, episcopo Carnotensi.* Nuper ex gravi — Datum Avinione, XIII kalendas decembris, anno tertio decimo ».

3744 Avignon, 20 décembre 1328.

Guillelmo de Bros, ut administratores hospitalis Sancti Andreae de Galliaco, Albiensis diocesis, qui per obitum Johannis de Rocolis, praeceptoris dicti hospitalis, diu vacavit, ad reddendam rationem Stephano de Rocolio, ejusdem hospitalis nunc praeceptori, pro tempore dictae vacationis inducat. (Reg. 115 fol. 104 (132), c. 592).

« *Guillelmo de Bros, sacriste ecclesie Forojuliensis.* Cum hospitale Sancti — Datum Avinione, XIII kalendas januarii, anno decimo tertio ».

3745 Avignon, 21 décembre 1328.

Regi Franciae respondet concedi non posse quod Balduinus archiepiscopus Treverensis dictum archiepiscopatum simul cum archiepiscopatu Maguntino tenere valeat. (Reg, 115, fol. 117 (145), c. 675).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Benigne recepimus regalis magnificencie litteras per quas cum omni modestia postulationem quandam que in ecclesia Maguntinensi de venerabili fratre nostro Balduyno, archiepiscopo Treverensi, facta fuisse dicitur, a nobis gratiose admitti, eidemque concedi archiepiscopo ut Maguntinensem et Treverensem ecclesias tenere simul valeat, celsitudo regia supplicavit, super quibus eidem breviter respondemus quod diu ante receptionem litterarum ipsarum prefate ecclesie Maguntinensis, cujus provisionem dudum ante novissimam vacationem ipsius nobis et Apostolice Sedi ea vice reservaveramus specialiter, de persona dilecti filii Henrici, electi Maguntinensis, nepotis venerabilis fratris nostri Henrici, archiepiscopi Coloniensis, quos utique tue excellencie devotos novimus et promptos ad omnia que tui respiciunt honoris augmentum, et de quorum devotione ac fidelitate nos et Ecclesia indubitatam fiduciam possumus gerere, duxeramus de fratrum nostrorum consilio providendum. Qui quidem electus suique ministri et officiales per ecclesias collegiatas civitatis Maguntinensis, que sunt octo numero, ac populum honorabiliter et pacifice, sicut fida relatione percepimus, sunt recepti, dictique ministri et officiales pro eodem electo in civitate president antedicta. Et esto, fili carissime, quod adhuc non esset ecclesie memorate provisum, nequitur (1) honeste fieri quod litterarum ipsarum posterior clausula continebat, cum esset res proculdubio inaudita et insolita, ymmo potius monstruosa quod duos sic magnos et excellentes archiepiscopatus unus archiepiscopus obtineret. Quare nos habeat super hiis regia providencia quesumus excusatos. Datum Avinione, XII kalendas januarii, anno tertio decimo ».

3746 Avignon, 23 décembre 1328.

Raynaldo de Scaleta, ut bona quondam Clemenciae reginae Franciae Theobaldo de Meldis et Gilberto Dalbodis restituere non postponat. (Reg. 115, fol. 57 (85), c. 361).

« *Nobili viro Raynaldo de Scaleta, senescallo Provincie.* Receptis litteris tuis et diligenter inspectis, quibus super restitutione jocalium et aliarum rerum bone memorie Clemencie, regine Francie et Navarre, facienda dilecto filio Theobaldo de Meldis et Gilberto Dalbodis, nuntiis carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie illustris, ad partes ipsas propterea specialiter destinatis, multipliciter te excusas, videtur nobis et tibi, fili, sanius suademus ut observatis in hac parte mandatis nunciorum ipsorum, si sufficiencia fuerint, excusatione seu occasione qualibet et dilatione cessantibus, jocalia et res hujusmodi prefatis nunciis restituere non postponas. Datum X kalendas januarii, anno tertio decimo ».

(1) Reg : *nequiter.*

3747 Avignon, 23 décembre 1328.

Guillelmo Lachapelia ut Johannem Faberni, Cartusiensis ordinis priorem, in possessionem cujusdam domus que fuit ordinis olim Templi inducat. (Reg. 115, fol. 103 (131), c. 588).

« *Eidem magistro Guillelmo Lachapelia, vicario generali episcopi Caturcensis.* Gratum Altissimo qui non cessat a benedictionibus gratiarum cuique nunquam sine remuneratione servitur prestare obsequium probabiliter arbitramur si Cartusiensem ordinem, cujus sinceritas in sui simplicitate non deficit sed quasi lux splendens usque ad diem perfectum crescit, Domino promovente oportunis persequamur favoribus ipsiusque plantationem et cultum ampliare ad laudem divini nominis et animarum salutem fidelium studio paterne solicitudinis procuremus. Nuper siquidem domum que fuit ordinis olim militie Templi ante sublationem ejusdem, sitam in suburbiis civitatis Caturcensis, cum capella, edificiis, domibus, vineis, terris, ortis, gerdinis, redditibus, juribus, proventibus et bonis quibuscunque ad domum ipsam ubicunque pertinentibus, quam domum cum omnibus predictis a dilectis filiis ..magistro et fratribus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, ad quos post sublationem predictam ex commissione ac incorporatione bonorum Templi facta per Sedem Apostolicam pervenerat, emi nostro et Ecclesie Romane nomine fecimus et acquiri, prefato Cartusiensi ordini ac dilectis filiis ..priori et fratribus ordinis ejusdem duximus auctoritate apostolica in perpetum concedendum, volentes et etiam decernentes quod ecclesia seu capella Beate Marie dicte domus deinceps monasterium Cartusiensis ordinis nuncupetur. Sane cum dilectus filius Johannes Faberni,

dicti Cartusiensis ordinis monachus et prior monasterii prelibati, accedit illuc de nostro beneplacito cum certis sui ordinis fratribus in eodem monasterio moraturus, discretioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus eundem priorem in possessionem corporalem monasterii, domorum, edificiorum, vinearum, terrarum, ortorum, gerdiniorum, reddituum, jurium, proventuum et bonorum quorumcumque ad dictum monasterium spectancium, sicut ad predictam domum antea pertinebant inducens auctoritate nostra et defendens inductum, eidem de juribus, proventibus, redditibus et obventionibus supradictis integre facias responderi et nichilominus de redditibus, fructibus, juribus et obventionibus universis qui obvenerunt toto tempore quo sub manu nostra extitit dictus locus a quibuscunque illorum receptoribus seu administratoribus rationes audire et recipere legitimas studeas diligenter, faciendo tibi nostro nomine residua integraliter assignari eaque conservando fideliter et solerter donec aliud a nobis receperis super hoc in mandatis, super quibus omnibus necnon contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi plenam tibi concedimus tenore presentium facultatem. Datum Avinione, X kalendas januarii, anno tertio decimo ».

3748 Avignon, 29 décembre 1328.

Universis personis ecclesiasticis in Provinciae, Forcalquerii, Pedimontis comitatibus et aliis terris Roberti, regis Siciliae, existentibus, ut orent pro Carolo, praefati regis primogenito, duce Calabriae, mortuo, decem diebus indulgentiae orantibus concessis. (Reg. 115, fol. 52 (80) v°, c. 341).

« *Venerabilibus fratribus.. archiepiscopis et.. episcopis ac dilectis filiiis electis, abbatibus, prioribus, prepositis, necnon Predicatorum, Minorum, Beate Marie de Monte Carmelo, Heremitarum sancti Augustini et aliorum quorumcumque ordinum magistris, prioribus, ministris, custodibus et gardianis vel eorum vices gerentibus et aliis personis ecclesiasticis in Provincie, Forcalquerii, Pedimontis comitatibus et aliis terris carissimi in Christo filii nostri Roberti, regis Sicilie illustris, constitutis.* Quam ferventibus et — Datum Avinione, IIII kalendas januarii, anno tertio decimo ».

3749 Avignon, 1er janvier 1329.

Raymundo de Carargue, rectori ecclesiae parrochialis de Bisano, Narbonensis diocesis, quod fructus beneficiorum suorum in absentia usque ad biennium recipere possit, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis. (Reg. 115, fol. 102 (130) v°, p. c. 584 ; — *Jean XXII, Lettres communes*, t. VIII, n° 43686).

« Similis gratia (1) Raymundo de Carargue, rectori ecclesie parrochialis de Bisano, Narbonensis diocesis, usque ad biennium dumtaxat. Datum Avinione, kalendis januarii, anno tertio decimo ».

3750 1er janvier 1329.

Beatrici de Ungaria, quod preces ejus pro C. de Varey exaudire non potuit. (Reg. 115, fol. 57 (85), c. 363).

« *Beatrici de Ungaria, ordinis Cisterciensis, quondam Dalfini Viennensis relicte.* Preces, o filia, quas pro dilecto filio G. de Varey, monacho monasterii Athanatensis Lugdunensis, ordinis sancti Benedicti, ut de beneficio spectante ad collationem dilectorum filiorum abbatis et conventus monasterii Cluniacensis, Matisconensis diocesis, provideremus eidem, nuper nobis tua devotio destinavit, benignitate recepimus consueta. Verum quia dictum monasterium Cluniacense multum gravatum esse scimus in talibus et multum ydonee sunt ibi persone quibus deberi (2) beneficia potius dinoscantur, super petitis nos rationabiliter habeas excusatos. Datum kalendis januarii, anno tertio decimo ».

3751 5 janvier 1329.

Guillelmo Revelli et Guillelmo de Bos, ut omnia quae de bonis quondam Garciae, episcopi Aquensis, dispositioni apostolicae reservatis, colligenda restant, exigant et recipiant. (Reg. 115, fol. 127 (155), c. 754).

« *Guillelmo Revelli, decano de Burlacio, et Guillelmo de Bos, sacriste Forojuliensis ecclesiarum, Apostolice Sedis nunciis.* Dudum, dilectis filiis — Datum nonis januarii, anno tertio decimo ».

(1) Cf. n. 3724.
(2) Reg. : *qui a deleri.*

3752 Avignon, 8 janvier 1329.

Regi Franciae ut Robertum de Ponciaco, juris civilis professorem, Roberto regis Siciliae ambaxiatorem benigne recipiat. (Reg. 115, fol. 117 (145), c. 677).

« *Philippo, regi Francie.* Cum dilectus filius Robertus de Ponciaco, juris civilis professor, carissimi in Christo filii nostri R. regis Sicilie illustris ambaxiator ex parte regis ejusdem ad tue celsitudinis presenciam pro certis negociis destinetur, serenitatem rogamus regiam et hortamur attente quatinus eundem ambaxiatorem, quem benivolencie regie commendamus, velit magnificencia regalis benigne, rogantis et mittentis consideratione, recipere, audire favorabiliter et celeriter sicut commode fieri poterit expedire. Datum Avinione, VI idus januarii, anno tertio decimo ».

3753 Avignon, 8 janvier 1329.

Roberto de Atrebato super eodem. (Reg. 115, fol. 117 (145), c. 678).

« *Roberto de Atrabato, comiti Bellimontis.* Dilectum filium R. de Ponciaco — Datum ut supra ».

3754 Avignon, 9 janvier 1329.

Petro de Meunaco indulgentiam in mortis articulo concedit. (Reg. 115, fol. 104 (132), c. 593).

« *Magistro Petro de Meunaco, canonico Caturcensi, regestratori litterarum nostrarum.* Fervor devotionis et — Datum Avinione, V idus januarii, anno tertio decimo ».

3755 Avignon, 9 janvier 1329.

Alasiae de Montelanardo similen indulgentian concedit. (Reg. 115, fol. 104 (132), c. 594).

« *Nobili mulieri Alasie de Montelanardo, Caturcensis diocesis.* Ferventis devotionis affectus — Datum ut supra ».

3756 Avignon, 11 janvier 1329.

Henrico Dalfini de quadam petitione quam ipse exaudire non potuit respondet et excusationem petit. (Reg. 115, fol. 57 (85), c. 361 *bis*).

« *Henrico Dalfini, domino Montisalbani et Medulionis.* Ex serie litterarum nobilitatis tue ac hiis que lator earum sub commissa per litteras easdem credencia nobis pro parte tua exponere procuravit, benevolenciam quam ad nostros gerere dinosceris cognovimus evidenter, inde nobilitati eidem gratiarum actiones uberes exsolventes. Sed quia super negocio tangente materiam de qua mentio in ipsis litteris habebatur, tractatus aliqui erant, ante receptionem litterarum ipsarum, incepti, oblatis non valere (*sic*) annuere habeat nos tua providentia super hos excusatos. Datum III idus januarii, anno tertio decimo ».

3757 Avignon, 11 janvier 1329.

Bertrando de Cardaliaco, ut ad concordiam inter quosdam nobiles, quorum nomina non exprimuntur, reformandam studium adhibeat. (Reg. 115, fol. 117 (145), c. 676).

« *Nobili viro Bertrando de Cardaliaco, militi, familiari nostro.* Utinam, fili, excusatio — Datum Avinione, III idus januarii ».

3758 Avignon, 14 janvier 1329.

Regi Francie ut super quibusdam regii honoris augmentum concernentibus Robertum de Atrebato benigne audiat. (Reg. 115, fol. 117 (145), c. 682).

« *Regi Francie.* Cum dilecto filio nobili viro R. de Atrabato, comite Bellimontis, super quibusdam honorem Dei et regii honoris augmentum concernentibus, colloquium habuerimus (*sic*) pluries et tractatum que idem comes poterit excellentie regie latius explicare. Super quibus ipsum, quesumus, benivolencia regia benigne audiat et fructum verborum percipiat et intelligat diligenter ac sibi nobisque super illis innotescere studeat sue beneplacitum voluntatis. Spiritus Domini cor in hiis et aliis illuminet regium et accendat ad ea que sue congruant voluntati. Amen. Datum Avinione, XIX kalendas februarii, anno tertio decimo ».

3759 Avignon, 14 janvier 1329.

Reginae Franciae super eodem, ut partes suas apud praedictum regem interponat. (Reg. 115, fol. 117 (145) v°, c. 683).

« *Regine Francie.* Cum quedam dilecto filio nobili viro Roberto de Atrebato, comiti Bellimontis, tue commiserimus excellencie referenda, quesumus ut eum benigne velit audire circumspectio regia, et si ad Dei laudem et augmentum honoris et status regii illa spectare perceperit, ut illa effectum sortiri celerem debeant velis interponere solicitudinis tue partes. Datum ut supra. »

3760 [Avignon, 14 ou 23 janvier 1329] (1)

Duci Borbonesii, de eodem. (Reg. 115, fol. 120 (148) v°, c. 710).

« *Ludovico, duci Borbonesii.* Cum dilectus filius nobilis vir Robertus de Attrabato, comes Bellimontis, quedam pro parte nostra tue nobilitati habeat explicare, nobilitatem rogamus eandem quatinus sibi fidem adhibeas credulam in hac parte. Datum ».

In e. m. Carolo, comiti Alenconii.

In e. m. Miloni, domino de Noeriis.

In e. m. Johanni, electo Abrincensi.

In e. m. Petro, electo Atrabatensi.

In e. m. Matheo Ferrandi, regis Francie cancellario.

3761 23 janvier 1329.

Ancelmo, domino de Jamvilla, de venatione transmissa regratiatur. (Reg. 115, fol. 120 (148) v°, c. 709).

« *Ancelmo, domino de Jamvilla.* Venationem nobis nuper — Datum X kalendas februarii, anno tertio decimo ».

3762 Avignon, 31 janvier 1329.

Raymundo Stephani et Bertrandae, uxori ejus, indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 115, fol. 104 (132) v°, c. 597).

« *Nobili viri Raymundo Stephani et nobili mulieri Bertrande, uxori ejus, Caturcensis diocesis.* Sincere devotionis affectus — Datum Avinione, II kalendas februarii, anno XIII ».

(1) Cet acte n'est pas daté. Il a le même objet que les actes n°s 3758 et 3759, du 14 janvier, et se place dans le registre après l'acte 3761, du 23 janvier.

3763 Avignon, 1er février 1329.

Regi Franciae negotia Arnaldi Dueze, vicecomitis Caramanni, commendat. (Reg. 115, fol. 117 (145) v°, c. 679).

« *Regi Francie.* Negocia dilecti filii nobilis viri Arnaldi Dueza, vicecomitis Caramanni, si et quando illa per dilectum filium nobilem virum Bertrandum de Mier, hostiarium et familiarem nostrum, ad eas partes de nostro beneplacito accedentem explicari regali excellencie contigerit, eidem propensius commendamus. Datum Avinione, kalendis februarii anno tertio decimo ».

3764 Avignon, 5 février 1329.

Abbati monasterii de Altacumba, Cisterciensis ordinis, in eodem modo ac abbati monasterii Populeti, Terraconensis diocesis (1), committit in partibus Burgundiae recollectionem subsidii ab ordine Cisterciensi Sedi Apostolicae contra haereticos collati, ordinationem ejusdem subsidii factam Cistercii in capitulo generali anno millesimo CCC° XXVIII° inserens. (Reg. 115, fol. 162 (190), p.c. 943).

« *In e. m. abbati monasterii de Altacumba, Cisterciensis ordinis, Gebennensis diocesis, in partibus Burgundie,* verbis suo loco competenter mutatis. Datum ut supra [Avinione, nonis februarii, anno tertio decimo] ».

3765 Avignon, 6 février 1329.

Helyae de Nabinali ut Geraldo de Capmula, cantori ecclesiae Parisiensis, cui diversas clausas litteras super facto Francisci de Esculo, fautoris Michaelis de Cesena, mittit, assistenciam det. (Reg. 115, fol. 119 (147), c. 700) ; — Denifle et Chatelain, *Chartularium universitatis Parisiensis,* II, p. 320, n° 886).

« *Helye de Nabinali, de ordine fratrum Minorum.* Cum venerabilis frater noster Bertrandus episcopus Tusculanus, administrator ordinis fratrum Minorum generalis auctoritate apostolica deputatus, percepto nuper quod Franciscus de Esculo, de ordine predicto, fautor Michaelis de Cesena, olim prelibati ordinis generalis ministri, ad civitatem Parisiensem et partes alias Francie pro disseminandis pessimis erroribus et, quantum posset, cordibus

(1) Cf. Fayen, *Lettres de Jean XXII,* II, p. 261, n° 2370.

fidelium religiosorum et aliorum ac presertim carissimorum in Christo filiorum nostrorum.. regis et.. regine Francie illustrium aliorumque principum et magnatum a devotione Ecclesie subvertendis se jactaverat accessurum, dilectis filiis..ministro, custodi et.. gardiano fratrum dicti ordinis Parisiensium, ac.. confessori dicte regine ut premissis, si dictas forsan sententias Franciscus ea in partibus predictis attemptare presumit quomodolibet, obviantes, eundem Franciscum capiant, seu capi procurent, ad Sedem Apostolicam sub fida custodia transmittendum, diversas clausas litteras quas dilecto filio Geraldo de Capmulo, cantori ecclesie Parisiensis, mittimus providerit destinandas, discretionem tuam de qua fiduciam in Domino gerimus specialem rogamus et hortamur attente quatinus eidem cantori super premissis assistens, ut illi quibus dicte littere diriguntur ipsorumque singuli circa executionem contentorum in eisdem litteris adhibeant diligenciam operosam, sic tue solicitudinis studium interponas quod, preter perennis mercedis premium, nostram et ejusdem [Sedis] gratiam uberius merearis, nobis que super predictis acta quomodolibet fuerint fideliter rescripturus. Datum Avinione, VIII idus februarii, anno tertio decimo ».

3766 Avignon, 6 février 1329.

Geraldo de Capmulo, ut quasdam clausas litteras [super facto Francisci de Esculo, fautoris Michaelis de Cesena] eis quibus dirigentur praesentet. (Reg. 115, fol. 119 (147), c. 702).

« *Geraldo de Capmulo, cantori ecclesie Parisiensis.* Quasdam clausas litteras quas venerabilis frater noster B., episcopus Tusculanus, dilectis filiis.. ministro,.. custodi,.. gardiano Parisiensibus ac.. confessori carissime in Christo filie nostre Johanne, regine Francie illustris, transmittit, tibi una cum presentibus destinantes, volumus et tue discretioni mandamus quatinus litteras ipsas eis quibus diriguntur presenta [n]s, super illarum executione ac responsione sic tue solicitudinis studium efficaciter interponas quod tua prudencia debeat merito commendari, nobis rescripturus quicquid egeris in hac parte. Nos autem dilecto filio Helye de Nabinali de ordine fratrum Minorum, studenti Parisiis, per alias litteras scribimus ut tibi super premissis efficacibus operibus assistere non postponat. Datum ut supra ».

3767 Avignon, 7 février 1329.

Cum nonnulli tam nobiles quam innobiles clerici et laici Diensis, Vasionensis, Vapincensis, Tricastrensis et aliarum vicinarum dyocesum, hominum armatorum usque ad quinque millia multitudine congregata, terram comitatus Venayssini hostiliter invasissent, pluresque excessus commisissent, mandatur archidiacono Caturcensi et Guigoni Borrelli clerico Gratianopolitano ut super hiis informatione facta invasoribus restitutiones et emendas imponant, necnon ut similiter contra eos qui gentibus baroniarum Montisalbani et Medullionis varias injurias intulerant inquisitionem faciant. (Reg. 115, fol. 51 (79), c. 337).

« *Stephano de Diosido, archidiacono Caturcensi, judici majori comitatus Venayssini, et Guigoni Borrelli, clerico Gratianopolitane diocesis, juris peritis.* Ad nostram nuper audientiam clamosa multorum insinuatione pervenit quod nonnulli tam nobiles quam innobiles clerici et layci Diensis, Vasionensis, Vapincensis, Tricastrinensis et aliarum vicinarum diocesum, Deum et Romanam matrem suam Ecclesiam offendere, proximum ledere pacemque turbare cunctis mortalibus placidam in suarum animarum salutis et fame dispendium non verentes, hiis diebus preteritis hominum armatorum usque ad quinque milia vel circa tam equitum quam peditum multitudine congregata terram comitatus Venayssini ad nos et Romanam Ecclesiam pleno jure spectantis hostiliter vexillis explicitis subintrarunt, et ad castra de Valriaco ac Richarenchiarum ac de Monteacuto et de Grisone et quedam alia loca infra dictum comitatum consistentia et ad nos et Ecclesiam memoratam immediate spectancia gressus suos dirigentes propere, illaque more hostili et predonico expugnantes, nonnullas domos in castris et locis predictis seu eorum pertinenciis consistentes in quibus erant fena, palee, blada, ligna et bona diversa alia hominum et habitatorum castrorum et locorum predictorum et nonnulla molendina etiam ignis incendio concremarunt, ac tam hominum et habitatorum ipsorum quam aliorum qui cum bonis et rebus suis illuc venerant animalia, merces, res et bona ibidem reperta rapuerunt violenter, nonnulla ex ipsis consumendo seu nequiter asportando et alios excessus horribiles non sine vulnerum illatione crudelium, strage quorundam hominum ac vastationibus et depopulationibus publicis, non parcentes statui, sexui vel etati, dampnabiliter committendo, nec hujusmodi contenti facinoribus, ecclesiam dicti loci Richarenchiarum, ejusdem Tricastrine diocesis, intrantes,

fractis ipsius januis violenter sanctorum reliquias, vasa sacra, vestes sacerdotales, ornamenta et paramenta ibidem divino cultui deputata dampnatis rapuerunt ausibus et sacrilegis manibus asportarunt. Cum autem premissa sic in divine magestatis offensam, Apostolice Sedis contumeliam et contemptum, ac hominum predictorum et aliorum multorum grave dispendium et jacturam preteriri sub dissimulationis neglectu nequaquam debeant, presertim cum adeo fore dicantur in partibus illis notoria quod nulla possunt tergiversatione celari : discretioni vestre per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus vos super predictis et ea tangentibus summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura judicii exacta diligencia informantes, de bonis raptis et asportatis hujusmodi si extant, alioquin de valore seu extimatione illorum ac dampnis datis eis a quibus rapta seu ablata bona predicta et dampna illata fuerunt, restitutionem et emendam per invasores, aggressores, asportatores et depredatores predictos fieri et prestari, sicut rationi et equitati convenire videritis, faciatis, contradictores quoslibet super hiis et rebelles spirituali et temporali districtione, appellalatione postposita, ratione previa compellendo, non obstante si eis vel eorum aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum quatinus interdici, suspendi vel excommunicari non possunt per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Demum vero informationem et quicquid super predictis feceritis nobis et eidem Sedi referre fideliter, ut ordinare possimus super premissis ulterius quod nobis justum et equum videbitur, studeatis. Ceterum cum gentes et habitatores comitatus predicti per gentes et habitatores baroniarum Montisalbani et Medullionis conquerendo graviter asserant sibi et dicto comitatui preteritis temporibus injurias, occupationes personarum et rerum violencias et dampna varia per aggressiones et infultus hostiles, rapinas et incendia, vastationes et depopulationes publicas aliosque modos varios illata fuisse, nos volentes exhiberi super predictis justiciam et debitam quorum intererit satisfactionem impendi, volumus ac vobis etiam committimus et mandamus ut secundum articulos vobis per gentes et habitatores ejusdem comitatus traditos vel tradendos super predictis et ea tangentibus summarie, simpliciter et de plano veritatem diligencius inquirentes, inquisitionem et quicquid in hac parte duxeritis faciendum mittere et referre nobis et Sedi memorate curetis, testes super predictis nominandos ad prebendum veritati testimonium districtione simili si necesse fuerit nichilominus compellendo. Interim, vero, omnibus et singulis clericis et laycis de quibus vobis videbitur sub spiritualibus et temporalibus penis et sentenciis per vos adversus transgressores sicut expediens cognoveritis infligendis, ne ad novitates aliquas contra se adinvicem procedere presumant indebitas, inhibere districtius quando et quociens oportunum cognoveritis studeatis. Quod si ambo premissis exequendis non potueritis aut nolueritis aut forsan plus debito distuleritis interesse, volumus quod tu, fili archidiacone, ea nichilominus exequaris. Datum Avininione, VII idus februarii, anno tertio decimo ».

3768 Avignon, 8 février 1329.

Regi Franciae, ut Paulum de Comite, capellanum apostolicum, in possessionen canonicatus et praebendae quos prius in Carnotensi ecclesia obtinebat, reduci faciat. (Reg. 115, fol. 117 (145) v°, c. 680).

« *Eidem* [*regi Francie*]. Ex parte dilecti filii Pauli de Comite, canonici Carnotensis, capellani nostri, nuper accepimus quod quidam dudum (1), tibi, fili carissime, suggerentes canonicatum et prebendam, quos idem capellanus diutius obtinuit in ecclesia Carnotensi, per ipsius obitum aut laicationem seu per adhesionem et fautoriam quas cum infidelibus et rebellibus Dei et Ecclesie fecisse ac prestitisse in partibus Italie asserebant, infra tempus novissime vacationis ecclesie Carnotensis per assumptionem dilecti filii nostri Petri, tituli Sancti Martini in Montibus presbiteri cardinalis, olim Carnotensis episcopi, ad cardinalatus honorem vacavisse, ipsos canonicatus et prebendam procuraverunt certe persone per regiam sublimitatem conferri, quodque idem capellanus pretextu collationis hujusmodi, sua possessione dictorum canonicatus et prebende, in quibus se tunc esse ac diutius fuisse asserit, pacifica extitit spoliatus. Sane, cum informatione previa diligenti percepimus dictum capellanum in statu clericali, utpote infra sacros ordines constitutum vivere, nec dictis infidelibus adhesisse, quin immo nobis et Ecclesie ac carissimo in Christo filio nostro Roberto, regi Sicilie illustri, fidelem et devotum jugiter exti-

(1) Dudum *bis in Reg.*

tisse, regalem rogamus excellentiam attentius et hortamur quatinus impedimentum occasione premissorum eidem capellano suo canonicatu et prebenda predictis appositum, ut prefertur, sic regia providencia faciat celeriter amoveri quod idem capellanus ad possessionem suam hujusmodi, sicut rationi et equitati congruit, reducatur. Datum Avinione, VI idus februarii, anno tertio decimo ».

3769 Avignon, 8 février 1329.

Decano et capitulo ecclesiae Carnotensis, ut eundem Paulum in praefatam possessionem reducant. (Reg. 115, fol. 117 (145) v°, c. 681).

« ..*decano et capitulo ecclesie Carnotensis*. Ex parte etc. — Datum ut supra ».

3770 Avignon, 8 février 1329.

Regi Franciae negotia Guillelmi, abbatis monasterii Grassensis in curia regali expedienda commendat. (Reg. 115, fol. 118 (146), c. 684).

« *Regi Francie*. Cum dilectus filius Guillelmus, abbas monasterii Grassensis, quedam sua et monasterii sui predicti negocia, super quibus in suis juribus et defensionibus nondum auditus (1), sicut asserit, extitit, habeat in regali curia expedire, magnificenciam regiam deprecamur quatinus eundem abbatem habens regalis excellentia pro divina et Apostolice Sedis reverencia commendatum, eum super eisdem juribus et defensionibus sic benigne audiri faciat, rigore justicie misericordia, si necesse fuerit, temperata, quod eum rigor hujusmodi a suis legitimis defensionibus non excludat. Datum Avinione, VI idus februarii, anno tertio decimo ».

3771 Avignon, 8 février 1329.

Roberto de Attrabato super eodem. (Reg. 115, fol. 118 (146), c. 685).

« *Roberto de Attrabato, comiti Bellimontis*. Licet dilectum filium — Datum ut supra ».

(1) Reg. : *auditis*.

3772 Avignon, 8 février 1329.

Matheo Ferrandi, cancellario Franciae, super eodem. (Reg. 115, fol. 118 (146), c. 686).

« *Matheo Ferrandi, cancellario regis Francie*. Dilectum filium G. — Datum ut supra ».

3773 Avignon, 11 février 1329.

Guillelmo de La Sala, ut fautores et complices Ludovici de Bavaria, Petri de Corvaria et Michaelis de Cesena perquirat eosque captos ad Apostolicam Sedem mittat. (Reg. 115, fol. 104 (132) v°, c. 598 ; — Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 413, n° 1142).

« *Guillelmo de La Sala, rectori ecclesie de Ostangiis, Lemovicensis diocesis*. Auditui nostri apostolatus — Datum Avinione, III idus februarii, anno tertio decimo ».

3774 11 février 1329.

Bernardo Jordani, de provisione monasterii Sancti Saturnini Tholosani. (Reg. 115, fol. 130 (158) v°, c. 776).

« *Bernardo Jordani, domino de Insula*. Tam per litteras nobilitatis tue quam dilecti filii magistri Vitalis de Prinhaco, prepositi ecclesie Rivensis, relationem letanter accepimus te in curia Francie fuisse per gentes regias receptum honorabiliter et tua negocia feliciter expedisse. Super provisione vero monasterii Sancti Saturnini Tholosani nos quoad personam pro qua primo supplicaveras sicut alias excusantes, exaudire pro alia pro qua postmodum institeras decenter non possumus preces tuas, cum antequam institisses pro ea concepissemus de alia quam prefato monasterio existere perutilem credimus providere ; quare nos eadem nobilitas super hiis habeat excusatos. Datum III idus februarii, anno tertio decimo ».

3775 13 février 1329.

Petro archiepiscopo Lugdunensi ut ea quae sibi a Guillelmo La Sala, rectore ecclesiae de Hostangant, Lemovicensis diocesis, mandat, exequatur. (Reg. 115, fol. 58 (86), c. 369).

« *Petro, archiepiscopi Lugdunensi.* Illam de tua devotione in Domino fiduciam obtinentes quod ea que grata nobis agnoveris diligentius exequaris, fraternitatem tuam ea qua valemus affectione rogamus et in Domino exhortamur quatinus dilecto filio Guillelmo La Sala, rectori ecclesie de Hostangant, Lemovicensis diocesis, exhibitori presentium, super hiis que pro parte nostra te requirendum duxerit fidem indubiam adhibens, ea studeas diligenter executioni celeri demandare, nobis inde proculdubio plurimum placiturus. Datum idibus februarii, anno tertio decimo ».

In e.m. Bertrando, archiepioscopo Viennensi.

In e.m. ..archiepiscopo Bisuntino ».

3776 Avignon, 18 février 1329.

Johanni de Grilliaco et Blanchae de Fuxo, quod matrimonium etiam tempore prohibito contrahere possint. (Reg. 115, fol. 127 (155), c. 755).

« *Nobili viro Johanni de Grilliaco, nato dilecti filii nobilis viri Johannis, vicecomitis Benaugiarum, et dilecte in Christo filie nobili mulieri Blanche de Fuxo.* Quia nonnunquam propter — Datum Avinione, XII kalendas marcii, anno tertio decimo ».

3777 Avignon, 20 février 1329.

Regi Franciae, de dispensatione matrimonii inter Petrum Rippacurcie comitem, regis Aragonum germanum, et Elienordem, Cipri reginam. (Reg. 115, fol. 118 (146), c. 691).

« *Eidem* [*regi Francie*]. Nuper litteras regalis magnificencie nobis per dilectum filium nobilem virum Fervarium de Caneto, militem, carissimi in Christo filii nostri Alfonsi regis Aragonum illustris nuntium presentatas super dispensatione que per nos, ut dilectus filius nobilis vir Petrus comes Rippacurcie, dicti regis germanus, et carissima in Christo filia nostra Elienordis, regina Cipri, se invicem in gradu consanguinitatis prohibito attinentes, possent copulari matrimonialiter, fieri petebatur, benignitate recepimus consueta, et earum intellexi-mus seriem diligenter. Que autem prefato regi Aragonum super predictis per nostras providerimus litteras respondendum, cedula interclusa presentibus litterarum ipsarum tenorem continens ad satisfactionem regiam plenius reserabit. Datum Avinione, X kalendas marcii, anno tertio decimo ».

3778 Avignon, 22 février 1329.

Petro Bruni, quod inquisitoris officium in civitate Burdegalensi partibusque circumvicinis exercere potest. (Reg. 115, fol. 105 (133), c. 599).

« *Petro Bruni, de ordine Predicatorum, inquisitori heretice pravitatis in partibus Tholosanis auctoritate apostolica deputato.* Dudum tibi de — Datum Avinione, VIII kalendas marcii, anno tertio decimo ».

3779 Avignon, 25 février 1329.

Aymerico de Tureyo, ut permutationem quorundam bonorum ad domum Sancti Egidii Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani spectantia cum Roberto, domini castri Montisfrini, si viderit expedire, perficiat. (Reg. 115, fol. 105 (133), c. 600).

« *Dilecto filio Aymerico de Tureyo, priori domus Sancti Egidii Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani.* Supplicavit nobis dilectus — Datum Avinione, V kalendas marcii, anno tertio decimo ».

3780 Avignon, 26 février 1329.

Regi Franciae negotia Bertrandi episcopi Caturcensis in curia regali expedienda commendat. (Reg. 115, fol. 118 (146) v°, c. 692).

« *Eidem* [*regi Francie*]. Cum venerabilis frater noster Bertrandus, episcopus Caturcensis, quedam sua et ecclesie sue Caturcensis negocia habeat in regali curia, sicut accepimus, expedire, prefatos episcopum et ecclesiam regali benivolencie propensius commendantes, excellenciam regiam attentius deprecamur quatinus ipsos episcopum et ecclesiam suis juribus et defensionibus audiri benigne faciat et favorabiliter, justicie honestate previa, expediri. Datum IIII kalendas marcii, anno tertio decimo ».

3781 26 février 1329.

Petro, electo Atrebatensi, ut eidem Bertrando assistat. (Reg. 115, fol. 118 (146) v°, c. 693).

« *Petro, electo Atrabatensi.* Venerabilem fratrem nostrum — Datum ut supra ».

In e.m. Johanni, electo Abrincensi.

In e.m. nobili viro Petro, domino de Cunhanis.

In. e.m. nobili viro Thomae, domino de Marfontanis.

3782 27 février 1329.

Episcopo Valentinensi, ut ad pacem inter Valentinensem ecclesiam et domum de Pictavia procurandam studium adhibeat. (Reg. 115, fol. 57 (85) v°, c. 364).

« *Episcopo Valentinensi.* Dum pacis commoda que si inter Valentinensem ecclesiam et domum de Pictavia solida vigeat et dissensionis incommoda que si residivaret, quod absit, proventura sperari possunt verisimiliter cogitamus, profecto vias libenter exquireres per quas illa firma possit, actore Domino, persistere, istius periculis effugatis. Sane, (sicut), quia via se offert per quam janua aperiri commodis et claudi videtur posse dispendiis, sicut fidedigna relatio nostris auribus intimavit, illam in ore dilecti filii Guigonis de Sancto Germano, prepositi Aniciensis, capellani nostri, fraternitati tue referendam duximus imponendam, hortantes eandem ut super illa dicto magistro velis fidem indubiam adhibere ac, nisi tibi probabiliter aliud videatur, [ut] effectui mancipetur velis operosum studium adhibere. Datum III kalendas marcii, anno tertio decimo ».

3783 Avignon, 27 février 1329.

Catherinae de Greli indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 115, fol. 105 (133) v°, c. 601).

« *Nobili mulieri Catherine de Greli, Petragoricensis diocesis.* Provenit ex tue — Datum Avinione, III kalendas marcii, anno tertio decimo ».

In e.m. Franconi de Borto, familiari pape.

In e.m. Ysarno, domino de Lusegio, Caturcensis diocesis.

3784 Avignon, 27 février 1329.

Regi Franciae negotia Ademari, episcopi Vivariensis, in curia regali expedienda commendat. (Reg. 115, fol. 118 (146), c. 687).

« *Regi Francie.* Cum venerabilis frater noster Ademarus, episcopus Vivariensis, quedam habeat sua et ecclesie sue negocia in tua curia expedire, rogamus excellenciam regiam et hortamur attente quatinus ipsum et ejus ecclesiam pro nostra et Apostolice Sedis reverencia in illis propensius habeat commendatos. Datum Avinione, III kalendas marcii, anno tertio decimo ».

3785 Avignon, 27 février 1329.

Regi Franciae, ut tempus infra quod B., Nemausensis episcopus, pro praestandis hiis ad que tenetur astrictus est, usque ad unum annum prorogare velit. (Reg. 115, fol. 118 (146) v°, c. 694).

« *Regi Francie.* Cum venerabilis frater noster B., episcopus Nemausensis, nostris et Ecclesie Romane insistens negociis in partibus Lombardie, sicut diutius dinoscitur institisse, ad regalem presenciam pro prestandis hiis ad que, ratione bonorum sue Nemausensis ecclesie, astrictus asseritur, ad presens nequeat commode se conferre, magnificenciam regiam deprecamus quatinus tempus infra quod premissa prestare tenetur, sibi per litteras regias velit gratiose regalis sublimitas usque ad unum annum pro nostra et Apostolice Sedis reverencia prorogare. Datum III kalendas marcii, anno tertio decimo ».

3786 28 février 1329.

Arnaldo de Lardo, canonico, indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 115, fol. 127 (155) v°, c. 756).

« *Arnaldo de Lardo, canonico ecclesie Sancti Caprasii Agennensis.* Provenit ex tue — Datum II kalendas martii, anno tertio decimo ».

3787 28 février 1329.

Arnaldo de Lardo laico Condomiensis diocesis eandem indulgentiam concedit (Reg. 115, fol. 127 (155) v°, c. 757).

« *Nobili viro Arnaldo de Lardo, layco Condomiensis diocesis.* Benigno tibi sunt — Datum ut supra ».

3788 1er mars 1329.

Rogerio, episcopo Lemovicensi, ut votum beati Jacobi limina visitandi compleat, concedit. (Reg. 115, fol. 105 (133) vo, c. 602).

« *Rogerio, episcopo Lemovicensi.* Exhibite nobis tue petitionis series continebat quod cum in votis habeas beati Jacobi apostoli limina visitare, tibi super hoc impertiri licentiam dignaremur. Nos autem qui petitionibus tuis, hiis presertim que tue concernunt salutem anime, libenter annuimus, tuis supplicationibus inclinati, ut votum peregrinationis hujusmodi complere, assistente tibi divina gratia, valeas specialem tibi licenciam auctoritate presencium elargimur, proviso quod ecclesia tua detrimentum interim propter hoc in spiritualibus et temporalibus nullatenus patiatur. Datum Avinione, kalendis marcii, anno tertio decimo ».

3789 1er mars 1329.

Episcopo Lemovicensi mandat ut ad Curiam se conferat (Reg. 115, fol. 120 (148) vo, c. 711).

« *...episcopo Lemovicensi.* Cum per patentes alias nostras litteras tibi visitandi beati Jacobi apostoli limina licenciam duxerimus concedendam, volumus et placet nobis quod, sicut per tuas petiisti litteras, in progressu vel regressu tue peregrinationis hujusmodi, prout magis tibi oportunum extiterit, possis ad nostram presenciam te conferre. Datum kalendis marcii, anno tertio decimo ».

3790 Avignon, 4 mars 1329.

Arnaldo Regis et Olrico Saumate ut fructus archidiaconatus Valchiniensis, in ecclesia Cameracensi, quem Arnaldus Pascalis nunc carceribus mancipatus, prius obtinebat, recipiant et Camerae assignent. (Reg. 115, fol. 106 (134), c. 608 ; — Fayen, *Lettres de Jean XXII*, II, p. 269, no 2388.

« *Arnaldo Regis, archidiacono Cameracensi, capellano nostro, et Olrico Saumate, canonico Ruthenensi.* Cum Arnaldus Pascalis — Datum Avinione, IIII nonas marcii, anno tertio decimo ».

3791 Avignon, 6 mars 1329.

Geraldo de Bisturre, Apostolicae Sedis nuntio, facultatem redeundi ad Senonensem provinciam pro certis negotiis ibidem complendis concedit. (Reg. 115, fol. 105 (133) vo, c. 603).

« *Geraldo de Bisturre, decano ecclesie Andegavensis, Apostolice Sedis nuntio.* Dudum pro certis negotiis nos et Ecclesiam Romanam tangentibus te, de cujus circumspectione fiduciam in Domino gerimus specialem, ad Senonensem provinciam duximus destinandum. Volentes itaque quod ad eandem provinciam redeas pro complendis et exequendis que de negociis ipsis complenda et exequenda restare noscuntur, ut, non obstante quod pridem de beneplacito nostro ad Sedem Apostolicam duxeris conferendum, negocia ipsa complere et exequi valeas, secundum litterarum nostrarum tibi directarum continentiam et tenorem plenam tibi concedimus tenore presentium facultatem. Datum Avinione, II nonas marcii, anno tertio decimo ».

3792 Avignon, 6 mars 1329.

Eidem qui ad recipiendum fructus beneficiorum vacantium in Senonensi provincia deputatus erat, ut processus contra decanos de Gaya et de Vandepera, Cluniacensis ordinis, Trecensis et Lingonensis diocesum, non solventes debita ad quae tenentur, aggravet. (Reg. 115, fol. 105 (133) vo c. 604).

« *Eidem.* Cum pro eo — Datum ut supra ».

3793 Avignon, 6 mars 1329.

Eidem componendi cum priore prioratus Sancti Stephani Nivernensis ratione fructuum dicti prioratus facultatem concedit. (Reg. 115, fol. 105 (133) vo, c. 605).

« *Eidem.* Tua relatione nuper accepimus quod te dudum nomine Camere nostre petente fructus unius anni prioratus Sancti Stephani Nivernensis, ex eo quod ipsum censeri, certis ex causis, dicebas apud Sedem Apostolicam vacavisse, priore prioratus ejusdem contrarium asserente, inter te ac eundem priorem extitit sepius altercatum. Sane, quia ratione altercationis hujusmodi exactio seu collectio fructuum ejusdem prioratus in prejudicium dicte Camere fuisse dicitur retardata, nos de tue circumspectionis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes, ut cum eodem priore componere nomine dicte Camere vel alias prout tue discretioni videbitur super dictis fructibus ordinare valeas, plenam

tibi concedimus tenore presentium facultatem, volentes tamen quod Cameram ipsam de hiis que inde feceris reddere studeas fideliter certiorem. Datum ut supra ».

3794 Avignon, 6 mars 1329.

Eidem super fructibus ecclesiae de Varonis, Autissiodorensis diocesis, reservatis et Camerae Apostolicae debitis respondet. (Reg. 115, fol. 106 (134), c. 606).

« *Eidem*. Consultationi tue, an videlicet fructus ecclesie de Varonis, Autisiodorensis diocesis, que ultimo apud Sedem vacavit Apostolicam, licet auctoritate ordinaria fuerit certe persone de facto collata, ratione reservationis fructuum unius anni beneficiorum apud Sedem ipsam vacantium dudum sub certa forma per nos facte, nostre Camere debeantur, breviter respondentes, te scire volumus quod si ecclesia predicta vacavit apud Sedem eandem, et per eam non fuerat adhuc provisum de eadem ecclesia tempore reservationis de dictis fructibus, ut premittitur, per nos facte, fructus illius debentur predicte Camere juxta tenorem reservationis jamdicte, cum nullus preter nos potuerit de dicta ecclesia providisse. Datum ut supra ».

3795 Avignon, 6 mars 1329.

Eidem absolvendi concedat facultatem personas ecclesiasticas Senonensis provincie que, ratione subsidii colligendi pro haereticorum repressione, irregularitatis maculam contraxerunt. (Reg. 115, fol. 106 (134), c. 607).

« *Eidem*. Cum te pro colligendo subsidio per prelatos et personas ecclesiasticas provincie Senonensis Romane Ecclesie pro repressione hereticorum et rebellium fideique catholice defensione promisso, dudum duxerimus destinandum, compellendi, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam eos qui dictum recusarent solvere subsidium tibi per nostras certi tenoris litteras potestate concessa, ut, cum personis dicte provincie que tuis auctoritate dictarum litterarum latis excommunicationis vel aliis spiritualibus ligate sententiis, celebrando divina vel immiscendo se illis, non tamen in contemptum clavium, irregularitatis maculam contraxerunt, postquam ab eisdem sententiis per te fuerint absolute super irregularitate hujusmodi, auctoritate nostra valeas dispensare, injuncto (*sic.*) inde sibi que de jure videris injungenda, plenam concedimus tenore presentium potestatem. Datum ut supra ».

3796 Avignon, 9 mars 1329.

Petro Arquerii, ut Bartholomeum et Guillelmum de Cuminhano, cives Astenses, ad assignandum pecunias quondam Benedicto Rotharii debitas compellat. (Reg. 115, fol. 106 (134) v°, c. 610).

« *Magistro Petro Arquerii, decano ecclesie Rothomagensis, capellano nostro, Apostolice Sedis nuncio.* Cum sicut nuper — Datum Avinione, VII idus martii, anno tertio decimo ».

3797 Avignon, 9 mars 1329.

Eidem, ut pecunias ab universitate villae Sancti Trudonis, Leodiensis diocesis, ratione dampnorum in bonis praefati Benedicti Rotarii illatorum oblatas recipiat et eamdem universitatem processibus inchoatis liberet. (Reg. 115. fol. 106 (134) v°, c. 611 ; — Fayen, *Lettres de Jean XXII*, II, n° 2397).

« *Eidem nuncio.* Relatione percepimus fidedigna — Datum ut supra».

3798 9 mars 1329.

Ludovico comiti Flandriae ut Raynaldum Zenardi de Laudo in agendis commendatum habeat. (Reg. 115, fol. 119 (147), c. 704 ; — Fayen, *Lettres de Jean XXII*, II, p. 277, n° 2398).

« *Ludovico, comiti Flandrie.* Cum dilectus filius — Datum VII idus marcii, anno tertio decimo ».

3799 10 mars 1329.

Regi Franciae ut Deodatum dominum de Severiaco, qui quaedam in curia regia expedire habet, commendatum habeat. (Reg. 115, fol. 118 (146) v°, c. 695).

« *Eidem* [*regi Francie*]. Cum dilectus filius nobilis vir Deodatus, dominus de Severiaco,

quedam habeat agenda sua, ut asserit, in regia curia expedire, magnificenciam tuam rogamus et hortamur attente ut in illis, pro reverencia nostra et Apostolice Sedis, ipsum propensius habeas commendatum ».

« In e. m. Matheo Ferrandi, ipsius regis cancellario. Datum VI idus marcii, anno tertio decimo ».

3800 11 mars 1329.

Petro Arquerii, ut praelatos et personas ecclesiasticas civitatis, diocesis et provinciae Rothomagensis ad subsidium contra haereticos Italiae solvendum hortatur. (Reg. 115, fol. 120 (148) v°, c. 712).

« *Petro Arquerii, decano Rothomagensi, capellano nostro, Apostolice Sedis nuncio.* Olim pro magnis et arduis Ecclesie Romane necessitatibus, quibus, pro reprimendis multorum hereticorum et rebellium adversus Deum et ipsam Ecclesiam fidemque catholicam in partibus Italie crudeliter sevientium ausibus temerariis et dampnandis, fideique defensione predicte que ab ipsis periculose nimium in partibus eisdem impetitur, tunc subiciebatur Ecclesia ipsa importabiliter, sicut adhuc noscitur continue pregravari, a venerabilibus fratribus nostris.. archiepiscopo Rothomagensi ejusque suffraganeis aliisque personis ecclesiasticis civitatis, diocesis et provincie Rothomagensium per nostras certi tenoris litteras subsidium duximus postulandum, te ad hoc cui credenciam per litteras ipsas concessimus nostro et Apostolice Sedis nuncio deputato. Et licet nonnulli ex prelatis et personis predictis necessitates considerantes predictas et eidem Ecclesie, matri sue, pie compacientes, tanquam devoti ejusdem filii et fidei zelatores predicte fervidi, super eis prompte gratis et libere ipsi Ecclesie providerint subvenire, quidam tamen alii pauci respectu numero (*sic*) ab aliis, nescimus quo ducti spiritu, discrepantes et matri sue predicte, cujus foventur et substentantur uberibus, pietatis erga eam claudentes viscera, sibi exhibere subventionis auxilium in hujusmodi necessitatis articulo, quod moleste referimus, denegarunt. Nos autem adhuc probare volentes an ipsi, saniori ducti consilio et ingratitudinis vitio relegato, aliorum omnium qui pro divina et ipsius Ecclesie reverencia zeloque orthodoxe fidei et suarum animarum salutis obtentu se liberales exhibuerint super hiis voluerint in hac parte vestigia immitari, discretioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus omnes et singulos prelatos et personas ecclesiasticas dictarum civitatis, diocesis et provincie, qui nondum subsidium hujusmodi prestiterunt, ex parte nostra requirere studeas effecaciter et hortari ut, se aliorum piis et laudandis actibus per humilis obediencie spiritum conformantes, memorate Ecclesie procurent super tantis necessitatibus fidem predictam tangentibus, congrue sicut ceteri, cum partem a suo toto discrepare non deceat, subvenire, nos certificaturus nichilominus de nominibus obediencium et inobediencium si qui, quod absit, circa premissa fuerint, ac de omnibus que in hac parte continget fieri singulariter et distincte. Datum Avinione, V idus marcii, anno tertio decimo ».

In e. m. Petro Guigonis de Castronovo, canonico Lingonensi, in civitatibus, diocesibus ac provinciis Treverensibus et Bisuntimis.

3801 Avignon, 12 mars 1329.

Hugoni de Engolisma et Olivario de Serzeto, ut ad restitutionem compellant illos qui bona quondam Bertrandi, abbatis monasterii Montismajoris, ordinis sancti Benedicti, Arelatensis diocesis, dispositioni apostolicae reservata, in castro de Miromari, ejusdem diocesis, rapuerunt. (Reg. 115, fol. 52 (80), c. 338).

« *Hugoni de Engolisma, archidiacono Cantuariensis, et Olivario de Serzeto, capellano nostro, canonico Pictavensis ecclesiarum.* Auditui nostri apostolatus nuper innotuit quod quondam Bertrando, abbate monasterii Montismajoris, ordinis sancti Benedicti, Arelatensis diocesis, cujus bona mobilia nos dispositioni nostre duxerimus certis causis rationabilibus reservanda pridem, in castro de Miromari, ejusdem diocesis, gravato egritudine qua decessit, nonnuli religiosi et seculares clerici et layci quandam cameram dicti castri ubi dictus abbas thesaurum suum reconditum conservabat, fractis violenter ostiis ejusdem camere, subintrantes et manus suas rapaces ad thesaurum hujusmodi in nostrum, ad quos thesauri ejusdem ratione dicte reservationis pertinebat dispositio, contemptum et prejudicium extendentes, vasa argentea, monetam auream et argenteam et alia multa bona usque ad valorem quinquaginta milium florenorum auri extraxerunt exinde violenter et furtive, ac secum nequiter asportarunt. Volentes itaque the-

saurum et bona predicta Camere nostre integraliter restitui, ut ordinare de illis quod nobis videbitur valeamus, discretioni vestre per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus vos vel alter vestrum de premissis et eorum singulis summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura judicii veritatem solerter et fideliter inquirentes, omnes illos et singulos quos de predictis thesauro et bonis aliqua repereritis habuisse, ad ea predicte Camere restituenda integraliter per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellatis, non obstantibus exemptionis... mentionem. Datum Avinione, IIII idus marcii, anno tertio decimo ».

3802 Avignon, 13 mars 1329.

Petro Guigonis de Castronovo, ut archiepiscopum Bisuntinum, abbatem monasterii Sancti Vincentii Bisuntini, ordinis sancti Benedicti, et nonnullos alios qui quasdam pecuniae quantitates tam de decimis impositis quam de subsidiis oblatis collegerunt, ad easdem pecunias assignandas compellat et eos quittet. (Reg. 115, fol. 106 (134), c. 609).

« *Petro Guigonis de Castronovo, canonico Lingonensi, Apostolice Sedis nuntio.* Cum venerabilis frater — Datum Avinione, III idus marcii, anno decimo tertio ».

3803 15 mars 1329.

Abbatem Altaecumbae hortatur quatinus circa collectionem subsidii per Cisterciensem ordinem pro defensione catholicae fidei concessi studium adhibeat (Reg. 115, fol. 57 (85) v°, c. 367).

« *Abbati monasterii Altecumbe, Cisterciensis ordinis, Gebennensis diocesis.* Pridem subsidii per ordinem Cisterciensem in capitulo generali novissime celebrato pro defensione fidei catholice ac repressione hereticorum et rebellium sub certa forma Ecclesie Romane concessi te, de cujus circumspectione confidimus, collectorem in partibus Burgundie extra regnum Francie per alias nostras certi tenoris litteras duximus deputandum. Sane quia, sicut accepimus, nonnulli que sunt partes Burgundie in dubium revocare nituntur, nos provideri super collectione [ne] ob dubitationem hujusmodi predicti subsidii tibi possit interponi obstaculum cupientes, nostre intentionis existere tenore presentium declaramus quod ad omnia monasteria dicti ordinis in tota terra Sabaudie ac Viennensi, Bellicensi (1), Gebennensi, Vaudensi, Lugdunensi, Bisuntinensi, Lausanensi, Tarantasiensi, Maurinensi et Gracianopolitana aliisque terris ac civitatibus et diocesibus inde usque in Alamanniam constitutis eorumque abbates et personas alias in concessione subsidii prelibati expressas, commissa tibi potestas per dictas litteras nostras super collectione hujusmodi subsidii extra regnum predictum Francie extendatur. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus sic solerter et fideliter circa collectionem hujusmodi studeas te habere quod inde tua discretio valeat merito commendari. Datum idibus marcii, anno tertio decimo ».

3804 15 mars 1329.

Episcopum Argentinum in eodem modo ac episcopum Pragensem hortatur ut Henrico, quem, post obitum Mathiae archiepiscopi Maguntini, eidem ecclesiae Maguntinae ea vice dispositioni apostolicae reservatae in pastorem ipse praefecit, pareat. (Reg. 115, fol. 94 (122) v°, p. c. 536 ; — Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 414, n° 1147).

« In e. m. episcopo Argentino. Sicut tuam frater — Datum idibus marcii, anno tertio decimo ».

3805 Avignon, 15 mars 1329.

Regi Franciae, de receptione ejus litterarum. (Reg. 115, fol. 118 (146), c. 690).

« *Regi Francie* Regalis magnificentie litteras nobis per dilectum filium Guidonem Julioti, clericum et nuntium regium, presentatas benigne recepimus, et que continebantur in eis intelleximus diligenter, ad ea tue celsitudini respondere in proximo plenius intendentes. Datum Avinione, idibus marcii, anno tertio decimo ».

3806 Avignon, 17 mars 1329.

Reginae Franciae diffinitivam sententiam per Johannem episcopum Reatinum super matrimonio haeresiarchae

(1) Lecture douteuse. *Reg.* : Brissensis.

Petri de Corvaria promulgatam mittit. (Reg. 115, fol. 118 (146), c. 688 ; — Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 415, nº 1149).

« *Johanne, regine Francie.* Nuper quendam processum habitum coram venerabili fratre nostro Johanne episcopo Reatino, auctoritate ordinaria cognoscente super matrimonio illius scismatici et heresiarche Petri de Corvaria et ejusdem mulieris eundem Petrum in suum virum legitimum vendicantis, per dilectum filium magistrum Johannem Aufune cantorem Constanciensem ad partes Francie duximus destinandum. Nunc autem missa nobis diffinitiva sentencia per dictum episcopum super eodem matrimonio promulgata, illam sub sigillis autenticis dilecto filio nobili viro Bertrando de Mier familiari nostro mittimus, tue celsitudini, si audire seriem dicte sententie volueris, exhibendam. Datum Avinione, XVI kalendas aprilis, anno tertio decimo ».

In e. m. R. de Atrabato, comiti Bellimontis.
In e. m. Carolo, comiti Alenconii.

3807 17 mars 1329.

Regi Franciae, quod petitionem ejus pro H. de Naumur super Coloniensi ecclesia exaudire non potuit. (Reg. 115, fol. 118 (146) vº, c. 696 ; — Fayen, *Lettres de Jean XXII*, II, p. 279, nº 2402).

« *Eidem regi* [*Francie*]. Litteris, fili carissime, quas pro dilecto filio magistro H. de Naumur super Coloniensi ecclesia destinasti, paterna qua decet affectione receptis, excellenciam regiam cupimus non latere quod dudum, considerantes attente ut vir qui sufficiens et fidelis existeret Coloniensi ecclesie presideret, ipsam dispositioni nostre et Apostolice Sedis ea vice reservavimus jam est diu, cui cum offerret se locus, quem Dominus differat et nunc eidem vitam longevam conferat presidenti, de viro sufficienti et fideli pariter, ut prefertur, ecclesie predicte curabimus actore Domino providere. Quapropter, litteris regiis paterna qua decet affectione receptis, super eo quod pro dilecto filio magistro Henrico de Naumur de predicta ecclesia nos rogasti, merito in hac parte nos habeat providencia regia excusatos. Datum XVI kalendas aprilis, anno tertio decimo ».

3808 Avignon, 17 mars 1329.

Regi Franciae diffinitivam sententiam super matrimonio Petri de Corvaria per Johannem episcopum Reatinum latam, ei per Bertrandum de Mier exhibendam mittit, nonnulla de Bavaro significans. (Reg. 115, fol. 118 (146) vº, c. 698 ; — Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 415, nº 1149).

« *Eidem regi* [*Francie*]. Nuper dilecto filio magistro Johanni Aufune, cantori ecclesie Constantiensis, clerico regio, a nostra presentia recedenti et ad regiam accedenti quidam processus habitus coram venerabili fratre nostro Johanne, episcopo Reatino, super matrimonio illius scismatici et heresiarche Petri de Corvaria et cujusdam mulieris eundem Petrum in suum virum legittimum vindicantis auctoritate ordinaria cognoscente, quem ad regalis prudencie noticiam devenisse supponimus, extitit assignatus. Nunc autem missa nobis diffinitiva sentencia per prefatum episcopum super eodem matrimonio promulgata, illius transumptum dilecto filio nobili viro Bertrando de Mier, familiari nostro, mittimus regie magnificencie, si audire seriem dicte sententie voluerit, exhibendum. Ceterum nonnulle littere a partibus Italie ad Romanam pervenerunt curiam noviter, continentes quod Ludovicus de Bavaria, hereticus et scismaticus, de Pisis recedere disponebat, quibusdam dicentibus quod ad Canem de Scala et tyrannos alios erat pro habendo cum ipsis colloquio accessurus. Aliis vero opinantibus quod versus Mediolanum intendebat gressus suos dirigere, inde in Alamaniam reversurus, certitudo tamen alia in eadem Curia super hiis non habetur. Datum Avinione, XVI kalendas aprilis, anno tertio decimo ».

3809 Avignon, 23 mars 1329.

Johanni Fayni, priori monasterii Beatae Mariae Caturcensis, quod possit compellere duodecim fratres et quatuor conversos ad morandum secum in dicto monasterio. (Reg. 115, fol. 107 (135), c. 613).

« *Johanni Fayni, priori monasterii Beate Marie Caturcensis, Cartusiensis ordinis.* Cupientes ut in — Datum Avinione, X kalendas aprilis, anno tertio decimo ».

3810 Avignon, 23 mars 1329.

Regi Franciae Olivarium de Penna, dominum de Ses-

tairolio, Albiensis diocesis, qui certa negotia in curia regia expedire habet, commendat. (Reg. 115, fol. 118 (146), c. 689).

« *Regi Francie.* Dilectum filium nobilem — Datum Avinione, X kalendas aprilis, anno tertio decimo ».

In e. m. Roberto de Attrabato, comiti Bellimontis.

In e. m. Matheo Ferrandi, regis cancellario.

3811 Avignon, 23 mars 1329.

Regi Franciae, de provisione decanatus ecclesiae Suessionensis. (Reg. 115, fol. 118 (146) v°, c. 697).

« *Eidem regi* [*Francie*]. Regie celsitudinis precibus quas nuper, fili carissime, per tuas nobis litteras porrexisti nequivimus decenter annuere, cum, prius quam eedem forent nobis littere presentate, de decanatu ecclesie Suessionensis dilecto filio magistro Matheo Ferrandi, cancellario tuo, duxissemus motu proprio providendum. Datum Avinione, X kalendas aprilis, anno tertio decimo ».

3812 23 mars 1329.

Generali et prioribus ordinis Cartusiensis, ut duodecim fratres et quator conversos in monasterio Beatae Mariae Caturcensis cum priore ejusdem monasterii moraturos assignent, eisque de libris necessariis providere curent. (Reg. 115, fol. 120 (148) v°, c. 707).

« *Generali et aliis prioribus Cartusiensis ordinis.* Cultum vestri ordinis — Datum X kalendas aprilis, anno tertio decimo ».

3813 Avignon, 23 mars 1329.

Faydito Guirandoni, super collectione fructuum beneficiorum ecclesiasticorum apud Sedem Apostolicam vacantium in Burdegalensi provincia. (Reg. 115, fol. 128 (156), c. 762).

« *Faydito Guirandoni, Apostolice Sedis nuntio.* Dudum omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum apud Sedem Apostolicam vacantium fructus, redditus et proventus unius anni, necnon totius temporis quo antea vacaverant apud eam convertendos in relevationem onerum expensarum utique grandium, quibus gravabatur sicut adhuc gravari nostra Camera dinoscitur incessanter, sub certa forma reservandos diversis temporibus duximus et eidem Camere applicandos, postmodum nichilominus declarantes quod omnia et singula beneficia hujusmodi, quorum dispositio ex reservatione nostra vel alias ad Sedem predictam dumtaxat pertinet, ubicumque vacarent intelligerentur quoad hoc apud Sedem vacare predictam, sicut in diversis litteris nostris super predictis confectis plenius continetur. Cum autem in Burdegalensi provincia, in qua dictorum fructuum reddituum et proventuum tibi pro parte dicte Camere collectio est commissa, nonnulli, quibus de beneficiis ecclesiasticis vacaturis proprio motu sub expectatione fecisse dicimur gratias speciales, virtute gratiarum hujusmodi certa beneficia ecclesiastica que se cum aliis (*sic.*) primitus obtinebant, minime compatiuntur de jure seu juxta constitutionem per nos dudum editam que incipit : *Execrabilis*, fuerint sicut tua insinuatione percepimus assecuti, asserentes pro eo retinere posse priora beneficia cum secundis, quod gratie nostre predicte proprio motu sibi facte fuerunt, petiisti a nobis an fructus talium beneficiorum velut apud dictam Sedem per assecutionem aliorum vacantium et ad dispositionem nostram, ex reservatione dudum de beneficiis hujusmodi generaliter per nos facta, spectantium, includi sub reservatione dictorum fructuum debeant, edoceri. Nos autem tibi super predictis breviter respondemus quod, cum propter gratiam motu proprio per nos factam, sub retentione beneficiorum invicem incompassibilium esse non intelligatur in aliquo dispensatum, nisi de dispensatione in nostris litteris fieret mentio specialis, fructus, redditus et proventus beneficiorum ecclesiasticorum, propter assecutionem aliorum de quibus eis auctoritate litterarum nostrarum provisum extiterit in eadem provincia, ut prefertur, vacantium et vacaturorum, etiam in antea, reservatione durante hujusmodi, juxta forman reservationis ipsius debes pro dicta Camera exhigere et habere. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus te, diligenter super collectione dictorum fructuum habiturus, nos de beneficiis hujusmodi eorumque conditionibus reddere studeas certiores. Preterea nolumus nec nostre intentionis existit quod, predicte reservationis pretextu, prelatos vel personas ecclesiasticas super fructibus grangiarum, bailiarum et

aliorum locorum de mensis suis veraciter existentium, quamvis ipsorum forsitan non tamen in beneficium ecclesiasticum aliquibus ad tempus vel ad vitam concesserint, inquietes, proviso tamen quod fraus vel dolus in hac parte nullatenus intercedat. Datum Avinione, X kalendas aprilis, anno tertio decimo ».

3814 Avignon, 24 mars 1329.

Olrico Saumate exigendi subsidium contra haereticos de partibus Italiae promissum in Remensi provincia solventesque quittandi facultatem concedit. (Reg. 115, fol. 107 (135) v°, c. 615.)

« *Olrico Saumate, canonico Ruthenensi, Apostolice Sedis nuncio.* Cum nonnulli prelati — Datum Avinione, VIIII kalendas aprilis, anno tertio decimo ».

3815 [Avignon, 24 mars 1329] (1).

Olrico Saumate ut omnes praelatos et personas ecclesiasticas Remensis provinciae qui praefatum subsidium non praestiterunt ad solvendum compellat et inobedientium nomina notificet. (Reg. 115, fol. 107 (135) v°, c. 616).

« *Eidem.* Olim pro magnis — Datum ».

In e. m. magistro Geraldo de Bisturre, decano ecclesie Andegavensi, Apostolice Sedis nuntio, pro provincia Senonensi.

3816 [Avignon, 24 mars 1329] (1).

Matheo Ferrandi ut Olrico Saumate, canonico Ruthenensi, Apostolicae Sedis nuncio ad partes Remensis provinciae destinato pro certis Romanae Ecclesiae negotiis, assistat. (Reg. 115, fol. 108 (136), c. 617).

« *Magistro Matheo Ferrandi, canonico Cenomanensi, carissimi in Christo filii nostri Philippi regis Francie illustris cancellario.* Dilectum filium Olricum — Datum ».

(1) Nous avons cru pouvoir donner aux actes 3815 et 3816, en raison de leur objet, la date de l'acte les précédant immédiatement dans le registre (n° 3814), plutôt que celle de l'acte suivant (n° 3840, c. 618).

3817 Avignon, 25 mars 1329.

Petro de Scorralha indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 115, fol. 107 (135), c. 614).

« *Petro de Scorralha, archidiacono Ruthenensi.* Provenit ex tue — Datum Avinione, VIII kalendas aprilis, anno tertio decimo ».

3818 Avignon, 27 mars 1329.

Hugoni Bauzadeti de Castronovo, a Gasberto archiepiscopo Arelatensi, camerario apostolico, idoneo reperto, tabellionatus officium concedit. (Reg. 115, fol. 107 (135), c. 612).

« *Hugoni Bauzadeti de Castronovo, clerico non conjugato nec in sacris ordinibus constituto, Mimatensis diocesis.* Ne contractuum memoria — Datum Avinione, VI kalendas aprilis, anno tertio decimo ».

3819 Avignon, 31 mars 1329.

Bernardo, comiti Convenarum, licentiam eligendi confessorem concedit. (Reg. 115, fol. 127 (155) v°, c. 758).

« *Bernardo, comiti Convenarum.* Ut per confessionis — Datum Avinione, II kalendas aprilis, anno tertio decimo ».

3820 Avignon, 31 mars 1329.

Eidem comiti indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 115, fol. 127 (155) v°, c. 759).

« *Eidem.* Clara tue devotionis — Datum ut supra ».

3821 Avignon, 31 mars 1329.

Eidem indulgentiam habendi altare portatile concedit. (Reg. 115, fol. 127 (155) v°, c. 760).

« *Eidem.* Sincera devotio qua — Datum ut supra».

3822 Avignon, 31 mars 1329.

Eidem facultatem missam antequam dies illuscescat audiendi concedit (Reg. 115, fol. 127 (155) v°, c. 761).

« *Eidem* [*Bernardo comiti Convenarum*]. Desideriis tuis libenter — Datum ut supra [Avinione, II kalendas aprilis, anno tertio decimo] ».

3823 Avignon, 1er avril 1329.

Ricavo de Gorda, mercatori Avinionensi, ad partes Flandriae pro emendis pannis destinato, facultatem 3500 florenos auri a societate Bardorum de Florencia recipiendi concedit. (Reg. 115, fol. 52 (80), c. 339 ; — Fayen, *Lettres de Jean XXII*, II, p. 285, nº 2414).

« *Ricavo de Gorda, civi et mercatori Avinionensi.* Cum te ad partes Flandrie pro emendis pannis ad opus nostrorum familiarium necessariis destinemus, volumus quod a dilectis filiis.. societatis Bardorum de Florencia sociis et mercatoribus in eisdem partibus commorantibus duo milia septingentos florenos auri, nomine seu pro parte dilecti filii magistri Andree de Verulis, canonici Wratislaviensis, scriptoris nostri, qui eos de proventibus contingentibus Cameram nostram collegerat, penes eosdem socios depositos, necnon octingentos florenos auri a venerabilibus fratribus Gasberto, archiepiscopo Arelatensi, camerario, et Ademario, episcopo Massiliensi, thesaurario nostris, per dilectum filium Nicolaum Ferrucii de societate predicta et ejusdem societatis receptos nomine, pro dictis pannis emendis et ad Cameram conducendis predictam recipias et expendas. Nos enim summas recipiendi predictas ac mercatores socios et societatem predictos Bardorum quitandi nostro et Camere predicte nomine, ac plenius absolvendi de hiis que inde ab ipsis recipere te continget, plenam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Volumus autem quod super assignatione hujusmodi duo confici facias consimilia publica instrumenta, quorum altero penes eosdem assignantes dimisso, reliquum ad eandem mittere vel deferre Cameram non postponas. Datum Avinione, kalendis aprilis, anno tertio decimo ».

3823 *bis* 2 avril 1329.

Priorissam et conventum sororum inclusarum Metensium ordinis sancti Augustini de devotione laudat. (Reg. 115, f. 97 (125), c. 554 ; — Sauerland, *Quellen zur lothringischen Geschichte*, p. 270, nº 578).

« *Priorisse et conventui sororum inclusarum Metensis civitatis, ordinis sancti Augustini.* Orationum suffragia que — Datum IIII nonas aprilis, anno tertio decimo ».

3824 [18 janvier-2 avril 1329] (1).

Episcopo Argentinensi, de transitu Michaelis de Cesena ejusque complicum per terras ejusdem episcopi. (Reg. 115, fol. 97 (125) vº, c. 556).

« *Episcopo Argentinensi* Fraternitatis tue prudenciam credimus non latere qualiter nos dudum etc.. ut supra proxima.. (2) sint per partes tuorum civitatis et diocesis Argentinensis sicut habet quorundam relatio in proximo transituri, eandem fraternitatem tuam rogamus et hortamur attencius quatinus per te tuosque subditos passus et transitus earum partium sic cures facere solerter et fideliter custodiri quod, si prefatus Michael ejusque complices aut fautores predicti vel eorum aliqui perinde transiverint, capiantur, nobis et Sedi predicte ad expensas nostre Camere sub fida custodia transmittendi. Per hoc enim Deo gratum prestabis obsequium ac nostram et Apostolice Sedis gratiam promereberis ampliorem. Datum ».

In e.m. episcopo Lingonensi, administratori ecclesie Basiliensis in spiritualibus et temporalibus auctoritate apostolica deputato in duobus episcopatibus.

3825 Avignon, 3 avril 1329.

Bertrando Rotundi, nuntio apostolico, ut regis Franciae litteras duci Venetorum directas ispo duci assignet et responsiones transmittat. (Reg. 115, fol. 28 (56) vº, c. 180).

« *Bertrando Rotundi, canonico Vivariensi, Apostolice Sedis nuncio.* Quasdam carissimi in Christo filii nostri Philippi regis Francie illustris clausas litteras dilectis filiis duci et comuni et aliis gubernatoribus Venetorum directas, quarum seriem cedula

(1) Cet acte et celui qui le précède dans le registre (Riezler, nº 1105), adressé au marquis de Bade, ne sont pas datés. D'après leur place, on peut, sans aucune certitude, leur attribuer une date comprise entre le 18 janvier et le 2 avril 1329.

(2) Publié dans Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 404, nº 1105.

presentibus inclusa continet, tibi una cum presentibus destinantes, volumus quod litteras ipsas regias eis quibus diriguntur e vestigio ex parte regia presentare procures, nos de responsione que facta super contentis in eisdem litteris fuerit redditurus nichilominus certiores. Datum Avinione, III nonas aprilis, anno decimo tertio ».

3826 Avignon, 5 avril 1329.

Archiepiscopo Arelatensi ejusque suffraganeis mandat ut terminus reservationis fructuum beneficiorum vacantium Camerae Apostolicae applicandorum usque ad unum annum extendatur. (Reg. 115, fol. 68 (96) v°, c. 419).

« *Venerabilibus fratribus.. archiepiscopo Arelatensi ejusque suffraganeis et dilectis filiis electis, abbatibus etc.. ut in prima usque preceptoribus, per civitatem, diocesim et provinciam Arelatenses constitutis.* Pro necessitatibus variis quibus Ecclesia Romana gravabatur, sicut adhuc gravari dinoscitur, utilius relevandis, dudum fructus, redditus et proventus unius anni omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura, etiam dignitatum, personatuum et officiorum quorumlibet monasteriorum, prioratuum et aliorum ecclesiasticorum locorum, tam regularium quam secularium, que in vestris, fratres archiepiscope et suffraganei, civitatibus et diocesibus tunc vacabant et que usque ad certum tempus qualitercumque et ubicumque, etiam apud Sedem Apostolicam, vacare contingeret, ecclesiis tamen cathedralibus et abbaciis regularibus que conventuales existunt ac beneficiis permutationis causa vacantibus expressim exceptis, reservandos diversis temporibus per diversas litteras nostras auctoritate apostolica, sub certis modis, formis et conditionibus in litteris ipsis expressis, et nostre Camere pro utiliori subductione necessitatum ipsarum duximus applicandos, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus contrariis ecclesiarum, monasteriorum et locorum in quibus beneficia, dignitates, personatus et officia consistunt hujusmodi, juramento, confirmatione dicte Sedis seu quacumque firmitate alia roboratis, aut si fructus, redditus et proventus primi anni ex privilegio dicte Sedis, vel alias de jure seu quacunque consuetudine vel statuto alicui vel aliquibus deberentur, sive si ad fabricam quorumcunque ecclesiarum, monasteriorum seu locorum per quoscumque concessi fuissent vel etiam deputati, aut si essent in usus alios convertendi, sicut in predictis litteris plenius continetur. Sane quia ultimus reservationis et applicationis hujusmodi terminus instari noscitur, predictis necessitatibus non diminutis sed auctis, nos eidem Camere multarum expensarum oneribus importabiliter pregravate providere, quantum commode possumus, cupientes, reservationem et applicationem predictas a fine ultime reservationis predicte, qui erit idibus presentis mensis aprilis, usque ad unum annum extunc continue computandum extendimus, modis et formis et conditionibus quibus eos aliis annis preteritis reservavimus et applicavimus, ut predicitur, prefate Camere fructus redditus et proventus predictos reservamus tenore presentium et eidem Camere applicamus, non obstantibus omnibus supradictis. Quocirca universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attente per apostolica scripta, vobis nichilominus districte precipiendo mandantes quatinus hujusmodi necessitates et onera devota consideratione pensantes, et eidem Ecclesie super eis benigne compatientes affectu, collectores per alias nostras litteras super hoc deputatos, et subcollectores eorum, fructus, redditus et proventus hujusmodi petere, colligere ac recipere nostro et Ecclesie predicte nomine, libere permittatis, illosque prout in vobis fuerit, integraliter assignetis et assignari faciatis et taliter assistatis eisdem auxiliis, consiliis et favoribus oportunis quod de prompta obedientia valeatis merito commendari. Ceterum nostre intentionis existit quod fructus, redditus et proventus beneficiorum que tempore dicte reservationis vacare contigerit, si collecti non fuerint infra illud, eo elapso colligi valeant et levari, quodque reservatio nostra hujusmodi ad beneficia dictarum diocesum et provincie infra regnum Francie consistencia nullatenus extendatur. Datum Avinione, nonis aprilis, anno tertio decimo ».

3827 Avignon, 5 avril 1329.

Raymundo de Moreriis et Johanni de Brolio ut praedictos fructus colligant et recipiant (Reg. 115, fol. 69 (97), c. 420).

« *Raymundo de Moreriis, preposito, et Johanni de Brolio, archidiacono ecclesie Arelatensis.* Pro neces-

sitatibus variis quibus Ecclesia Romana gravabatur, sicut adhuc gravari dinoscitur, utilius relevandis, dudum fructus, redditus et proventus unius anni ominum et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura vel sine cura, etiam dignitatum, personatuum et officiorum quorumlibet, monasteriorum, prioratuum et aliorum locorum ecclesiasticorum tam regularium quam secularium, que in civitate, diocesi ac provincia Arelatensibus tunc vacabant etc.. ut supra (1), verbis competentibus mutatis usque : Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel alter vestrum per vos et subcollectores in singulis civitatibus et diocesibus dicte provincie quos fide ac facultatibus ydoneos cognoveritis, a vobis seu vestrum altero deputandos, fructus, redditus et proventus predictos juxta tenorem reservationis et applicationis predictarum petere, colligere, exigere ac recipere nostro et ejusdem Ecclesie nomine, solerter et fideliter studeatis, super quibus necnon subcollectores predictos mutandi et alios subrogandi quotiens fuerit oportunum, contradictores quoque quoslibet super hiis et rebelles per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi, non obstantibus omnibus supradictis aut si eis vel eorum aliquibus communiter vel divisim a predicta sit Sede indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, et insuper solventes et assignantes fructus, redditus et proventus predictos per vos et dictos subcollectores quitandi et absolvendi de hiis que inde receperitis ab eisdem, aliaque omnia faciendi, gerendi et exercendi que circa premissa fuerint oportuna plenam vobis et cuilibet vestrum in solidum concedimus tenore presentium facultatem. Datum ut supra [Avinione, nonis aprilis, anno tertio decimo] ».

Item similes due littere directe fuerunt in provincia Viennensi. Collectores fuerunt deputati videlicet.. officialis Viennensis et Zacharias de Sancto Juliano, prior secularis ecclesie Sancti Martini Viennensis.

Item similes due in provincia Ebredunensi, amota illa ultima clausula : quodque reservatio nostra etc... Collectores fuerunt deputati videlicet Hugo de Mandagoto, prepositus Ebredunensis et Raymundus Baboti, canonicus Ebredunensis.

(1) Cf. ci-dessus, nº 3826.

Item similes due littere in provincia Aquensi sicut in Ebredunensi. Collectores deputati fuerunt in Aquensi Hugo de Colubreriis prepositus et Raymundus Naulonis canonicus Aquensis. (Reg. 115, f. 69 (97), p. c. 420).

3828 5 avril 1329.

Henrico de Chamayo, inquisitori hereticae pravitatis in partibus Carcassonae mandat ut super factis fratris Bartholomeo Bruguiera, fratris Minoris de conventu Albiensi, de haeresi suspecto, justiciae exhiberi complementum procuret, dicti inquisitoris litteras tenorem inserens. (Reg. 115, fol. 119 (147) vº, c. 706).

« *Henrico de Chamayo, ordinis fratrum Predicatorum, inquisitori heretice pravitatis in partibus Carcassone auctoritate apostolica deputato.* Nuper tuas litteras recepimus in hec verba : « Sanctissimo ac beatissimo in Christo patri ac domino J., divina providencia sacrosancte Romane ac universalis Ecclesie summo pontifici, devotus et humilis S[anctitatis] V[estre] filius frater Henricus de Chamayo, inquisitor Carcassone indignus, cum sui et officii recommendatione humili et devota pedum oscula beatorum. Sanctitati vestre presentibus innotescat quod hoc mense febroario, denunciato michi quod quidam frater Minor de conventu Albiensi, nomine frater Bartholomeus Bruguiera, isto anno, in festo sancti Antonii quondam de ordine eorundem in dicto conventu Albie duos fratres nostri ordinis existentes ibidem traxit ad angulum sui capituli, verba proferens que sequuntur : « Loquamur de istis papis », et addens : « In veritate modo missam de beato Antonio celebravi, sed dum fui in canone, in passu in quo dicitur : orandum pro papa nostro, occurrit memorie me[e] de illo papa qui est in Lombardia, et steti in dicto passu, dubitans et hesitans per quandam pausam pro quo de istis papis orare deberem, et finaliter cogitavi quod unus ipsorum injuste sibi regimen Ecclesie usurpabat, et idcirco michi placuit ac determinavi me ut oratio mea curreret pro illo qui juste regimen Ecclesie obtinebat, quicunque esset ille ». Et non determinavit se verbo pro quo oraret. Et post dicta verba dixit dictus Minor nostris fratribus supradictis : « Vos alii habetis malum tempus cum illo papa de Lombardia et fratres nostri bonum, sed cum isto papa qui est in Avinione est penitus e converso ». Quibus verbis per dictum Minorem prolatis, fra-

tres nostri ab ipso Minore quasi attoniti recesserunt. Ego autem, occasione denunciationis hujusmodi michi facte, mandavi pro duobus nostris fratribus antedictis, quibus accersitis et cum diligencia examinatis secundum stilum officii consuetum, inveni per depositiones eorundem omnia que michi denunciata fuerant esse vera, super quibus discretorum ac peritorum consilio convocato, petivi si et qualiter esset in facto hujusmodi procedendum. Qui omnes unanimiter responderunt verba dicti Minoris esse gravissima et heresim sapientia manifeste, pensata conditione dicentis et recollectione ac sedatione mentis que in actu dicendi missam solet haberi, etiam a sacerdote simplici et seculari. Quapropter dictum Minorem per quendam honestum notarium juratum nostrum ad mei presentiam evocavi, qui sponte et gratis et sine scandalo veniens cum..custode Albie dicto notario subsequente, dum essent juxta Carcassonam, scripsit michi ipse custos et notarius prefatus ut michi placeret quod dicti Minores ad conventum suum descenderent Carcassone, quibus in hoc propter ordinis reverenciam condescendi. Et tunc dictus notarius, antequam ipse et dicti fratres intrarent Carcassonam, accepto juramento a custode et fratre Bartholomeo Minoribus supradictis quod post prandium vel in crastino bene mane ad mei presenciam convenirent, dicti fratres ad conventum proprium diverterunt. Post prandium vero ipse custos, assumptis secum gardiano et.. lectore Carcassonensi, cum alio fratre suo, dimisso in conventu suo fratre Bartholomeo predicto, venerunt ad me petentes quod permitterem ipsum custodem punire ob causam hujusmodi dictum fratrem, quia jam ipse custos, ut dicebat, inceperat inquirere de premissis. Quibus respondi quod omnino volebam habere ac audire dictum fratrem, quia, visa ejus contritione et confessione humili, honori eorum condescenderem quantum possem. Qui promiserunt michi dictum fratrem B. adducere in crastinum summo mane ad scandalum evitandum. Qui in crastino non tenentes promissum immo juramenta prefato notario prestita etiam violantes, nec venerunt nec dictum fratrem B. miserunt. Eapropter duos jurisperitos solennes viros valde et juratos officii ad dictum custodem cum prefato notario destinavi, deprecaturos eundem quod pacta servarent. Qui custos cum fratribus multis respondit se in nullo michi teneri quomodolibet obedire, quapropter dictus notarius citavit dictum fratrem B. cum instrumento publico, ut coram me in crastino compareret, qui comparere eodem crastino non curavit, et ideo ipsum posui in contumacia et defectu, salvis ejus legitimis excusationibus, si haberet. Sed tunc, inantea deliberatione prehabita, dominum..officialem Carcassonensem rogavi quod in domo sua predictis custodi et gardiano mandaret ut ipsos induceret, quantum posset, ad restituendum michi dictum fratrem B. qui apud eos latitabat; et ipsi venire ad dicti officialis presenciam noluerunt. Quibus peractis, iterum consilio convocato, conclusum fuit quod contra dictum fratrem B. per citationem realem, captionem scilicet, procedere poteram et debebam, propter fuge periculum quod judicio omnium imminebat; et idcirco cum litteris patentibus dicto notario imposui et injunxi ut dictum fratrem delatum in dicto conventu fratrum, aut alibi ubicunque reperiret, caperet et ad me adduci faceret, invocato, si opus esset, auxilio curie secularis. Qui quidem notarius cum sex vel circa personis secreti consilii ad dictum conventum Minorum accedens et gardeanum dicti conventus et ipsum custodem cum instancia, reverenter tamen, requirens quod dictum fratrem delatum in meo existentem arresto sibi redderent, ad me postmodum deducendum, et responso per eosdem fratres quod non facerent propter exemptionis privilegium quod habebant, petitoque per dictum notarium fidem sibi fieri de privilegio antedicto, vel quod michi illud ostenderent, protestando de obediendo eidem privilegio prout existeret rationis, persistentibus dictis fratribus in prima responsione negativa, tandem dicto notario comminante dicto custodi quod, nisi dictum fratrem delatum restitueret, ipsum ad hoc compelleret per brachium seculare, predictis omnibus sic peractis, gardeanus et custos prefati dictum delatum de quadam camera extrahentes dicto notario tradiderunt, per quem notarium ad murum est adductus, prout est alias consuetum. Ego autem ad dictum fratrem B. accedens, et ipsum diligenter examinans, inveni per ejus confessionem premissa delata et testificata simpliciter esse vera; dixit tamen quod, quicquid ante dixerit, semper credidit vos esse verum papam, et addidit ipse frater B. (quod) illa verba que dixerat dictis fratribus, videlicet quod fratres sui habent bonum tempus in Lombardia cum illo papa; dixit etiam quod in electione ipsius pape Italici fuerunt septuaginta prelati; item confessus est quod audivit frequenter a multis fratri-

bus Minoribus de Albia, quorum nomina non habet in promptu, quod obtabant vobis quod Deus daret tantum facere alias quod de factis eorum non curaretis, et ipsemet hoc optabat, causam hujusmodi assignans quia per statutum Sanctitatis Vestre ejusdem ordinis procuratores perdiderunt, ut dicebant; insuper, quia vix aut nunquam Sanctitas Vestra aliquod faciebat edictum in quo singulariter non pungeretis eosdem. Item credit et tenet, ut dixit, quod multi fratres sue provincie, de quorum nominibus non recolit, credunt processus Sanctitatis Vestre contra Michaelem, quondam ministrum eorum generalem, esse indebitos et injustos, sed dicit se opinionem hujusmodi non tenere. Multa alia confitetur que non tanti ponderis, sicut puto, ista tamen pure et humiliter confitetur, petens veniam de commissis. Custos etiam prefatus ad me postmodum cum magna humilitate veniens, ut exterius apparebat, recognovit qualiter defecerat in veniendo contra juramentum proprium et non tenendo michi promissum, in tuendo et defendendo dictum delatum, et per consequens impediendo inquisitionis officium, petens ista sibi misericorditer indulgeri. Quare Sanctitas Vestra supplico quatinus michi intimare dignetur, si circa dictum fratrem B., qui in muro nostro in bonis vinculis detinetur, post confessionem hujusmodi debeam aliquid immutare, aut eidem carcerem relaxare; insuper utrum contra dictum custodem et fratres alios Minores, qui meum, ut predicitur, impedire processum [voluerunt ?] debeam procedere, presertim cum, visa humilitate prefati custodis, ipsum a sentencia excommunicationis absolutum, quam incurrerat occasione fautorie supradicte, hoc adjecto quod circa ipsum et alios suos complices in hoc facto procedere (1), prout et quantum Sanctitas Vestra duceret intimandum. Personam vestram Sanctissimam conservet Altissimus diu et feliciter in regimine sue Sancte Ecclesie militantis, et post hujus vite exitum perducat ad gloriam triumphantis. Datum Carcassone, dominica in Sexagesima ».

« Nos autem premissis in eisdem contentis litteris diligentius intellectis, processum tuum velut mature ac provide habitum commendantes et attendentes quod tu de premissis plenius poteris informari, discretioni tue de qua fiduciam in Domino gerimus specialem mandamus quatinus super predictis et ea tangentibus, prout tibi ex officio inquisitionis competit, juxta canonicas sanctiones et privilegia officio concessa predicto exhibere procures, matura deliberatione previa, solum Deum habendo pre oculis, justicie complementum. Datum nonis Aprilis, anno tertio decimo ».

(1) Le texte de cette phrase paraît corrompu.

3829 Avignon, 12 avril 1329.

Consulibus et civibus civitatis Narbonensis ut juramentum fidelitatis aliaque jura Aymerico, vicecomiti Narbonensi, debita praestent. (Reg. 115, fol. 119 (147), c. 703).

« *Consulibus et universitati ac civibus civitatis et suburbii Narbonensium.* Cupientes inter dilectum — Datum Avinione, II idus aprilis, anno tertio decimo».

3830 12 avril 1329.

Episcopo Belvacensi de intimatis regratiatur adventumque ejus ad Curiam gratum fore respondet. (Reg. 115, fol. 120 (148) v°, c. 708).

« .. *episcopo Belvacensi.* Binis trinisve litteris — Datum II idus aprilis, anno tertio decimo ».

3831 20 avril 1329.

Episcopum Valentinum hortatur ut treugas cum domo de Pictavia initas observari faciat. (Reg. 115, fol. 57 (85) v°, c. 365).

« *Episcopo Valentinensi.* Variis diligenter attentis commodis que pariunt et parere possunt continue concordie ac treuge inter te ac domum de Pictavia dudum inite, necnon periculosis consideratis dispendiis que dispensationes mutue preteritis temporibus produxerunt, expedire credimus ecclesiis quod eedem concordie ac treuge inviolabiliter observentur. Quocirca fraternitatem tuam rogamus et hortamur attentius, sano tibi consilio nichilominus suadentes quatinus sic eas, prohibendo cum effectu ne de castris ac terris tuis et vassallorum tuorum subditis et terre dicte domus de Pictavia dampna inferantur indebita, nec in eis hostes receptentur ipsorum, nec depredationes in terris eorum recolligantur quomodolibet, facias observari quod cuiquam de te juste conquerendi occasione hujusmodi

materia non supersit. Datum XII kalendas maii, anno tertio decimo ».

3832 Avignon, 22 avril 1329.

Petrum Ricavi et Guillelmun de Concosio de certa sexennalis et triennalis decimarum pecuniae summa quam a collectoribus in Arelatensi, Aquensi, Ebredunensi, Viennensi, Lugdunensi, Tarantasiensi et Bisuntina provinciis receperant et Camerae assignaverant, quittat. (Reg. 115, fol. 74 (102) v°, c. 443).

« *Petro Ricavi, preposito Avinionensis, et Guillelmo de Concosio, canonico Aquensis ecclesiarum.* Cum de pecunia — Datum Avinione, X kalendas maii, anno tertio decimo ».

3833 Avignon, 25 avril 1329.

Johannem, episcopum Lingonensem, de caritate erga Beatricem, relictam quondam Hugonis de Cabilone, germani sui, exhibita commendat, eumque ut perseveret rogat. (Reg. 115, fol. 123 (151) v°, c. 735).

« *Johanni, episcopo Lingonensi.* Gratanter intellecto nuperrime quod tu frater, caritatis pro Christo debite non oblitus, dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Beatricem, relictam quondam Hugonis de Cabilone, germani tui, favorabili affectione pertractas, fraternitatem tuam super hoc non immerito duximus in Domino plurimum commendandam, rogantes illam et hortantes attente quatinus, cum amicus omni tempore diligat, tam obtentu considerationis hujus quam hujusmodi nostre hortationis intuitu, erga dictam nobilem opus caritatis inchoate continues et propiciationis tue presidiis assistas eidem more solito in agendis. Datum Avinione, VII kalendas maii, anno tertio decimo ».

3834 27 avril 1329.

Guillelmum episcopum Valentinensem de oblatione regratiatur (Reg. 115, fol. 58 (86) v°, c. 374).

« *Guillelmo, episcopo Valentinensi.* Gratanter susceptis et placide litteris ac interclusis petitionibus pariter nobis a tua fraternitate transmissis, et diligenter inspectis tenoribus utrarumque, de oblatione gratuita quam, velut speciale membrum Romane matris Ecclesie in partem sui favoris assumptus fraterna nobis affectione fecisti, referimus uberes actiones, illis per nos tuo intuitu de hujusmodi petitionibus exauditis quas Apostolice vidimus auctoritate congruere ac honestiori forma potuimus exaudire. Datum V kalendas maii, anno tertio decimo ».

3835 Avignon, 27 avril 1329.

Regi Franciae negotia Roberti Albaroni, domini Montisfrini, commendat. (Reg. 115, fol. 119 (147), c. 699).

« *Eidem regi.* Dilectum filium nobilem — Datum Avinione, V kalendas maii, anno tertio decimo ».

3836 Avignon, 1er mai 1329

Petro Danrocha, quod possit recipere fructus beneficiorum suorum in absentia, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis (Reg. 115, fol. 113 (141) v°, c. 642).

« *Petro Danrocha, preposito ecclesie Haentensis, Lemovicensis diocesis.* Merita tue devotionis — Datum Avinione, kalendis maii, anno tertio decimo ».

3837 Avignon, 1er mai 1329.

Archiepiscopo Ebredunensi, Sicardo de Vavro et Bernardo de Cantiaco, executoribus super eodem, ut eidem Petro praefatos fructus assignari faciant. (Reg. 115, fol. 113 (141) v°, p. c. 642).

« *Judicibus, scilicet.. archiepiscopo Ebredunensi et Sicardo de Vavro, canonico Caturcensi, capellano nostro, ac Bernardo de Cantiaco, canonico Albiensi.* Quocirca discretioni vestre — Datum ut supra ».

3838 Avignon, 5 mai 1329.

Guillelmo, archiepiscopo Tholosano, ut contra Arnaldum Gerardi, archidiaconum de Nontronio in ecclesia Lemovicensi, de homicidio suspectum veritatem inquirat et referat. (Reg. 115, fol. 124 (152), c. 736).

« *Guillelmo, archiepiscopo Tholosano.* Cum Arnal-

dus Gerardi — Datum Avinione, III nonas maii, anno tertio decimo ».

3839 Avignon, 5 mai 1329.

Hugoni La Serra et Bernardo Danrocha, ut ab heredibus Heliae Geraldi, layci, Petragoricensis diocesis, fratris quondam Hugonis Geraldi, episcopi Caturcensis, et Petri Fulcherii, ejusdem diocesis, nec non ab Helia de Agia presbytero pecunias ratione bonorum praefati episcopi Camerae debitas exigant easque assignent. (Reg. 115, fol. 108 (136) v°, c. 615).

« *Hugoni La Serra Xanctonensis et Bernardo Danrocho Lemovicensis ecclesiarum canonicis.* Relatione percepimus fidedigna — Datum Avinione, III nonas maii, anno tertio decimo ».

3840 Avignon, 7 mai 1329.

Johanni Bertrandi ut fructus beneficiorum suorum usque ad triennium, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, percipere possit. (Reg. 115, fol. 108 (136), c. 618).

« *Johanni Bertrandi, canonico Bituricenci.* Merita tue devotionis — Datum Avinione, nonis maii, pontificatus nostri anno tertio decimo ».

3841 Avignon, 7 mai 1329.

Archiepiscopo Bituricensi et Solempniacensi Lemovicensis diocesis ac Sancti Martini Lemovicensis monasteriorum abbatibus, executoribus super eodem, ut praefato Johanni dicta bona assignari faciant. (Reg. 115, fol. 108 (136), c. 619).

« *Judicibus : venerabili fratri archiepiscopo Bituricensi et dilectis filiis.. Solempniacensis, Lemovicensis diocesis. ac.. Sancti Martini Lemovicensis monasterii abbatibus.* Merita etc.. Datum ut supra ».

3842 Avignon, 7 mai 1329.

Petro Arquerii ut gagia debita Johanni de Ferrariis, clerico Papiensi, ad exigendum bona relicta quondam Benedicti Rotarii civis Astensis deputato, solvat. (Reg. 115, fol. 108 (136) v°, c. 616 *bis*).

« *Magistro Petro Arquerii, decano ecclesie Rothomagensis, capellano nostro, Apostolice Sedis nuncio.* Volentes dilecto filio — Datum Avinione, nonis maii, anno tertio decimo ».

3843 Avignon, 7 mai 1329.

Geraldo de Bisturre ut processus contra Guidonem, decanum de Vandopera, Lingonensis diocesis, debitorem Camerae ratione fructuum in decanatu de Gaya, Trecensis diocesis, perceptorum, aggravet. (Reg. 115, fol. 109 (137), c. 617 *bis*).

« *Magistro Geraldo de Bisturre, decano ecclesie Andegavensis, Apostolice Sedis nuncio.* Tua nuper insinuatione — Datum Avinione, nonis maii, anno tercio decimo ».

3844 Avignon, 7 mai 1329.

Eidem ut de bonis quondam Michaelis de Maloconductu, decani ecclesiae Carnotensis, debitoris Camerae ratione fructuum decanatus ejusdem ecclesiae, faciat ab heredibus et executoribus praedicti Michaelis satisfieri. (Reg. 115, fol. 109 (137), c. 618 *bis*).

« *Eidem.* Accepimus nuper quod — Datum ut supra. »

3845 Avignon, 7 mai 1329.

Gasberto archiepiscopo Arelatensi quod in sua ecclesia Arelatensi duas ordinis sancti Augustini personas idoneas quas eligendas duxerit, in canonicos et in fratres recipere possit. (Reg. 115, fol. 52 (80) v°, c. 342 ; — *Jean XXII, Lettres communes*, VIII, n° 45133).

« *Gasberto, archiepiscopo Arelatensi.* Tuam volentes honorare — Datum Avinione, nonis maii, anno tertio decimo ».

3846 Avignon, 12 mai 1329.

Arnaldo de Verdala, quod possit recipere fructus beneficiorum in absentia, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis. (Reg. 115, fol 109 (137), c. 619 *bis*).

« *Arnaldo de Verdala, archidiacono Mirapiscensi.* Ex tue devotionis — Datum Avinione, IIII idus maii, anno tertio decimo ».

3847 Avignon, 12 mai 1329.

Praeposito Mirapiscensi ac Mirapiscensis et Agathensis sacristis ecclesiarum, executoribus, super eodem, ut eidem Arnaldo praedictos fructus ministrari faciant. (Reg. 115, fol. 109 (137) v°, c. 620).

« *Judicibus : preposito Mirapiscensi ac ejusdem et Agathensis sacristis ecclesiarum.* Quocirca discretioni vestre — Datum ut supra ».

In e. m. similem indulgentiam Petro de Manso concedit. Judicibus : archiepiscopo Ebredunensi et Sicardo de Vavro Caturcensi ac Bernardo de Cannato Albiensi canonicis.

In e. m. pro Petro Danrocha preposito secularis ecclesie Haentensis, Lemovicensis diocesis. Judicibus : abbati monasterii Sancti Marcialis Lemovicensis et Raymundo Johannis preposito Regensis et Guillelmo de Roffilhaco canonico Lemovicensis ecclesiarum (Reg. 115, fol. 109 (137) v°, p.c. 620).

3848 15 mai 1329.

Regi Franciae magistrum Ricardi de Gordonio, Caturcensis diocesis, jurisperitum, qui quaedam negotia in regali curia expedire habet, commendat. (Reg. 115, fol. 121 (149), c. 716).

« *Eidem* [*regi Francie*]. Cum dilectus filius — Datum idibus maii, anno tertio decimo ».

3849 Avignon, 16 mai 1329.

Bernardo Danrocha, ut residua bonorum quondam Geraldi, episcopi Lemovicensis, pro Camera exigat et solventes quittet. (Reg. 115, fol. 109 (137) v°, c. 621).

« *Bernardo Danrocha, canonico Lemovicensi.* Dudum post obitum — Datum XVII kalendas junii, anno tertio decimo ».

3850 Avignon, 18 mai 1329.

Bertholdo electo Argentino, priori Praedicatorum et gardiano Minorum fratrum Argentinensium ut examinent et videant certa privilegia concessa per imperatores universitati Argentinensi et significent utrum sint vera et integra, an abrasa, ut ea possit confirmare. (Reg. 115, fol. 87 (115) v°, c. 500 ; — cf. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 420, n° 1170, note 1 ; *Jean XXII, Lettres communes*, t. VIII, n° 45214).

« *Bertholdo, electo Argentinensi, ac.. priori Predicatorum et.. gardiano Minorum fratrum ordinum Argentinensium.* Exhibita nobis dilecti — Datum Avinione, XV kalendas junii, anno tercio decimo ».

3851 Avignon, 18 mai 1329.

Universitati civitatis Argentinensis concedit ut quotiens civitas ecclesiastico interdicto ab ordinario supposita fuerit, possint in ecclesia, clausis januis, missam facere celebrari. (Reg. 115, fol. 87 (115) v°, c. 501) ; — Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 420, n° 1170 ; *Jean XXII, Lettres communes*, t. VIII, n° 45215).

« *Eisdem magistro, consulibus et universitati civitatis Argentinensis.* Dum fidei constantiam — Datum ut supra ».

3852 Avignon, 20 mai 1329.

Hugoni La Rua indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 115, fol. 112 (140) v°, c. 636).

« *Hugoni La Rua, Claromontensis diocesis.* Affectus devotionis sincere — Datum Avinione, XIII kalendas junii, anno tercio decimo ».

In e. m. Johanni de Vienna, Bisuntine diocesis.

3853 [Avignon, 22 mai 1329] ( ).

De salvo conductu concedendo Olrico Saumate, canonico Ruthenensi, nuntio apostolico ad partes Remensis provinciae destinato. (Reg. 115, fol. 76 (104), c. 454).

« *Eisdem.* [*Venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbiteris, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis ipsorumque vicesgerentibus, capitulis quoque, conventibus ceterisque personis ecclesiasticis regularibus et secularibus exemptis et non exemptis*

(1) Nous avons attribué à cet acte, non daté, la date de l'acte qui le suit immédiatement dans le registre (n° 3854). L'acte précédent dans le registre, c. 453, est du 26 mars.

Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, Camaldulensis, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum ac domorum Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, sancte Marie Theutonicorum, Calatravensis et Humiliatorum magistris, prioribus et preceptoribus, necnon nobilibus viris ducibus, potestatibus, marchionibus, comitibus, baronibus, senescallis, justiciariis, potestatibus, capitaneis, rectoribus, bajulis, officialibus ceterisque dominis temporalibus universitatibus quoque et communitatibus civitatum, terrarum, castrorum, villarum et aliorum quorumcunque locorum et aliis universis et singulis ad quos presentes littere pervenerint salutem et apostolicam benedictionem]. Cum nos dilectum filium — Datum » (sic).

3854 22 mai 1329.

Universis personis ecclesiasticis dominisque temporalibus et communitatibus ut magistro Hugoni de Mirabello, praeposito ecclesiae Mimatensis, capellano et nuntio apostolico, ad Terraconensem et Caesaraugustanam provincias ac Elnensem et Majoricensem civitates destinato de securo conductu provideant. (Reg. 115, fol. 76 (104), c. 455).

« *Eisdem* (1). Cum nos dilectum — Datum Avinione, XI kalendas junii, anno tercio decimo ».

3855 Avignon, 22 mai 1329.

Hugoni de Mirabello, praeposito ecclesiae Mimatensis, capellano et nuntio apostolico, ut residua beneficiorum vacantium reservatorum in Terraconensi et Caesaraugustana provinciis ac Elnensi et Majoricensi diocesibus recolligat. (Reg. 115, fol. 164 (192), c. 947.)

« *Eidem nuncio* [*Hugoni de Mirabello*]. Cum in Terraconensi et Cesaraugustana provinciis, ac Elnensi et Majoricensi civitatibus et diocesibus nonnulla fructuum beneficiorum ecclesiasticorum vacantium per nos dudum reservatorum restare dicantur residua colligenda, nos volentes Camere nostre indempnitatibus super hiis precavere, discretioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus per te vel alium seu alios residua hujusmodi super quibus summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura judicii, si necesse fuerit, te informes, petere, exigere, colligere et recipere nostro et ejusdem Camere nomine studeas diligenter, contradictores cujuscumque status ordinis, conditionis vel dignitatis existant, etiam si pontificali vel quavis alia preemineant dignitate ad hoc auctoritate nostra appellatione postposita compellendo, non obstante si eis vel eorum aliquibus communiter vel divisim a Sede Apostolica sit indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem quod illos a quibus residua hujusmodi receperis absolvere valeas et quitare de hiis que inde receperis ab eisdem. Datum Avinione, XI kalendas junii, anno tertio decimo ».

(1) Cf. l'acte précédent, n° 3853.

3856 Avignon, 22 mai 1329.

Eidem ut legata in praefatis provinciis et diocesibus facta colligat solventesque quittet. (Reg. 115, fol. 164 (192), c. 948).

« *Eidem nuncio.* Nuper relatibus percepimus — Datum ut supra ».

3857 [Avignon, 22 mai 1329] (1).

Eidem Hugoni de Mirabella quod negocia sibi commissa in eisdem provinciis et diocesibus per alium exequi possit, uno tamen negotio excepto. (Reg. 115, fol. 164 (192) v°, c. 951).

« *Eidem nuncio* [*Hugoni de Mirabello*]. Cum tibi nonnulla nostra et Ecclesie Romane negotia in Terraconensi et Cesaraugustana provinciis ac Elnensi et Majoricensi civitatibus et diocesibus duxerimus per diversas nostras litteras committenda, nos cupientes negocia ipsa per tue circumspectionis solicitudinem prosperari, ut eadem negotia de quibus expedire videbitur per alium vel alios quos ad hoc ydoneos cognoveris exequi valeas, etiam si hoc in litteris tibi super negociis ipsis directis minime caveretur, negotio tamen quod super absolutione illorum qui merces et alias res prohibitas ad Alexandrie ac alias Saracenorum partes contra

(1) Cet acte non daté est transcrit entre des actes du 22 mai 1329 (n° 3856 et 3858).

constitutiones et prohibitiones Sedis Apostolice portaverunt aut transmiserunt seu prestiterunt super hoc auxilium, consilium vel favorem tibi per nostras certi tenoris litteras commisimus, quod per te solum tractari et exequi volumus expressim, excepto, plenam tibi concedimus tenore presentium facultatem. Datum ».

3858 Avignon, 22 mai 1329.

Eidem nuntio, ut illos in praefatis provinciis et diocesibus commorantes qui merces ad Alexandriam et alias Sarracenorum terras miserunt absolvat, dummodo duas partes bonorum acquisitorum ex hoc commercio Ecclesiae assignent. (Reg. 115, fol. 164 (192) v°, c. 952).

« *Eidem nuncio.* Cum nonnulle persone in Terraconensi et Cesar augustana provinciis ac Majoricensi et Elnensi civitatibus et diocesibus commorantes, contra tenores constitutionum et prohibitionum Sedis Apostolice merces et res alias per constitutiones et prohibitiones predictas vetitas, ad Alexandrie et alias Sarracenorum terras portasse seu transmisisse aut auxilium vel consilium super hiis prestitisse dicantur, et propter hoc excommunicationis [sententiam] et penas diversas alias adversus tales per Sedem inflictas seu promulgatas eandem dampnabiliter incurrisse : nos qui licet insufficientibus meritis vices Illius in terris gerimus qui omnes querit salvos fieri et neminem vult perire, cupientes ut eedem persone a suis retrahantur deviis et ad sancte matris Ecclesie, extra quam non est salus alicui, redeant unitatem, discretioni tue, de qua fiduciam in Domino gerimus specialem, absolvendi juxta formam Ecclesie ab eisdem penis et sentenciis omnes illos et singulos de provinciis ac civitatibus et diocesibus antedictis qui eas propter premissa usque ad diem date presencium incurrerunt, dummodo duas partes omnium et singulorum bonorum acquisitorum ex commercio tam dampnato tibi nostro et Ecclesie Romane nomine assignaverint in revelatione (1) expensarum, quas nos pro defensione ipsius Ecclesie fideique catholice adversus hereticos et scismaticos qui eas impugnare moliuntur crudeliter subire oportet continue convertendas, plenam concedimus auctoritate presencium facultatem. Volumus autem quod ea que tibi de premissis contigerit assignari, nostro et Ecclesie predicte nomine recipere ac assignantes ea tibi absolvere de hiis que inde receperis plenius valeas et quitare; tibi nichilominus districtius injungentes ut ea que de predictis recipere te continget absque speciali mandato nostro in usus alios non convertas, sed ea conscripta clare, particulariter et distincte, videlicet quid, quantum et a quibus personis illa receperis, nostre Camere assignare vel assignari facere integraliter non postponas. Datum Avinione, XI kalendas junii, anno tercio decimo ».

« Item alia eidem similis, mutato ubi dicitur duas partes, dicatur medietatem. Datum ut supra ».

(1) *Sic. Corr.* relevatione.

3859 Avignon, 22 mai 1329.

Eidem nuntio quod illos earumdem provinciarum et diocesum, qui ratione processuum habitorum cum eodem nuntio vel cum ejus collega, magistro Bernardo de Sancto Mauricio, praecentore Autisiodorensi, spirituales sententias incurrerint, absolvere possit. (Reg. 115, fol. 165 (193) v°, c. 956).

« *Eidem nuncio.* Dudum te ac — Datum Avinione, XI kalendas junii, anno tercio decimo ».

3860 Avignon, 23 mai 1329.

Fructus omnium beneficiorum usque ad unum annum vacaturorum in provincia Tarantasiensi ad levanda Ecclesiae Romanae onera reservat. (Reg. 115, fol. 70 (98) v°, c. 425).

« *Venerabilibus fratribus.. archiepiscopo Tarantasiensi ejusque suffraganeis ac dilectis filiis* etc. *per provinciam Tarantasiensem constitutis.* Quantis hereticorum et scismaticorum eorumque fautorum sacrosancta Romana Ecclesia insultibus molestetur quantaque requirat ipsius a premissis defensio profluvia expensarum vestram non credimus prudenciam ignorare. Cum igitur ad onera hujusmodi supportanda proventus nostre Camere sunt exiles, nos volentes tantis periculis quanta possent ex ipsarum defectu expensarum subsequi providere, deliberatione prehabita super hiis diligenti fructus redditus et proventus primi anni etc. Datum Avinione, X kalendas junii, anno tertio decimo ».

3861 Avignon, 23 mai 1329.

Decano Sedunensis, .. praeposito Aquebelle Maurianensis diocesis ac Petro de Sancto Jurio canonico Gebennensis ecclesiarum, ut praedictos fructus colligant. (Reg. 115, fol. 70 (98) v°, c. 426).

« ...*decano Sedunensis ac.. preposito Aquebelle Maurianensis diocesis ac Petro de Sancto Jurio, canonico Gebennensis ecclesiarum.* Quantis etc. — Datum ut supra ».

3862 Avignon, 24 mai 1329.

Johanni, episcopo Carnotensi, quod duobus clericis a decano et capitulo Carnotensis ecclesiae nominandis tabellionatus officium concedere possit. (Reg. 115, fol. 110 (138), c. 623).

« *Johanni, episcopo Carnotensi.* Petitioni dilectorum filiorum — Datum Avinione, VIIII kalendas junii, anno tercio decimo ».

3863 Avignon, 24 mai 1329.

Episcopo Engolismensi ut magistro Bertrando de Sancto Genesio, decano ecclesiae Engolismensis, capellano apostolico, causarum palatii auditori, decanatum suum restituat. (Reg. 115, fol. 123 (151) v°, c. 734).

« *Ayquelino, episcopo Engolismensi.* Ex gravi dilecti filii magistri Bertrandi de Sancto Genesio, decani ecclesie Engolismensis, capellani nostri, causarum nostri palatii auditoris conquestione percepimus admiranter quod tu, qui eundem decanum nostris et Ecclesie Romane continuis sicut non ignoras obsequiis insistentem pro nostra et Apostolice Sedis reverencia oportunis prosequi favoribus tenebaris, ipsum gravibus injuriis affecisti, procuratores suos odiose prosequendo nimirum ipsumque de decanatu suo in ejusdem grande prejudicium et jacturam dicteque sedis cujus, ut premittitur, obsequiis insistere dinoscitur contumeliam sine cause cognitione debita, eo pretextu quod eum non prestitisse tibi homagium per quondam decanos ejusdem Engolismensis ecclesie predecessores suos prestari sicut solitum asseris, spoliando, non obstante quod ipse tibi dudum apud Sedem constituto predictam et eum super prestatione hujusmodi requirenti se illud non posse tunc pro eo prestare commodo respondisse dicatur, quia postquam sibi de dicto decanatu providimus a Romana curia non discessit, sic nec adhuc potest discedere dictis obsequiis implicatus, formam hujusmodi homagii prestationis ignarus nolebat sicut etiam nec debebat decanatum suum predictum nove et insolite subicere servituti, et ex eo etiam cum nondum sibi constaret quod tue provisionis litteras ut tibi obedire teneretur super hoc recepisset. Cupientes itaque per te premissa sic celeriter et prompte corrigi et in statum debitum reformari quod lima correctionis nostre necessaria non existat, fraternitatem tuam requirimus attencius et hortamur, sano tibi nichilominus consilio suadentes quod prefatum decanatum ejusque possessionem cum omnibus emolumentis inde perceptis medio tempore eidem decano absque more cujuslibet dispendio restituere non postponas, tam ipsum quam procuratores suos de cetero favorabiliter prosequendo. Volumus autem quod ipse, facta sibi per te restitutione plenaria de premissis, per procuratorem suum ad hoc legittime constitutum prestare tibi homagium juxta forman hactenus solitam non omittat, et si quid ulterius questionis inter te ac ipsum fuerit, per dilectum filium nostrum Bertrandum Sancte Marie in Aquiro diaconum cardinalem in quem, jam diu est, super omnibus questionibus motis invicem et movendis compromisisse dicimini, amicabiliter decidatur, premissa taliter completurus quod per nos provideri in hac parte de alio remedio non sit opus. Datum Avinione, VIIII kalendas junii, anno tertio decimo ».

3864 Avignon, 28 mai 1329.

Johannem priorem fratrum Praedicatorum de Sancto Maximino, Aquensis diocesis, ecclesiae Niciensi per obitum Rostagni episcopi vacanti et dispositioni apostolicae ea vice reservatae in episcopum praeficit. (Reg. 115, fol. 58 (86), c. 368).

« *Johanni, electo Niciensi.* Pridem ecclesia Niciensi — Datum V kalendas junii, anno tercio decimo ».

3865 30 mai 1329.

Episcopi et capituli Parisiensium zelum in praesumptorum corrigendis excessibus commendat. (Reg. 115, fol. 122 (150) v°, c. 725.)

« ..*episcopo et capitulo Parisiensibus.* Benigne receptis prudencie vestre litteris et contentis in eis plenius intellectis, sinceram devotionem vestram exhibitione in hac parte probatam operis et diligenciam quam adhibuistis et adhibere ut presumptorum corrigantur excessus super hiis non cessatis plurimum in Domino cum gratiarum actionibus commendamus, sinceritatem vestram attencius exhortantes quatinus sic diligenciam hujusmodi usque ad finem debitum et perfectum continuare curetis quod propter hoc divinam ac nostram et Apostolice Sedis gratiam uberius acquiratis. Ad hec quid vobis faciendum de litteris illis originalibus videatur, dilecto filio magistro Geraldo de Capmulo, cantori ecclesie Parisiensis, capellano nostro, intentionem nostram per alias nostras litteras seriosius explicamus, qui eam vobis pandet latius cuique fidem in hac parte indubiam adhibere velitis. Datum III kalendas junii, anno tertio decimo ».

3866 Avignon, 30 mai 1329.

Geraldo de Capmulo, cantori Parisiensi, de combustione publica quarumdam appellationis litterarum et de publicatione Parisius facienda processuum habitorum contra Johannem de Jenduno, Marsilium de Padua, Ludovicum de Bavaria et Petrum de Corvaria. (Reg. 115, fol. 125 (153) v°, c. 744 ; — Denifle et Chatelain, *Chartularium universitatis Parisiensis*, II, p. 326, n° 891).

« *Geraldo de Capmulo, cantori Parisiensi.* Tam venerabilis fratris nostri Hugonis episcopi et dilectorum filiorum capituli Parisiensis quam tuis benigne receptis litteris earumque tenoribus diligentius intellectis, prefatis episcopo et capitulo juxta formam quam cedula continet presentibus interclusa scribimus ac tuam quam adhibuisti super predictis diligentiam plurimum in Domino commendamus, tuam prudentiam exhortantes quatinus, ut processus qui per eosdem episcopum et capitulum contra culpabiles et suspectos de illarum appellatione litterarum, sicut ipsorum ac tue continebant littere, sunt incepti, usque ad finem et effectum procedant debitos, studiosam adhibere solicitudinem non postponas. Rursus deliberationem de comburendo Parisius publice litteras illas per eosdem episcopum et capitulum ac doctores Sacre Scripture habitam approbantes, volumus quod originales littere, transumptis retentis sub manu publica et sigillis ejusdem Parisiensis et alicujus alterius episcopi communitis, cum nos similes litteras et sub eisdem sigillis penes nos habeamus, ante Parisiensem ecclesiam in platea publice, publicatis tamen prius tribus processibus quos tibi mittimus, comburantur, ad que procedi modo qui sequitur volumus. Primo quidem processus contra illos pessimos hereticos Johannem de Jenduno et Marcilium de Padua dudum factus, non obstante si forsan alias publicatus extiterit, ut de ipso recentior memoria habeatur ; secundo, processus adversus Ludovicum de Bavaria et subsequenter alius contra Petrum de Corvaria noviter habiti, solenniter immediate unus post alium publicentur. Qua publicatione premissa, predictarum litterarum immediate combustio subsequatur. Super quibus omnibus, necnon ut littere clause directe prefato episcopo et universitati Parisiensis studii nobis destinentur e vestigio adhibere diligenciam sedulam non ommittas. Preterea cum dilectis filiis diffinitoribus capituli generalis ordinis fratrum Minorum et fratribus in eodem capitulo Parisius congregatis clausas nostras per te sibi presentandas litteras dirigamus, volumus ut, habita deliberatione cum fratribus de quibus tibi videbitur super modo presentationis hujusmodi, presentes easdem, rescripturus nobis singulariter et certitudinaliter que circa premissa omnia ordinata fuerint quomodolibet sive gesta. Processum autem contra perfidum Michaelem olim dicti ordinis Minorum ministrum tibi breviter intendimus, dante Domino, destinare. Datum Avinione, III kalendas junii, anno tertio decimo ».

3867 Avignon, 31 mai 1329.

Regi Franciae ut providere velit ne Januenses intrinseci praetextu delictorum per extrinsecos commissorum molestentur. (Reg. 115, fol. 121 (149) v°, c. 717).

« *Eidem* [*regi Francie*]. Intelleximus quod contra Januenses extrinsecos qui nedum Deum et Ecclesiam Sanctam suam, quin immo subditos regios offendisse noscuntur hactenus et adhuc offendere presumptuosis ausibus non formidant, sub certis modis ordinavit regalis magnificencia procedendum. Sane cum dilecti filii.. Januenses intrinseci qui Dei et Ecclesie regiisque beneplacitis devotis affectibus obsecundant et mandatis regiis emanatis adversus predicatos Januenses extrinsecos intrinsecorum ipso-

rum hostes et emules timeant pregravari, sublimitatem regiam attencius deprecamur quatinus, cum tenere pena suos actores tribuat (*sic*) nec alter sit alterius odio pregravandus, providere ac ordinare velit regia circumspectio ne predicti Januenses intrinseci fideles ut premittitur et devoti ac mercatores et concives ipsorum pretextu delictorum et excessuum commissorum et committendorum per dictos extrinsecos molestentur. Datum Avinione, II kalendas junii, anno tercio decimo ».

3868 [31 mai-3 juin 1329].

Regi Franciae de praestatione homagii ab Arnaldo Dueza debiti ac de Lombardiae et Tusciae negotiis. (Reg. 115, fol. 121 (149) v°, c. 718).

« *Eidem.* Cum dilecti filii Arnaldi Duesa, militis, vicecomitis Caramanni, nepotis nostri, presentia nobis existat presencialiter oportuna, sublimitatem regiam attentius deprecamur quatinus eidem, qui dudum juramentum fidelitatis dilecto filio nobili viro senescallo Bellicadri de mandato regio recipienti prestitit, instantem super prestatione homagii, ratione terrarum suarum excellencie regie debiti, prefixum terminum velit eidem gratiose prorogare usque ad sue beneplacitum voluntatis regia celsitudo. Ceterum rumores de Lumbardie ac Tuscie partibus publice narrantur in Curia, et per multos habentur littere super eis, ut videlicet quod nonnulle civitates earum partium contra Bavarum rebellarunt, sed quia nos litteras nondum recepimus super hiis scribere regie magnificencie obmittimus quoad presens. Datum (1) ».

3869 [31 mai-3 juin 1329] (2).

Regi Franciae Guillelmum de Narbona ad curiam regiam pro quibusdam suis expediendis negotiis accedentem commendat. (Reg. 115, fol. 121 (149) v°, c. 719).

« *Eidem.* Dilectum filium nobilem — Datum ».

(1) Cet acte, et le suivant, n° 3869 non datés, inscrits dans le registre entre le c. 717 (n° 3867), qui est du 31 mai, et le c. 720 (n° 3871), qui est du 3 juin, sont sans doute de l'une de ces dates, d'autant que ces quatre actes consécutifs sont adressés à Philippe VI.

(2) Cf. n. 1.

3870 31 mai 1329.

Magistris, consulibus et universitati Argentinensibus nuntios suos gratanter recepisse eorumque petitiones exaudivisse nuntiat eosque hortatur ut in devotione Romanae Ecclesiae persistant. (Reg. 115, fol, 98 (126) v°, c. 565).

« *..magistris, ..consulibus et universitati civitatis Argentinensis.* Ad nostram pridem — Datum II kalendas junii, anno tercio decimo ».

3871 3 juin 1329.

Regi Franciae de fide et devotione gratias agit et nova prospera de rebus Italiae significat. (Reg. 115, fol. 121 (149) v°, c. 720 ; — Raynaldi, *Annales ecclesiastici*, V, p. 414 et 421).

« *Eidem.* Litteras regias fervorem magne devotionis et fidei quibus erga Deum et Ecclesiam sanctam suam fidemque protegendam et dilatandam catholicam prefulgere regalis serenitas noscitur recensentes delectabiliter, et responsionem perversis detractoribus ledere sinceritatem regiam circa premissa molientibus factam sicut catholicum et orthodoxum decebat principem describentes recepimus leta manu, et premissa etiam nonnullorum gratis Deo et nobis relatibus audivimus exultanter, inde regiam providenciam cum gratiarum actionibus uberibus laudis et commendationis preconiis in Domino plurimum attollentes, eamque rogantes attencius et hortantes quatinus in hujusmodi salutari proposito ut mereatur semper uberius divinam et Apostolice Sedis benedictionem et gratiam stabiliter perseveret. Ut autem ea que ad Dei honorem et ejusdem exaltationem fidei est in partibus Italie Salvatoris nostri clemencia hiis diebus preteritis operata et operatur continue sublimitas regia non ignoret, ad ejus noticiam pro animi consolatione ac (*sic*) regii deducimus que secuntur. In primis siquidem inter partem gentis Bavari ac Lucanam et Pistoriensem civitates ex una parte, ipsumque Bavarum ex altera vertiginis immisit Dominus spiritum ita quod gens illa Bavari una cum parte civium civitatum predictarum contra eundem Bavarum rebellarunt, et capto illo quem ipse pro rectore dimiserat in civitate Lucana civitatem occupaverunt eandem et contra ipsum Bavarum detinent occupatam. Cives autem Pistorienses, ejecta gente dicti Bavari, per se regunt civitatem predictam. Mediolanum insuper

fere cum omnibus civitatibus aliis Lombardie, que consueverant dicto Bavaro, contra eum etiam rebellarunt, sic quod in campis eum oportet persistere, civitatibus eum recipere sibique renuentibus obedire, itaque, ut habet fidedigna multorum relatio, usque ad burgos Mediolani perveniens obsidionem ibidem posuit, civibus Mediolanensibus cum suo efforcio civitatem potenter defendentibus et se civiliter opponentibus contra eum. Synagogam quoque malignancium et operantium detestabilia et iniqua, Petri videlicet de Corvaria et ministrorum ipsius, etiam Dominus dissipavit; precepto quidem eidem Petro et suis sequacibus per Pisanos quod civitatem illam exirent, furtive festinarunt recedere quasi nullo eorum alio expectato. Quo autem dictus Petrus ierit comuniter ignoratur. Populus autem Romanus hiis diebus proxime preteritis in manu.. legati nostri Tuscie in Urbe presentis publice populo congregato per suos syndicos necnon et nobiles qui tunc in eadem Urbe aderant per se ipsos juramentum fidelitatis, reverencie et obediencie precipue contra Petrum et Bavarum predictos eorumque sequaces corporaliter prestiterunt, recognoscentes se circa ea que fecerant erga eosdem Petrum et Bavarum errasse graviter, ea quathenus de facto processerant quantum ad ipsos pertinere poterat nichilominus revocando. Vir autem ille scismaticus et hereticus Michael de Cesena una cum Bona ymmo verius Mala Gratia suo complice de Pisis exiverunt cum Bavaro, et cum eo pervenerunt usque Cremonam et creditur quod se ab eo non debent separare. Datum III nonas junii, anno tertio decimo ».

3872 3 juin 1329.

Roberto de Atrebato super eodem. (Reg. 115, fol. 122 (150), c. 721).

« *Roberto de Attrabato, comiti Bellimontis.* Ut de statu nostro — ut supra ».

In e.m. Hugoni, episcopo Parisiensi, verbis competenter mutatis.

In e.m. Carolo, comiti Alenconii. (Reg. 115, fol. 122 (150), p. c. 722).

3873 3 juin 1329.

Johanni episcopo Belvacensi super eodem. (Reg. 115, fol. 122 (150), c. 722).

« *Johanni, episcopo Belvacensi.* Quia per litteras — ut supra ».

3874 Avignon, 4 juin 1329.

Guidoni, episcopo Cenomanensi, ut detentores bonorum quondam Theobaldi de Moreat, Theobaldi de Ponceyo et Johannis de Nemore, episcoporum Dolensium ad restitutionem compellat, non obstante quod de ecclesia Corisopitensi ad ecclesiam Cenomanensem translatus sit. (Reg. 115, fol. 110 (138) v°, c. 625).

« *Guidoni, episcopo Cenomanensi.* Dudum ad audientiam — Datum Avinione, II nonas junii, anno tercio decimo ».

3875 Avignon, 5 juin 1329.

Guillelmo archiepiscopo Tholosano mandat ut se informans super visitationibus et procurationibus inter praepositos et archidiaconos ecclesiarum cathedralium de divisione quondam episcopatus Tholosani nuper erectarum dividendis, quidquid repererit intimare ipsi procuret. (Reg. 115, fol. 110 (138), c. 624).

« *Guillelmo, archiepiscopo Tholosano.* Ad divini cultus augmentum et salutem populi quem in civitate et diocesi Tholosanis sic multiplicavit Altissimus quod ad ejus regimen, exigente messis multitudine ac ejusdem diocesis latitudine requirente, pluribus operariis opus erat, dudum intensis desideriis aspirantes, ex hiis et aliis causis que nostrum et fratrum nostrorum animos ad id rationabiliter induxerunt, episcopatum quondam Tholosanum, qui opulencia copiosa poterat pluribus episcopis habunde sufficere, de fratrum ipsorum consilio et apostolice plenitudine potestatis in certas civitates et dioceses dividentes, ut videlicet, preter civitatem Tholosanam cujus cathedralem ecclesiam in metropolitanam ereximus et quam habere volumus suam propriam et distinctam diocesim auctoritate apostolica limitatam, in villis de Mirapisce, de Vauro, de Sancto Papulo, de Lumberiis (*sic*), de Rivis et de Montealbano tunc dicte Tholosane diocesis, quarum quamlibet insignivimus vocabulo civitatis, essent singule quas ibi tunc creavimus ecclesie cathedrales singulas separatas dioceses certis distinctas limitibus obtinentes, quibus ecclesiis cathedralibus singulis videlicet de singulibus presulibus ydoneis duximus

providendum ; et attendentes quod ipsi soli presules incumbentia sibi onera portare non poterant, ad plenam et solidam ecclesiarum ipsarum structuram superesse conspeximus sustentatorias erigi debere columpnas, viros videlicet virtutibus preditos qui eisdem presulibus non solum tamquam membra capiti cohererent, set et sibi participato labore circa injuncti executionem regiminis seduli cooperatores adessent; propter quod in eisdem Mirapiscensi, Vaurensi, Lumberiensi et Rivensi ecclesiis, que seculares existunt, in singulis earum videlicet, cum consilio et auctoritate predictis, duodecim canonicorum numerum capitulum facientium in eisdem, quorum unus esset prepositus, alius archidiaconus, alius vero sacrista aliusque precentor, constituendum duximus et etiam ordinandum, nonnulla alia, tam in illis quam in Montisalbani et Sancti Papuli ecclesiis, que regulares ordinis sancti Benedicti existentes suos conventus habebant antea, et illos sibi volumus pro capitulis remanere ad decorem ecclesiarum ipsarum, provide ac salubriter ordinantes, prout in litteris nostris inde confectis plenius et seriosius continetur. Sane postmodum, pro parte dilectorum filiorum prepositorum et capitulorum novarum ecclesiarum cathedralium predictarum inter cetera, super quibus per nos provideri eisdem ecclesiis petierunt, nobis extitit conquerendo monstratum quod iidem (1) prepositi et archidiaconi ecclesiarum ipsarum jurisdictiones et jura que in visitationibus, procurationibus sinodaticis et cathedraticis dilecti filii.. prepositus et archidiaconus predicte ecclesie Tholosane, ante predictam erectionem, in eis partibus in quibus dioceses novarum ecclesiarum ipsarum consistunt exercebant et percipiebant de consuetudine vel de jure nondum assecuti fuerunt, ex quibus earundem ecclesiarum novarum derogatur honoribus, magna sequitur absurditas et tam circa correctiones quam alia saluti non parum detrahitur animarum; nos autem volentes quod prepositi et archidiaconi novarum ecclesiarum predictarum per nos in cathedrales, ut premittitur, erectarum in ipsis ecclesiis earumque diocesibus habeant, exerceant et percipiant prout ad quemlibet ipsorum spectare debebit omnia jura que in predictis visitationibus, procurationibus cathedraticis et synodaticis ad prelibatos prepositum et archidiaconum memorate ecclesie Tholosane in diocesibus novarum ecclesiarum ipsarum ante divisionem ejusdem Tholosane diocesis pertinebant, quodque prefatis preposito et archidiacono ejusdem Tholosane ecclesie pro juribus hujusmodi prestanda recompensatio, sicut oportunum extiterit, ordinetur et fiat, fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus super visitationibus et procurationibus ecclesiarum et locorum ecclesiasticorum ejusdem tue diocesis Tholosane ac cathedraticis et synodaticis, inter memoratum prepositum et archidiaconos ejusdem ecclesie prout (*sic.*) attentis pluralitate ac paucitate visitationum et procurationum quas ante divisionem dicti olim episcopatus Tholosani ipsorum habebant singuli rationabiliter dividendis, et etiam limitandis, necnon de modo et forma recompensationis que ipsis prestari pro juribus antedictis poterit, vocatis tam antiquis quam novis prepositis et archidiaconis supradictis, solerter et fideliter te informans, nobis quicquid inde feceris et repereris et que tibi videbuntur per nos posse honeste circa premissa fieri, ut ulterius ordinare com [m] odius possimus quod expedire in hac parte videbimus per tuas litteras vel instrumentum publicum seriem presentium continens intimare procures. Datum Avinione, nonis junii, anno tercio decimo ».

(1) Reg. : *idem.*

3876 Avignon, 8 juin 1329.

Episcopo Belvacensi procuratores Bertrandi, episcopi Caturcensis, qui quaedam negotia in curia regia Franciae expedire habet, commendat. (Reg. 115, fol. 123 (151), c. 729).

« .. *episcopo Belvacensi.* Cum venerabilis frater — Datum Avinione, VI idus junii, anno XIII° ».

In e. m. Petro, episcopo Carcassonensi.

In e. m. Guillelmo de Sancta Mora, regis cancellario.

In e. m. Andree de Florencia, regis consiliario.

In e. m. Petro de Villabrama, regis consiliario.

3877 Avignon, 9 juin 1329.

Geraldo de Capmulo, ut litteras clausas apostolicas, Philippo regi Franciae, Johanni Belvacensi et Hugoni Parisiensi episcopis, ac Roberto de Atrebato, comiti Bellimontis, directas, eisdem praesentet. (Reg. 115, fol. 125 (153), c. 738).

« *Geraldo de Capmulo, cantori ecclesie Parisiensis.* Tam carissimo in — Datum Avinione, V idus junii, anno tercio decimo ».

3878 Avignon, 12 juin 1329.

Hugoni, abbati monasterii Sancti Saturnini, quod administrationem bonorum ejusdem monasterii recipere possit, quamvis munus consecrationis non receperit. (Reg. 115, fol. 111 (139) v°, c. 627).

« *Dilecto filio Hugoni, abbati monasterii Sancti Saturnini Tholose, ordinis sancti Augustini, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis.* Meritis tuis induamur — Datum Avinione, II idus junii, anno tercio decimo ».

3879 Avignon, 14 juin 1329.

Guillelmo, archiepiscopo Senonensi, indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 115, fol. 111 (139) v°, c. 628).

« *Guillelmo, archiepiscopo Senonensi.* Sincera tue devotionis — Datum Avinione, XVIII kalendas julii, anno tertio decimo ».

3880 Avignon, 15 juin 1329.

Regi Franciae Deodatum de Severaco, qui quaedam negotia in regali curia expedire habet, commendat. (Reg. 115, fol. 122 (150), c. 723.).

« *Eidem regi* [*Francie*]. Cum dilectus filius — Datum Avinione, XVII kalendas julii, anno tercio decimo »..

In e. m. comiti Alenconii.

In e. m. Guillelmo de Sancta Mora, decano ecclesie Turonensis, dicti regis cancellario.

In e. m. Johanni, episcopo Belvacensi.

In e. m. Miloni, domino de Noeriis.

In e. m. Roberto de Attrabato, comiti Bellimontis.

3881 Avignon, 16 juin 1329.

Magistro Arnaldo de Verdala, ut bona quondam Arnaldi, episcopi Conseranensis dispositioni apostolicae reservata, exigat, solventesque quittet. (Reg. 115, fol. 129 (157), c. 769).

« *Eidem* [*magistro Arnaldo de Verdala*]. Cum de bonis — Datum Avinione, XVI kalendas julii, anno tercio decimo ».

3882 Avignon, 20 juin 1329.

Guillelmo de Baucio, domino de Berra, indulgentiam in articulo mortis in eodem modo ac Berengario episcopo Dertusensi concedit. (Reg. 115, fol. 166 (194) v°, p. c. 963).

In e. m. Guillelmo de Baucio, domino de Berra, Arelatensis diocesis. [Sincere devotionis affectus —] Datum Avinione, XII kalendas julii, anno tercio decimo ».

3883 [Avignon], 22 juin 1329.

Armando de Narcesio indulgentiam in articulo mortis concedit (Reg. 115, fol 111 (139) v°, c. 629).

« *Armando de Narcesio, decano ecclesie Carnotensis, capellano nostro.* Sincere devotionis et — Datum X kalendas julii, anno tertio decimo ».

3884 22 juin 1329.

Eidem facultatem testandi concedit. (Reg. 115, fol. 111 (139) v°, c. 630).

« *Eidem.* Quoniam humane fragilitatis — Datum ut supra ».

3885 22 juin 1329.

Regi Franciae, ut terminum praestationis homagii ab Arnaldo de Trian debiti prorogare velit. (Reg. 115, fol. 121 (149), c. 713).

« *Regi Francie.* Cum presencia dilecti filii nobilis viri Arnaldi de Trian, militis, domini de Montemirabili, nepotis nostri, qui hiis diebus preteritis extitit proprii corporis infirmitate gravatus, sit nobis presencialiter oportuna, regalem excellenciam

attentius deprecamur quatinus eidem, qui dudum juramentum fidelitatis dilecto filio nobili viro senescallo Bellicadri de mandato regio recipienti prestitit, instantem super prestatione homagii ratione quarundam terrarum suarum sublimitati regie debiti prefixum terminum velit eidem graciose prorogare regia serenitas usque ad sue beneplacitum voluntatis. Datum X kalendas julii, anno tertio decimo ».

3886 22 juin 1329.

Andreae de Florentia ut pro eadem prorogatione apud praedictum regem insistat. (Reg. 115, fol. 121 (149), c. 714)

« *Andree de Florencia, thesaurario ecclesie Remensis.* Cum carissimo in — Datum ut supra [X kalendas julii, anno tertio decimo] ».

In e. m. Johanni, episcopo Belvacensi.

3887 Avignon, 24 juin 1329.

Regi Franciae, de litteris a Philippo de Meleduno praesentatis. (Reg. 115, fol. 121 (149), c. 715).

« *Regi Francie.* Veniens nuper ad nostram presentiam dilectus filius Philippus de Meleduno, archidiaconus Remensis, nobis regias de credencia litteras presentavit, quibus archidiacono et litteris benigne receptis, ipsiusque archidiaconi credencia quam explicare prudenter et devote studuit plenius intellecta, super devotione regia et oblatis pro parte regia per eundem gratiarum exinde regali excellencie uberes reserimus actiones, prompti quantum cum Deo poterimus ad ea que commodum respiciunt regium et honorem. Datum Avinione, VIII kalendas julii, anno tertio decimo ».

3888 25 juin 1329.

Andreae de Florentia de significatis regratiatur. (Reg. 115, fol. 123 (151) v°, c. 741).

« *Andree de Florentia, regio consiliario.* Devotionem tuam et — Datum VII kalendas julii, anno tertio decimo ».

3889 [25 juin 1329].

Arnaldo de Verdala et Raymundo de Picapollo, ut a Guillelmo, Auxitano archiepiscopo, fructus Auxitanae ecclesiae, per obitum Amanevi dudum archiepiscopi vacantis, dispositioni apostolicae reservatos exigant. (Reg. 115, fol. 128 (156) v°, c. 765).

« *Magistris Arnaldo de Verdala, archidiacono Mirapiscensis, et Raymundo de Picapollo, rectori de Sancta Gavella, Mirapiscensis diocesis ecclesiarum.* Dudum Auxitana ecclesia — Datum » (1).

3890 [25 juin 1329] (2).

Eisdem ut Rogero, episcopo Vaurensi, quinque zonas de cerico de argento munitas restituant ut ipse illis quorum sunt eas assignet. (Reg. 115, fol. 128 (156) v°, c. 766).

« *Eisdem.* Cum venerabilis frater noster Rogerius, episcopus Vaurensis, quinque zonas de cerico, de argento munitas, ex eo quod in inventario facto super bonis bone memorie Amanevi archiepiscopi erant scripte, vobis assignasse dicatur, nosque fide digne relationis assertione percepimus quod zone predicte nequaquam de bonis fuerant archiepiscopi memorati, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus dictas zonas episcopo restituatis predicto per ipsum assignandas illi vel illis cujus vel quorum fuerint, vel si reperti forsan non extiterint, in pios usus prout eidem, cujus onerare super hoc conscienciam intendimus, secundum Deum expedire videbitur dispensandas. Datum ».

3891 [Avignon, 25 juin 1329] (3).

Arnaldo de Verdala ut Jacobo titulo Sanctae Priscae presbytero cardinali quasdam pecuniae summas eidem cardinali tempore quo Appamiarum ecclesiae praeerat ab ipso papa concessas assignet. (Reg. 115, fol. 128 (156) v°, c. 767).

« *Eidem magistro Arnaldo de Verdala.* Volentes dudum dilecto filio nostro Jacobo, tituli Sancte

(1) Nous avons attribué à cet acte et aux deux suivants la date du n° 3892 (c. 768), immédiatement transcrit à la suite et adressé également à Arnaldus de Verdala.
(2) Voir la note précédente.
(3) *Idem.*

Prisce presbitero cardinali, cum ipsum ab ecclesia Appamiensi, cui preerat, ad Mirapiscensem transtulissemus ecclesiam, gratiam facere specialem, ea que sibi, tempore quo dicte Appamiensi ecclesie regimini presidebat, ratione litis carnalagiorum Sanartesii ac ducentas libras turonensium parvorum pro emptione unius equi sibi per rectores diocesis Appamiarum, ut dicebatur, promissi, necnon mutuum centum quinquaginta agnorum auri quod venerabili fratri nostro Bernardo, episcopo Lodovensi, asserebatur fecisse, quomodolibet debebantur queve ad nos et nostram Cameram ratione reservationis per nos facte de hujusmodi et aliis bonis et proventibus ad ipsum in diocesi Appamiensi predicta tunc spectantibus, pertinebant, te collectore illorum per nostras alias litteras deputato, eidem cardinali tunc Mirapiscensi episcopo liberaliter duximus concedenda. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus ad exactionem premissorum juxta priorum continenciam litterarum procedens, predicta que prefato cardinali tunc episcopo Mirapiscensi concessimus, ut prefertur, sibi assignare integraliter non postponas. Datum » (1).

3892 25 juin 1329.

Eidem ut detentores bonorum quondam Arnaldi Conseranensis episcopi, apostolicae dispositioni reservatorum, ad restitutionem compellat solventesque quittet. (Reg. 115, fol. 129 (157), c. 768).

« *Eidem* [*magistro Arnaldo de Verdala*]. Pridem volentes bona — Datum VII kalendas julii, anno tertio decimo ».

3893 26 juin 1329.

Bertrando archiepiscopo Viennensi ut pecunias de decimis a Maurianensi episcopo collectas recipiat eumque quittet. (Reg. 115, fol. 53 (81), c. 344).

« *Bertrando, archiepiscopo Viennensi*. Cum venerabilis frater — Datum VI kalendas julii, anno tertio decimo ».

(1) Cf. la note du n° 3889.

3894 26 juin 1329.

Episcopo Maurianensi ut easdem pecuniae summas praefato Bertrando assignet. (Reg. 115, fol. 53 (81) v°, c. 345).

« *Eidem episcopo Maurianensi*. Volentes omnes et — Datum ut supra [VI kalendas julii, anno tertio decimo] ».

3895 Avignon, 27 juin 1329.

Arnaldo, abbati monasterii Sandracii ,ut Bertrando de Ginsaco prioratum de Alesto restituat. (Reg. 115, fol. 113 (141), c. 638).

« *Arnaldo, abbati monasterii Sandracii, ordinis sancti Benedicti, Nemausensis diocesis*. Ex parte dilecti filii Bertrandi de Ginsaco, prioris prioratus de Alesto, ordinis sancti Benedicti, Nemausensis diocesis, fuit propositum coram nobis quod, eodem priore in arresto curie venerabilis fratris nostri episcopi Nemausensis ex certis causis minus rationabilibus existente, tu prioratum auctoritate propria violenter occupasti predictum, illumque tenuisti postmodum et adhuc tenere dinosceris, in ejusdem prioris prejudicium, indebite occupatum. Nostre igitur in hac parte provisionis remedio humiliter implorato, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus prioratum predictum cum fructibus medio tempore inde perceptis eidem priori vel procuratori suo restituere, cessante difficultatis obstaculo, non postponas, nisi causam habeas rationabilem quare id facere minime tenearis, ad quam ostendendam infra octo dies post receptionem presentium immediate sequentes nostro conspectui personaliter te presentes. Datum Avinione, V kalendas julii, anno tertio decimo ».

3896 Avignon, 29 juin 1329.

Episcopo Valentinensi, de subsidio exhibendo contra rebelles de Italiae partibus. (Reg. 115, fol. 58 (86) v°, c. 375).

« *Eidem episcopo* [*Valentinensi*]. Quam crudeliter et immaniter heretici et scismatici aliique rebelles partium Italie Romanam matrem Ecclesiam et fidem catholicam in ipsis partibus prose-

quantur, quantaque ipsarum Ecclesie ac fidei defensio requirat profluvia expensarum, tuam, frater, non credimus prudenciam ignorare. Cum autem Camere nostre proventus utique tenues et esiles nequaquam sufficiant ad hujusmodi expensarum onera supportanda, fraternitatem tuam rogamus, requirimus et hortamur attentius quatinus pericula gravia que possent ipsi Ecclesie ac fidei et fidelibus provenire, si pretextu expensarum defectus remanere indefensa pro parte ipsius Ecclesie negocia hujusmodi, quod absit, contingeret, diligenter attendens, in exhibitione oportuna subsidii pro eisdem oneribus commodius supportandis sic prompte velis manus extendere liberales quod preter mercedem perennis premii, quod inde mereberis, nostram et Apostolice Sedis gratiam uberius merearis, venerabili fratri nostro B., archiepiscopo Viennensi, quem ad hoc providimus destinandum, fidem adhibiturus in hac parte plenariam ac ejus mandatis et persuasionibus salubribus pariturus. Datum Avinione, III kalendas julii, anno tertio decimo ».

« In e. m. episcopo Vivariensi.

In e. m. episcopo Gracianopolitano.

In e. m. episcopo Maurianensi.

In e. m. episcopo Gebennensi. Datum ut supra ».

3897 Avignon, 30 juin 1329.

Bertrando, Viennensi archiepiscopo, quod ecclesias, monasteria et alia loca ecclesiastica suae provinciae per alium visitare et procurationes recipere possit. (Reg. 115, fol. 53 (81), c. 343).

« *Bertrando, archiepiscopo Viennensi.* Meritis tue devotionis — Datum Avinione, II kalendas julii, anno tercio decimo.

Judicibus : .. *archiepiscopo Arelatensi et abbati monasterii Sancti Petri foris portam Viennensem ac archidiacono Lugdunensi.* Mandamus quatinus — Datum ut supra ».

3898 Avignon, 30 juin 1329.

Guillelmo, Tholosano archiepiscopo, quod visitationis officium exercere ac procurationes debitas recipere usque ad unum annum per alium possit. (Reg. 115, fol. 112 (140), c. 632).

« *Guillelmo, archiepiscopo Tholosano.* Devotionis tue meritis — Datum Avinione, II kalendas julii, anno tertio decimo ».

3899 Avignon, 30 juin 1329.

Avinionensis, Cavallicensis et Regensis ecclesiarum praepositis, executoribus super eodem, ut personam seu personas quam seu quas praefatus archiepiscopus deputaverit, ad hoc visitationis officium admitti faciant. (Reg. 115, fol. 112 (146), p. c. 632).

« *Judicibus* :..*Avinionensis*, ..*Cavallicensis et*.. *Regensis ecclesiarum prepositis.* Quatinus vos vel — Datum ut supra ».

3900 Avignon, 1er juillet 1329.

Arnaldo Regis, ut fructus canonicatus et praebendae quos Arnaldus Pascalis, Valenchensis archidiaconus in ecclesia Cameracensi, nunc carceribus mancipatus, prius in eadem ecclesia obtinebat, exigat et conservet. (Reg. 115, fol. 112 (140), c. 633 ; — Fayen, *Lettres de Jean XXII*, II, nº 2476).

« *Magistro Arnaldo Regis, archidiacono Cameracensi, capellano nostro.* Volentes fructus redditus — Datum Avinione, kalendis julii, anno tercio decimo ».

3901 Avignon, 9 juillet 1329.

Arnaldo Dueza indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 115, fol. 112 (140), c. 631).

« *Arnaldo Dueza, vicecomiti Caramanni, Tholosane diocesis.* Puritas fidei et — Datum Avinione, VII idus julii, anno tercio decimo ».

3902 Avignon, 10 juillet 1329.

Ademaro, episcopo Massiliensi, licentiam testandi concedit. (Reg. 115, fol. 54 (82), c. 347).

« *Ademaro, episcopo Massiliensi, thesaurario nostro.* Quoniam humane fragilitatis — Datum Avinione, VI idus julii, anno tertio decimo ».

3903 Avignon, 13 juillet 1329.

Episcopo et universitati Parisiensi, de receptione litterarum fratris Gerardi Rostagni, Michaelis de Cesena fautoris. (Reg. 115, fol. 123 (151), c. 731 ; — Denifle et Chatelain, *Chartularium universitatis Parisiensis*, II, p. 330, n° 895).

« *Hugoni, episcopo Parisiensi, et universitati magistrorum et scolarium studii Parisiensis.* Litteras quasdam clausas vobis directas, januis Parisiensis affixas ecclesie hiis diebus, quas nobis ..nuntius vester una cum litteris vestris aliis clausis similiter presentavit, benigne recepimus, devotionem et fidelitatem quas ad nos et Sanctam Romanam Ecclesiam vos in premissis ostendistis gerere plurimum in Domino commendantes, scientes quod prefate littere vobis directe erant cujusdam fratris Minoris fatui qui se vocat Gerardum Rostagni (?) de Janua, prophani illius Michaelis de Cesena, heretici et scismatici, sequacis et fautoris, quique [illi] in fuga quam fecit de loco curie nostre affuit, sicut ipse fatetur in eisdem litteris, auxiliis et consiliis oportunis. Datum Avinione, III idus julii, anno tertio decimo ».

3904 Avignon, 13 juillet 1329.

Geraldo de Capmulo super eodem, ut praefatum Gerardum Rostagni de Janua, si possit, capere faciat. (Reg. 115, fol. 123 (151) v°, c. 732).

« *Geraldo de Capmulo, cantori ecclesie Parisiensis.* Cum clause littere — Datum ut supra [Avinione, III idus julii, anno tertio decimo] ».

3905 15 juillet 1329.

Gasberto, Arelatensi archiepiscopo, gratiam sibi factam ad triennium, quod quinque ejus clerici suis obsequiis insistentes possint recipere fructus beneficiorum suorum in absentia, ad aliud triennium prorogat. (Reg. 115, fol. 53 (81) v°, c. 346 ; — *Jean XXII, Lettres communes*, t. VIII, n° 45714).

« *Gasberto, archiepiscopo Arelatensi, camerario nostro.* Convenire credimus rationi — Datum idibus julii, anno tertio decimo ».

3906 15 juillet 1329.

Judicibus, de praefatae concessionis executione. (Reg. 115, fol. 54 (82), p. c. 346 ; — *Jean XXII, Lettres communes*, t. VIII, n° 45714).

« *Judicibus.* Mandamus quatinus vos — Datum ut supra ».

3907 Avignon, 16 juillet 1329.

Jordani de Lobberto diligentiam in negotio inter Guillelmum Johannis et ejus filium, ex una parte, ac Ratherium de Castronovo ejusque nepotem, ex altera, vertente adhibitam commendat, petitionemque autem de certo beneficio vacante exaudire non potuisse ei respondet (Reg. 115, fol. 123 (151), c. 730).

« *Nobili viro Jordano de Lobberto, senescallo Petragoricensi et Caturcensi.* Nobilitatis tue litteras — Datum Avinione, XVII kalendas augusti, anno tertio decimo ».

3908 Avignon, 17 juillet 1329.

Guillelmum de Arreblayo et Johannem de Aulesiaco, de certa pecuniae summa reperta in bonis quondam Philippi, abbatis monasterii Fiscannensis, ordinis sancti Benedicti, Rothomagensis diocesis, quam Camerae Apostolicae assignaverant, quittat. (Reg. 115, fol. 75 (103), c. 446).

« *Guillelmo de Arreblayo, thesaurario ecclesie Morinensis, et nobili viro Johanni de Aulesiaco, domicello Autisiodorensis diocesis.* Vestre nobis exhibita — Datum Avinione, XVI kalendas augusti, anno tertio decimo ».

3909 Avignon, 21 juillet 1329.

Priori et conventui monasterii Beatae Mariae de Templo Caturcensis, Cartusiensis ordinis, concedit ut omnibus privilegiis monasterio et ordini Cartusiensi concessis vel concedendis gaudeant. (Reg. 89, fol. 3, c. 6 ; — Reg. 115, fol. 112 (140) v°, c. 634 ; — *Jean XXII, Lettres communes*, t. VIII, n° 46218).

« *Priori et conventui monasterii Beate Marie de Templo Caturcensis, Cartusiensis ordinis, presentibus et futuris.* Ad ea que vobis et monasterio vestro esse oportuna conspicimus, tanto libentius conver-

timus studia mentis nostre quanto vos et ipsum monasterium in pacis et quietis pulcritudine dulcius cupimus confoveri. Hinc est quod nos vestris supplicationibus inclinati, ut vos dictumque monasterium ac omnia bona vestra que nunc obtinetis et imposterum, dante Domino, vos contigerit adipisci, omnibus libertatibus, immunitatibus, privilegiis, gratiis et indulgenciis monasteriis et ordini Cartusiensi a Romanis pontificibus, predecessoribus nostris, sub quacunque forma vel expressione verborum concessis et concedendis per Sedem Apostolicam in futurum gaudere plenarie ac si vobis et monasterio vestro predicto essent specialiter et expresse concessa eorumque tenores in presentibus de verbo ad verbum inserti, perpetuis temporibus valeatis, vobis prefatoque vestro monasterio auctoritate presentium indulgemus. Datum Avinione, XII kalendas augusti, anno tertio decimo ».

3910 21 juillet 1329.

Consulibus civitatis Caturcensis, ut quamdam plateam monasterio religiosorum ordinis Cartusiensis, in suburbio ejusdem civitatis, contiguam, quam Templarii olim possidebant, praefato monasterio restituant. (Reg. 115, fol. 122 (150), c. 724).

« *Consulibus civitatis Caturcensis.* Nostis, filii, quod — Datum XII kalendas augusti, anno tertio decimo ».

3911 21 juillet 1329.

Abbati monasterii de Conchis ut monasterio Beatae Mariae de Templo Caturcensi, Cartusiensis ordinis, pro reparatione ejusdem monasterii ac cellis officinisque aliis construendis, de legnaminis ex nemoribus prope fluvium Olti provenientibus provideat. (Reg. 115, fol. 122 (150) v°, c. 727).

« *Abbati monasterii de Conchis, ordinis sancti Benedicti, diocesis Ruthenensis.* Cum dilecti filii — Datum XII kalendas augusti, anno tertio decimo ».

« In e. m. preposito Montissalvi, ordinis sancti Augustini, diocesis Sancti Flori ».

3912 Avignon, 21 juillet 1329.

Guillelmo, Senonensi archiepiscopo, de cantoria Carnotensis ecclesiae propter quam Ludovicus de Meleduno, ejusdem archiepiscopi germanus, et Petrus de Villanis litigant. (Reg. 115, fol. 126 (154), c. 746).

« *Guillelmo, archiepiscopo Senonensi.* Non absque displicentia magna nuper accepimus quod dilectus filius Ludovicus de Meleduno, canonicus Carnotensis, germanus tuus, provisioni de cantoria ecclesie Carnotensis dilecto filio Petro de Villanis, cantori ejusdem ecclesie, per nos facte indebite se opponens, causam in curia regia Francie, non sine juris et honoris Ecclesie Romane prejudicio, prosequendo, provisionem eandem suum effectum debitum consequi non permittit. Quocirca fraternitatem tuam rogamus et hortamur attentius quatinus, sicut nuper dilecto filio Philippo de Meleduno, archidiacono Remensi, germano tuo in nostra constituto presentia expressisse meminimus et tibi per eum mandavimus vive vocis oraculo explicari, prefatum Ludovicum ab impedimento predicto ac prosecutione desistere facias dicte cause, premissa taliter completurus quod tua et eorundem germanorum tuorum devotio apud nos et Sedem Apostolicam debeat merito commendari. Datum Avinione, XII kalendas augusti, anno tertio decimo ».

3913 Avignon, 21 juillet 1329.

Philippo de Meleduno, Remensi archidiacono, de eadem Carnotensi cantoria Petro de Villanis concessa. (Reg. 115, fol. 126 (154), c. 747).

« *Eidem archidiacono Remensi.* Dixisse tibi nuper — Datum ut supra [Avinione, XII kalendas augusti, anno tercio decimo] ».

3914 Avignon, 21 juillet 1329.

Rogero, Vaurensi episcopo, ut summam quam ratione fructuum prioratuum de Helizona et Sanctimontis, Cluniacensis ordinis, Auxitanae diocesis, per obitum Vitalis Albanensis episcopi vacantium collatorumque Johanni tituli Sanctae Crucis in Jerusalem et Raymundo tituli Sancti Eusebii presbyteris cardinalibus, debebat, eisdem cardinalibus exhibeat (Reg. 115, fol. 128 (156), c. 763).

« *Rogero, episcopo Vaurensi.* Dudum prioratibus de — Datum Avinione, XII kalendas augusti, anno tertio decimo ».

3915 Avignon, 21 juillet 1329.

Guillelmo de Bos, sacristae Forojuliensi, collectori, super eodem, ut praefatum episcopum ad praemissa inducat. (Reg. 115, fol. 128 (156) v°, c. 764).

« *Eidem sacriste* [*Guillelmo de Bos, sacriste Forojuliensi*] (1). Dudum etc. — Datum ut supra [Avinione, XII kalendas augusti, anno tertio decimo] ».

3916 Avignon, 21 juillet 1329.

Oddoni, duci Burgundiae, quod neque decimam proventuum ecclesiasticorum usque ad certum tempus neque bona aliqua olim Templi ei concedere potest. (Reg. 115, fol. 125 (153), c. 739).

« *Oddoni, duci Burgundie.* Ad nostram nuper venientes presentiam dilecti filii Johannes Ogerii, decanus ecclesie de Belna, Eduensis diocesis, et nobilis vir Johannes de Castillione, juris civilis professores, tui nuntii, nobilitatis tue litteras per quas eis a nobis adhiberi super exponendis petiisti credenciam presentarunt, quos nuntios et litteras benigne recepimus et intelleximus que ipsi coram nobis curaverunt proponere diligenter. Cumque predicti nuntii, quibusdam tuis expositis necessitatibus, deciman proventuum ecclesiasticorum in terris tuis consistentium tibi usque ad certum tempus, necnon certa bona olim Templi que infra dictas terras dicuntur consistere, concedi per nos petierint, quasdam petitiones alias nobis pro parte tua nichilominus porrigentes, nos eisdem viva voce respondimus nuntiis et tibi, fili, tenore presentium respondemus quod cum Ecclesia Romana magnis et importabilibus necessitatibus, hiis presertim temporibus, sicut tuam latere prudenciam non credimus, oppressa nimium, egere subsidiis ecclesiarum continuis que sibi aliunde non potest procurare sic commode dinoscatur, nos ex hiis gravatas plurimum ecclesias non absque magne compassionis oculis contemplantes, non videmus eas ad alia onera supra illa que ipsas pro eadem Romana Ecclesia subire oportet necessario posse presencialiter sufficere supportanda, nec bona Templi predicta que Hospitali Sancti Johannis Jerosolimitani per felicis recordationis Clementem papam V predecessorem nostrum sub certa forma concessa in consilio Viennensi alicui, quantumcunque magno principi, nunquam invenimus concessisse, quare nos, qui te prosequi, quantum cum Deo poterimus, favoribus congruis loco et tempore oportunis intendimus, habeat tua circumspectio super hiis excusatos. Alias autem petitiones pro parte tua nobis oblatas duximus, prout secundum Deum licuit, ad exauditionis graciam favorabiliter admittendas. Datum Avinione, XII kalendas augusti, anno tertio decimo ».

(1) Index : *sacriste Vaurensi.*

3917 Avignon, 21 juillet 1329.

Episcopo Lodovensi de dono libri intitulati : *Quartam partem speculi sanctoralis* gratias agit. (Reg. 115, fol. 125 (153) v°, c. 740).

« *Bernardo, episcopo Lodovensi.* Librum intitulatum : *Quartam partem speculi sanctoralis,* quem nobis tua fraternitas destinavit, animo leto suscepimus, tue solicitudinis studium laboriosis vigiliis adhibitum in opere dicti libri plurimum in Domino commendantes, et tam de ipso quam [de] apris per te similiter nobis missis eidem fraternitati tue gratiarum actiones uberes exolventes. Datum Avinione, XII kalendas augusti, anno tertio decimo ».

3918 Avignon, 21 juillet 1329.

Johanni, duci Britanniae, de revocatione cujusdam commissionis institutae super excambio insulae monasterio Sanctae Crucis de Kemperele spectantis. (Reg. 115, fol. 126 (154), c. 745).

« *Johanni, duci Britannie.* Quia pro parte dilecti filii ..abbatis et conventus monasterii Sancte Crucis de Kemperele ad quos insula, de qua nobis scripsit tua nobilitas, noscitur pertinere, pridem coram nobis et fratribus nostris in consistorio, quod eis pro dicta insula sufficiens non poterat dari excambium, multis circumstantiis attentis que non erant aliqualiter omittende, et alie cause rationabiles proposite extiterant, propter quod commissio per nos ad tui instantiam certis episcopis super hoc dudum facta revocari debebat, idcirca nos eam, de eorundem fratrum consilio, ne partes inutiliter sumptibus gravarentur, duximus revocandam. Super quo, si tuis nequivimus supplicationibus

decenter annuere, tua nos habeat nobilitas excusatos. Datum Avinione, XII kalendas augusti, anno tertio decimo ».

3919 Avignon, 21 juillet 1329.

Guillelmo Lachapelia, praeposito de Navis in ecclesia Tutellensi, ut quamdam boriam, vocatam de Pennis, prope Caturcum, a quondam Arnaldo de Villario in carceribus defuncto relictam, quam de mandato apostolico retinet, priori et conventui monasterii Beatae Mariae de Templo Caturcensis, Cartusiensis ordinis, cum omnibus juribus suis custodiendam resignet, eos in eadem boria ejusque fructibus et proventibus colligendis defendendo. (Reg. 89, fol. 3, c. 7 ; Reg. 115, fol. 112 (140) v°, c. 635 ; — *Jean XXII, Lettres communes*, t. VIII, n° 46219).

« *Guillelmo Lachapelia, preposito de Navis in ecclesia Tutellensi, vicario venerabilis fratris nostri.. episcopi Caturcensis, salutem.* Cum quedam boria — Datum ut supra [Avinione, XII kalendas augusti, anno tertio decimo] ».

3920 Avignon, 5 août 1329.

Abbati Cistercii et coabbatibus in capitulo generali congregandis, ut pro Ecclesia contra haereticos orent ordinique eorum bene provideant. (Reg. 115, fol. 122 (150) v°, c. 726).

« *Abbati Cistercii ejusque coabbatibus in capitulo generali celebrando in proximo Cistercii congregandis.* Audivistis, filii, periculosos flatus et turbines tempestatum quos per nequam ministros suos Sathanas studuit hiis temporibus adversus Petri naviculam suscitare, nec vos credimus ignorare quanta Salvator noster Dominus Jhesus Christus ipsius ductor et rector navicule ad eam protegendam, ne hujus frangeretur impetuosis ictibus aut fluctuationibus submergeretur consurgens, operatus clementer quod ipsa videlicet Ecclesia sancta sua hiis diebus preteritis fuerit (1) et operari sua pietate inefabili continue non desistat, pro quibus nos quantum valemus humiliter et suppliciter eidem pro tot et tantis beneficiis vitulum labiorum exolvimus et ab universis Ecclesie filiis reddi sibi cupimus gratiarum uberes actiones. Sane quia vos cum ordine vestro familiariter eidem insistitis circa pedes in contemplationis altitudine cum Maria, vestram providentiam in Domino exhortamur quatinus in sancta congregatione vestra instantis capituli generalis salubria quibus de agro vestri ordinis odoribus pleno sinistra si qua sint extirpari valeant et virtutum germina pullulare provide statuentes per ordinem ipsum fundi preces ad Dominum devotissimas cum gratiarum actionibus ordinetis, ut que circa Ecclesiam ipsam sponsam suam operari cepit sic misericorditer sua benignitate dignetur perficere quod, destructis adversitatibus et erroribus universis ac errorum ministris ad lucem veritatis reductis, Ecclesia ipsa votiva tranquillitate letet nosque, qui licet insufficientibus meritis ejusdem Ecclesie regimini presidemus, sic per viam suorum dirigat mandatorum quod que sibi placita et dominico gregi nobis commisso ad salutem utilia fuerint exequi jugiter et tandem cum ipso grege ad vitam sempiternam pertingere valeamus. Ceterum dilecto filio Durando de Firmitate, procuratori vestri ordinis, quedam vobis pro persona dilecti filii Jacobi, tituli Sancte Prisce presbiteri cardinalis, imposuimus explicanda, super quibus eidem fidem adhibere curetis credulam et ea sic favorabiliter effectui mancipare quod eundem cardinalem ad vestra et ordinis predicti astringatis fortius commoda, nosque ac Sedem Apostolicam propter hoc reperire super vestris oportunitatibus mereamini magis promptos. Datum Avinione, nonis augusti, anno tertio decimo ».

3921 Avignon, 5 août 1329.

Roberto de Attrabato, quomodo ad executionem cujusdam negotii ab ejus nuntiis expositi procedi poterit respondet. (Reg. 115, fol. 123 (151), c. 728).

« *Roberto de Attrabato, comiti Bellimontis.* Magnificentie tue, fili, litteras nobis per venerabilem fratrem nostrum P., episcopum Carcassonensem, ac dilectos filios nobilem virum Guillelmum de Preciaco, militem, ac P. Tessonis, canonicum Rothomagensem, tuos nuntios presentatas benigne recepimus, et tam contenta in eis quam que dicti nuntii tam verbo quam scripto curaverunt exponere pleno collegimus intellectu. Et quia, sicut novit Ille qui nichil ignorat, tam in predictis quam in aliis parati sumus in hiis que tui honoris augmentum respiciunt, prompte annuere quantum cum Deo possumus votis tuis, considerantes quod id quod a pluribus petitur facilius invenitur, nonnullos ex nostris fratribus Sancte Romane Ecclesie cardinales,

(1) *Sic.* Texte corrompu ?

quos tui honoris zelatores fervidos novimus, scientia et experientia preditos, de quorum nominibus tui prefati nuncii te certiorem reddere poterunt, ut una nobiscum super premissis pro via salubri reperienda nsisterent, duximus evocandos, cum quibus sepius collationibus habitis et viis tactis et examinatis variis, tandem una sola se nobis obtulit per quam promptius sine Dei offensa petita exequi poteramus, videlicet quod premissa per nos vel certos ex nostris fratribus in Curia vel in partibus [tuis] per certos prelatos, quibus hoc committeremus, cognitione summaria super hiis que ad concedendum quod pro parte tua postulatum extitit possent sufficere, vocata parte simpliciter et de plano, sine strepitu et figura judicii, procederent, sicut prolata requirerent, ad expeditionem negocii supradicti. Quam quidem viam tuis prefatis obtulimus nuntiis, eis nichilominus offerendo quod si super aliis ipsis magis acceptis informare de jure nos vellent, parati eramus audire et cum omni promptitudine, quantum Dei offensa vitata posset fieri, exaudire, que omnia tibi etiam ducimus offerenda. Qui quidem nuntii nullas nobis informationes super tuis aliis obtulerunt. Et si forte tibi premissa aliter referrentur, tamen veritas sic se habet. Datum Avinione, nonis augusti, anno tertio decimo ».

3922 Avignon, 5 août 1329.

Comiti Alenconii, de executione cujusdam negotii Robertum de Attrabato tangentis. (Reg. 115, fol. 123 (151) v°, c. 733).

« *Carolo, comiti Alenconii.* Nobilitatis tue litteras super recomendatione negocii dilecti filii nobilis viri Roberti de Attrabato, comitis Bellimontis, benigne recepimus nobis missas, super quo quidem negocio quod utique commendatum quantum, vitata Dei offensa, poterimus habere intendimus, quid per nos decenter fieri potest eidem per alias nostras providimus litteras rescribendum. Datum Avinione, nonis augusti, anno tertio decimo ».

3923 Avignon, 14 août 1329.

Magistrum Carolum de Madelbertis fiscalium causarum advocatum et criminalium causarum auditorem generalem apud Sedem Apostolicam constituit. (Reg. 115, fol. 54 (82) v°, c. 349 ; — Ch. Samaran et G. Mollat, *La fiscalité pontificale en France au XIVe siècle*, p. 203, doc. II ; — *Jean XXII, Lettres communes*, t. VIII, n° 46017).

« *Magistro Carolo de Madelbertis de Cremona, juris civilis professori, in Romana curia advocato.* Illam de te quem litterarum pericia, fidei constancia et aliis virtutum meritis insignivit Dominus, fiduciam obtinentes quod ea que tue prudencie committentur fidelibus studiis exequaris, et tenentes indubie quod sic erga nos et Apostolicam Sedem integritate devotionis ferveas quod delectabile tibi reputes nostris et ejusdem Sedis inherere obsequiis, et in beneplacitis prosequendis exponere solicitudines et labores, te apud Sedem ipsam nostrarum et Sedis predicte fiscalium advocatum necnon et criminalium causarum que per appellationes eorum qui de terris Ecclesie Romane ad Sedem defferantur eandem, auditorem constituimus generalem, tibi in eisdem fiscalibus causis quicquid ad advocationis pertinent officium exercendi dictasque causas appellationum audiendi ac etiam terminandi plenam concedimus tenore presentium potestatem Et insuper volumus et mandamus quod, quamdiu hujusmodi preeris officiis, tibi de Camera nostra solvantur stipendia consueta. Datum Avinione, XIX kalendas septembris, anno tertio decimo ».

3924 15 août 1329.

Johanni de Aquablanca, ut Nicolao vocato Pelat ad Sedem Apostolicam absque Roberti regis Siciliae licentia se conferenti de securo conductu provideat (Reg. 115, fol. 59 (87) v°, c. 380).

« *Johanni de Aquablanca, militi, regio senescallo Provincie.* Cum sicut intelleximus — Datum XVIII kalendas septembris, anno tertio decimo ».

3925 15 août 1329.

Gastoni, comiti Fuxi, quod petitiones suas a B. de Bearnio, dicto Aspes, praesentatas exaudi non possunt. (Reg. 115, fol. 131 (159), c. 777).

« *Gastoni, comiti Fuxi.* Tue nobilitatis litteras — Datum XVIII kalendas septembris, anno tertio decimo ».

3926 17 août 1329.

Guillelmo de Meulhone ut rei familiaris curam operoso studio gerat. (Reg. 115, fol. 59 (87) v°, c. 379).

« *Guillelmo de Meulhone, militi, familiari nostro.* Ex affectu, fili, quo tuos paterne successus desideramus prosperos, nobilitatem tuam providimus exhortandam, tibi sano nichilominus consilio suadentes quatinus, in consideratione deducens quid tuo congruat statui quantaque paternis jam solutus nexibus tuis humeris onera precipue fratrum et sororum incumbant, et illud quoque quomodo cuncta consuevit ledere negligentiam (*sic*), tuum bonis animum moribus imbuere satagas, et, ne desit ob tui negligenciam domesticis tuis reique familiari directio debita, operoso studio curam geras. Sic enim agens, preter fructum quem cum laude colliges inde multiplicem, ad favendum tibi et assistendum in oportunitatibus profecto nos promptius inclinabis. Datum XVI kalendas septembris, anno tertio decimo ».

« In e. m. mutatis mutandis matri ejus usque in finem : quocirca tuam prudentiam exhortamur quatinus prefatum tuum genitum ut hujusmodi nostris obtemperet suasionibus solicite moneas et inducas. Datum ut supra ».

3927 Avignon, 18 août 1329.

Arnaldo de Caneto, quod absque sui superioris licentia ad servicia Raymundi, episcopi Cassinensis, Campaniae Maritimaeque rectoris ire possit. (Reg. 115, fol. 113 (141), c. 637).

« *Arnaldo de Caneto, priori prioratus de Andusia, ordinis Cluniacensis, Nemausensis diocesis.* Cum pro certis — Datum Avinione, XV kalendas septembris, anno tertio decimo ».

3928 18 août 1329.

Conventui monasterii Sanctae Mariae Vallis Viridis Parisiensis licenciam eligendi priorem dicti monasterii, non obstante quod Johannes de Lavoys, ultimus prior ejusdem monasterii, in Romana curia decesserit, concedit. (Reg. 115, fol. 113 (141), c. 640).

« *Conventui monasterii Beate Marie Viridis Vallis Parisiensis, Cartusiensis ordinis.* Licet de vestri provisione monasterii per obitum quondam Johanis de Lavoys, prioris ejusdem monasterii, per priorem soliti gubernari (1), qui nuper apud Sedem Apostolicam diem clausit extremum vacantis, nullus preter nos hac vice possit [se] intromittere, pro eo quod nos, diu ante vacationem hujusmodi, provisiones omnium monasteriorum tunc apud dictam Sedem vacantium et vacaturorum in antea dispositioni nostre auctoritate apostolica reservantes, decrevimus ex tunc irritum et inane si secus per quoscunque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, super hiis contingeret attemptari, nos tamen, qui ordinem vestrum favore prosequimur benivolentie specialis, attendentes quod vos personarum ejusdem ordinis habere potestis notitiam pleniorem, ut ad electionem prioris in eodem vestro monasterio, ut moris est in ordine predicto fieri, procedere ac si reservatio et decretum nostra hujusmodi nullatenus processissent libere valeatis, vobis licenciam auctoritate presentium elargimur, vestram prudenciam in Domino exhortantes quatinus habentes in premissis pre oculis solum Deum, talem personam in vestrum et ejusdem monasterii priorem assumere studeatis qui (2) velit, possit et sciat juxta divinum beneplacitum preesse spiritualiter et temporaliter ac prodesse. Datum XV kalendas septembris, anno tertio decimo ».

3929 18 août 1329.

Regi Franciae, de stipendio improvide ab Henrico de Flandria pro bello Lombardico petito. (Reg. 115, fol. 126 (154) v°, c. 749 ; — Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 425, n° 1196).

« *Eidem* [*regi Francie*]. Non absque admiratione in litteris regiis, quas nobis regalis destinavit noviter excellentia, contineri vidimus quod dilectus filius nobilis vir Henricus de Flandria eidem supplicaverat excellentie ut apud nos sibi placeret insistere quod de stipendiis, que sibi deberi pro serviciis nobis et Ecclesie Romane in Lombardie exercitu a se impensis asseruit, satisfactionem debitam fieri mandaremus. Cum autem, fili, nedum sibi ad plenum, pro parte nostra, de omni eo quod ratione hujusmodi deberi sibi potuit, satisfactum extiterit,

(1) *Sic.* Ne faut-il pas rétablir : provisione mon., per priorem soliti gubernari, per ob. qu. J. de L. prioris ej. mon. qui nuper ... ?

(2) *Sic.* Corriger : que ?

quinimmo eidem ultra hoc ex liberalitate nostra tria millia florenorum donata, que tamen improperando (?) minime referimus, fuerint, sicut in instrumento super hiis confecto publico, cujus tenorem inclusum presens littera continet, apparet plenius, admirari non sufficimus quod talis vir tanto principi sic improvide, ne dixerimus ingrate, quodam modo talia presumpserit suggerenda. Datum XV kalendas septembris, anno tertio decimo ».

3930 Avignon, 19 juillet 1329.

Geraldo de Lalo facultatem testandi concedit. (Reg. 115, fol. 113 (141), c. 639).

« *Magistro Geraldo de Lalo, archidiacono Aureliacensi in ecclesia Claromontensi, capellano nostro.* Quoniam humane fragilitatis — Datum Avinione, XIIII kalendas augusti, anno tertio decimo ».

3931 Avignon, 22 août 1329.

Regi Franciae, de processu inquisitionis erga Bonifontis abbatem. (Reg. 115, fol. 126 (154), c. 748).

« *Regi Francie.* Displicenter audito suggestum excellencie regie quod nos, concepta displicentia ex eo quod.. abbas Bonifontis, Cisterciensis ordinis, quandam bastidam regiam fieri procurasse dicebatur in Convenarum partibus, eundem abbatem causa vexandi traxeramus personaliter coram nobis, ecce, fili carissime, ne circumveniaris super hoc, veritas sic se habet. Dudum siquidem in consistorio nostro jam fere elapso septennio, super dilapidatione ac consumptione inordinata bonorum dicti monasterii receptationeque homicidarum, raptorum et aliarum infamium et vilium personarum, necnon deformatione regularis discipline ac hospitalitatis solite in eodem, ac pluribus aliis enormibus criminibus que ne personam notare videamus committimus silencio, nobis eodem abbate delato, cum premissa dissimulare salva nequiremus conscientia, dilecto filio nostro Jacobo, tituli Sancte Prisce presbitero cardinali, tunc episcopo Appamiarum, signanter quia professionis existebat ejusdem, et subsequenter ex causis emergentibus nonnullis aliis abbatibus ejudsem ordinis commisimus ut examinarent et referrent nobis postmodum super delatis hujusmodi veritatem. Qui siquidem commissarii ad examinationem negocii procedentes, demum remiserunt ad Curiam processus inquisitionis ipsius, citatis delato et delatoribus ad certum terminum coram nobis. Ex hiis itaque potest colligere regia providencia quam calumpniosa et mendosa extitit suggestio memorata. Rogamus itaque regiam celsitudinem et hortamur quatinus, suggestionibus talibus, quas plerumque procurant ut correctionem debitam effugiant male sibi conscii, aures nolit credulas exhibere. Datum Avinione, XI kalendas septembris, anno tertio decimo ».

3932 22 août 1329.

Regi Franciae, de prospero statu congaudens, nonnulla de Bavaro significat. (Reg. 115, fol. 126 (154) v°, c. 750; — Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 425, n° 1198).

« *Eidem* [*regi Francie*]. Quia te, fili carissime, de statu nostro benivolencia regalis reddit solicitum et nos de tuo curavit efficere certiores, gratiarum magnificencie regie referimus uberes actiones, leti de status prosperitate regii nobis nunciati per litteras regias quas leta manu suscepimus et jocunda. De nostro autem regiam volumus magnificentiam non latere quod licet curis anxiemur continuis, Illo tamen faciente qui potest [omnia], corporis sospitate letamur, serenitatem regiam attencius deprecantes quatinus statum suum, quem nos audire delectat prosperum, nobis velit sepius intimare. Ceterum cum, sicut ipse regie continebant littere, affectu benivolo gaudeas quotiens audis Ecclesie Dei sancte prosperari negocia, quod etiam tue postulas excellencie sepius nunciari, ecce quod per mercatorum litteras habetur in Curia quod Florentini et Pisani concordia inter se mutua necnon et ut contra Bavarum vicicim se adjuvent ac eum prosequantur et suos pro viribus sunt noviter adunati. Mortem Canis supponimus etiam regiam excellenciam audivisse. Creduntur autem probabiliter qui locum ipsius occupant semitas ejus minime sectaturos. Datum XI kalendas septembris, anno tercio decimo ».

3933 22 août 1329.

Johannae, reginae Franciae, de eodem. Reg. 115,

fol. 126 (154) v°, c. 751 ; — voir RIEZLER, *Vatikanische Akten*, p. 425, n° 1198, note 2).

« *Johanne, regine Francie.* Super eo, filia carissima, quod nostris et Ecclesie Romane filiali affectione congaudes successibus, et de hiis certiorari frequenter desideras, gratiarum actiones uberes regie celsitudini exsolventes, ecce devotioni regie nunciamus quod divine suffragio gratie corporea fruimur sospitate, et licet mens curis et solicitudinibus anxietur innumeris, propter hoc tamen consolamur in Domino qui prospera facit misericorditer negocia Ecclesie Sue sancte, super quo, ut tua pariter consoletur serenitas, eidem ad complacentiam intimamus quod Florentini et Pisani jam confederati sunt mutuo ad devotionem Ecclesie in ejus hostes insurgere pro viribus aspirantes. Mortem autem Canis de Scala supponimus regiam non latere noticiam, et creduntur probabiliter qui ejus in presenciarum locum occupant ipsius semitas minime sectaturi. Datum ut supra [XI kalendas septembris, anno tertio decimo] ».

3934 Avignon, 23 août 1329.

Episcopo Tricastrino et .. gardiano fratrum Minorum de Montilio Ademari, ut Guillelmum Valentinensem episcopum et Ademarum de Pictavia ad observandam pacem inter eos initam inducant. (REG. 115, fol. 54 (82), c. 348).

« *Episcopo Tricastrino et dilecto filio.. gardiano fratrum ordinis Minorum de Montilio Ademari, Valentinensis diocesis.* Dudum venerabilis frater noster Guillelmus, episcopus Valentinensis et Diensis, et dilectus filius nobilis vir Ademarus de Pictavia in nostra presentia constituti, damnpa rerum ac animarum et corporum pericula gravia que hactenus ex guerrarum et commotionum fremitibus, que inter ipsos eorumque vassallos, sequaces, valitores et subditos provenerunt, diligentius attendentes, et volentes prudenter occurrere hujusmodi periculosis dispendiis que possent ex futuris eorum guerris et dissentionibus procedere (1), dictus episcopus, videlicet pro se suisque successoribus ac ecclesiis necnon subditis, valitoribus et vassallis ex parte una, et idem nobilis pro se ac quondam Ademaro de Pictavia genitore suo tunc in humanis agente ipsorumque successoribus et subditis, valitoribus et vassallis ex altera, treugam usque ad centum annos ac pacem et concordiam sub certis modis, formis et conditionibus, necnon excommunicationis et interdicti aliisque vallatas diversis penis et sentenciis inierunt invicem, fecerunt ac etiam ordinaverunt, adjecto specialiter et expresse quod treuga predicta frangi seu violari usque ad tempus non valeret predictum, quominus ad observationem illius predicte partes, eorum vassalli, sequaces, valitores et subditi redire quantumcunque aliquid attemptatum foret in contrarium tenerentur. Que omnia nos ad earundem partium supplicationem instantem approbavimus, confirmavimus, sententiasque in non servantes vel infringentes treugam, pacem et concordiam hujusmodi promulgavimus supradictas et defectum etiam supplevimus, si quis esset quomodolibet in premissis. Et licet ex premissis, circa que labores multos et solicitudines varias adhibere curavimus, crederemus fructus votivos et uberes pro pace firma et stabili eisdem partibus totique illi patrie provenisse, noviter tamen, non absque displicentia magna, percepimus quod hostis pacis, caritatis et humane quietis emulus cunctorumque malorum incentor, ibi sue venena nequitie magis diffundere satagens ubi se amplius existimat obfuturum, memoratos episcopum et nobilem ac gentes, vassallos et subditos eorundem odiosis hinc inde conceptis rancoribus sic studuit commovere quod ad offensiones mutuas et congressus hostiles et periculosos nimium se parant invicem et disponunt. Nos autem obviari periculosis dispendiis que proculdubio ex commotionibus hujusmodi sequi possent et predictam observari treugam, pacem seu concordiam realiter et inviolabiliter cupientes, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel alter vestrum prefatos episcopum et nobilem eorumque vassallos, valitores et subditos, de quibus vobis videbitur, ex parte nostra inducere ac monere curetis ut, treugam ipsam, pacem seu concordiam inviolabiliter observantes, ab offensionibus et congressibus hostilibus hujusmodi penitus abstinere procurent ; quod, si forsan contrarium presumerent attemptare, ad executionem predictarum penarum, videlicet excommunicationis in personas singulares et interdicti in terras et loca illorum qui monitioni et exhortationi hujusmodi effectualiter non parerent, procedere studeatis, eisdem partibus nichilominus ex parte nostra, sub excommunicationis in personas et interdicti in terras et loca ipsorum

(1) Reg. : *providere*.

[penis], quas nisi mandato hujusmodi cum effectu paruerint incurerre volumus ipso facto, districtius injungentes ut infra decem dierum spatium per se vel per procuratores ydoneos super predictis sufficienter instructos coram nobis, sicut etiam tenentur ex forma ordinationis dicte treuge,pacis seu concordie, se presentent, super hiis que hinc inde fuerint indebite attemptata facturi, audituri et completuri quod duxerimus ordinandum, nos, de hiis que in hac parte quomodolibet egeritis, reddituri per instrumentum publicum harum seriem continens nichilominus certiores. Datum Avinione, X kalendas septembris, anno tertio decimo ».

3935 23 août 1329.

Guillelmo, episcopo Valentinensi, ut treugam cum Ademaro de Pictavia factam observet et ad Curiam veniat. (Reg. 115, fol. 59 (87), c. 377).

« *Guillelmo, episcopo Valentinensi.* A tua non credimus memoria excidisse qualiter dudum tu et dilectus filius nobilis vir Ademarus de Pictavia in nostra presentia constituti, dampna rerum ac animarum et corporum gravia pericula que hactenus ex guerrarum et commotionum fremitibus que inter vos invicem vestrosque vassallos, valitores et subditos provenerunt diligencius attendentes, et volentes prudenter occurrere hujusmodi periculosis dispendiis que possent ex futuris vestris guerris et dissensionibus provenire, tu pro te tuisque sucessoribus et ecclesiis necnon subditis, valitoribus et vassallis ex parte una, et idem nobilis pro se ac quondam Ademaro de Pictavia genitore suo tunc in humanis agente ipsorumque successoribus ac subditis, valitoribus et vassallis ex altera, treugam usque ad centum annos ac pacem et concordiam sub certis modis, formis et conditionibus necnon excommunicationis et interdicti aliisque diversis vallatas penis et sententiis in istis invicem, sicut tua novit prudencia (et) fecistis, adjecto specialiter et expresse quod treuga predicta frangi vero seu violari usque ad tempus non valeret predictum, quominus ad observationem illius vos vestrique vassalli, valitores et subditi redire teneremini quantumcumque foret in contrarium aliquid attemptatum Que omnia nos ad tuam et ejusdem nobilis supplicationem instantem approbavimus, confirmavimus predictasque sententias in non servantes vel infringentes treugam, pacem seu concordiam hujusmodi duxerimus promulgandas et defectum etiam supplevimus si quis esset quomodolibet in premissis. Et licet ex premissis, circa que labores multos et solicitudines varias adhibere prout nosti curavimus, crederemus fructus votivos et uberes pro pace firma utrique parti totique illi patrie provenisse, noviter tamen non absque displicentia magna percepimus quod hostis pacis, humane quietis emulus cunctorumque malorum incentor, ibi sue venena nequitie magis diffundere satagens ubi se amplius existimat obfuturum, sic te dictumque nobilem odiosis hinc inde conceptis rancoribus studuit commovere quod ad offensiones mutuas et congressus hostiles et periculosos nimium vos paratis. Nos autem dispendiosis obviari periculis que procul dubio ex congressibus et offensionibus hujusmodi sequi possent, et treugam ipsam, pacem seu concordiam observari realiter cupientes, fraternitatem tuam requirimus et hortamur attentius quatinus ab hujusmodi offensionibus et congressibus omnino desistens, ad nostram presentiam te conferre personaliter vel procuratorem tuum ydoneum in hac parte sufficienter instructum destinare, sicut etiam teneris ex forma ordinationis dicte treuge, pacis seu concordie, non postponas, ut tecum aut cum eodem procuratore prefatoque nobili cui similes dirigimus litteras vel procuratore suo, reformatis quantum erit possibile que ab utraque parte attemptata fuerint indebite, ordinare quod expedire videbimus super hiis valeamus, premissis requisitioni et exhortationi nostris taliter pariturus quod vitatis penis et sententiis in ordinatione seu processu dicte treuge, pacis seu concordie contentis, tua circumspectio debeat merito commendari. Datum X kalendas septembris, anno decimo ».

In e.m. dicto nobili, verbis competentibus mutatis.

3936 Avignon, 23 août 1329.

Archiepiscopum Ebredunensem pro reformanda pace inter Gastonem Fuxi et Johannem Armaniaci comites mittit. (Reg. 115, fol. 129 (157) v°, c. 770).

« *Bertrando, archiepiscopo Ebredunensi.* Summi et pii patris vices licet immeriti gerentes in terris paterne pietatis officium erga filios libenter exequi-

mur et quantum nobis ex alto conceditur consilium capimus ut gressus eorum secundum beneplacitum Domini obtruso calle discordie in pacis semitas dirigantur. Sane molesta nimis et dispendiosa dissencio quam zizanie sator cunctorumque malorum incentor inter dilectos filios nobiles viros Gastonem Fuxi et Johanem Armaniaci comites suscitasse dinoscitur eo gravius turbat cordis nostre precordia quo exinde periculosiores proventuros eventus intensior discussio representat. Dum enim attendimus quod ipsi sanguinis propinquitate conjuncti quorum alteruter ex altero si animorum concordium glutinio jungerentur deberet esse robustior, semine jacto zizanie invicem dissident ac contrariis voluntatum fluctibus tumescentes ad mutuas congressiones aspirant et utrinque sibi inferendas injurias conflatis viribus elaborant. Dumque attenta consideratione prospicimus que exinde expensarum profluvia rerum et facultatum dispendia, cedes hominum et animarum et corporum irreparabilia pericula verisimiliter possunt sequi, ipsa etiam nobis redditur tarda celeritas ut prompta officiositate et officiosa promptitudine laboremus, partes apostolice solicitudinis adhibendo ne prefata dissensio perniciosam, quod absit, coalescat in segetem, quinimmo auxiliante Domino radicitus exturpetur. Propter quod ad hujusmodi sedandam discordiam inter eos intentis et vigilantibus studiis dare opem et operam affectantes, ac de fidei tue probata constancia et experte probitatis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes teque propterea velut oportunum ydoneumque ministrum ad efficacem prosecutionem hujusmodi reformande inter dictos comites eligentes, fraternitati tue per apostolica scripta committitimus et mandamus quatinus predictorum comitum presenciam adiens eisque desiderium nostrum fervens quod de pace et unitate ipsorum reformanda et conservanda gerimus prudenter aperiens, eos ad pacem et concordiam juxta datam tibi ex alto prudenciam solicitis monitis et efficacibus inducere persuasionibus elabores, ut auxiliante Illo qui facit concordiam in sublimibus suis tuaque cooperante solercia cesset inter eos gravium malorum productiva dissensio, animorum reformetur idemptitas et optata inter eos concordia reparetur. Nos enim ad omnia et singula que per nos ad pacem ipsam procurandam et firmandam possent fieri tibi plenam et liberam auctoritate presencium concedimus facultatem. Datum Avinione, X kalendas septembris, anno tercio decimo ».

3937 Avignon, 23 août 1328.

Eidem archiepiscopo et nuntio litteras de securo conductu mittit. (Reg. 115, fol. 129 (157) v°, c. 771).

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis archidiaconis, archipresbiteris, officialibus et aliis ecclesiarum prelatis eorumque vicesgerentibus ac personis ecclesiasticis secularibus et regularibus ecclesiarum et monasteriorum, capitulis et conventibus exemptis et non exemptis Cisterciensis, Cluniacensis, Cartusiensis, Premostratensis, sancti Benedicti et sancti Augustini et aliorum ordinum, necnon magistris et preceptoribus domorum Beate Marie Theutonicorum et Calatravensis eorumque locatenentibus ad quos littere iste pervenerint.* Cum venerabilem fratrem — Datum ut supra [X kalendas septembris, anno tertio decimo] ».

3938 23 août 1329.

Gastoni, comiti Fuxi, ut B., archiepiscopi Ebredunensis, monitis acquiescens, pacem cum Johanne, comite Armaniaci, faciat. (Reg. 115, fol. 131 (159), c. 778).

« *Eidem comiti* [*Gastoni, comiti Fuxi*]. Summi et pii patris vices licet immeriti gerentes in terris, paterne pietatis officium erga filios libenter exequimur, et quantum nobis ex alto conceditur consilium capimus ut gressus eorum secundum beneplacitum Domini, obtruso calle discordie, in pacis semitis dirigantur. Sane molesta nimis et dispendiosa dissensio quam zizanie sator cunctorum malorum incentor inter te et dilectum filium nobilem virum Johannem, comitem Armaniaci, suscitasse dinoscitur, eo gravius turbat cordis nostri precordia quo exinde periculosiores proventuros eventus intensior discussio representat. Dum enim attendimus quod rei et dictos comites (*sic*) sanguinis propinquitate conjuncti, quorum alteruter vestrum ex altero, si animorum concordium glutinio vos uniret, deberet esse robustior, semine jacto zizanie invicem dissidetis, ac, contrariis voluntatum fluctibus tumescentes, ad mutuas congressiones intenditis et utrinque vobis inferendas injurias conflatis viribus laboratis; dumque attenta consideratione conspicimus que exinde expensarum profluvia, rerum et facultatum dispendia, cedes hominum ac animarum et corporum

irreparabilia pericula verisimiliter possunt sequi, ipsa etiam nobis redditur tarda celeritas, ut prompta officiositate et officiosa promptitudine laboremus, partes apostolice solicitudinis adhibendo ne prefata dissensio perniciosam, quod absit, coalescat in segetem, quinimmo auxiliante Domino radicitus extirpetur, propter quod ad hujusmodi cedandam (*sic*) discordiam inter te et comitem prelibatum intentis et vigilantibus studiis dare opem et operam affectantes, ac de venerabilis fratris nostri B. archiepiscopi Ebredunensis fidei probate constancia et experte probitatis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes, ipsum propterea velut oportunum ydoneumque ministrum ad efficacem prosecutionem hujusmodi pacis inter te et dictum comitem reformande duximus eligendum, eumque propter hoc ad tuam et ejusdem comitis Armaniaci presenciam providimus destinandum. Quocirca nobilitatem tuam monemus, rogamus et hortamur attente, tibi in remissionem peccaminum injungentes quatinus attente considerans premissa pericula et convertens ad mansuetudinem mentem tuam, teque ad pacis bonum et unitatem concordie habilitans et coaptans, ejusdem archiepiscopi immo nostris salutaribus monitis et persuasionibus acquiescere studeas et promptis consensibus adherere ut, actore Illo qui potest [omnia], quorumlibet dissidiorum vepribus radicitus amputatis, inter te et dictum comitem optate pacis federa reformentur tuque ex hoc tanto nobis et Ecclesie matri tue reddaris acceptior quanto te devotius apostolicis beneplacitis conformabis. Datum X kalendas septembris, anno tertio decimo ».

3939 25 août 1329.

Episcopo Tricastrino ut Guillelmum episcopum Valentinensem ad pacem cum Ademaro de Pictavia faciendam inducat. (Reg. 115, fol. 58 (86) v°, c. 376).

« *Episcopo Tricastrino.* Super infestis novitatibus que inter venerabilem fratrem nostrum Guillelmum, episcopum Valentinensem et Diensem, et dilectum filium nobilem virum Ademarium de Pictavia seu ipsorum gentes et subditos facte hiis diebus in eis partibus asseruntur, tibi et dilecto filio.. gardiano fratrum ordinis Minorum de Montilio Ademari Valentine diocesis patentes ac eisdem episcopo et nobili clausas litteras nostras dirigimus oportunas, fraternitatem tuam attentius exhortantes quatinus ad executionem predictarum litterarum tibi et dicto gardiano directarum solerter et diligenter procedens, prefatum episcopum, ut ad nostram presentiam personaliter se conferat, cui nos etiam super hoc scribimus, necnon et ipsum nobilem quod episcopo prelibato de securitate oportuna interim provideat, ita quod sibi aut suis in personis, terris aut bonis eorum nullas molestationes aut novitates inferat nec a suis gentibus et subditis inferri permittat, inducere studeas diligenter, nobis rescripturus fideliter quicquid egeris in premissis. Datum VIII kalendas septembris, anno tercio decimo ».

3940 Avignon, 26 août 1329.

Ricavo de Gordis pro emendis pannis ad Flandriae et Brabantiae partes destinato ut a mercatoribus societatis Bardorum de Florencia in eisdem partibus commorantibus duo millia trecentos septuaginta quinque florenorum auri mutuo Camerae Apostolicae nomine recipiat. (Reg. 115, fol. 54 (82) v°, c. 350 ; — Fayen, *Lettres de Jean XXII*, II, n° 2498).

« *Ricavo de Gordis, civi et mercatori Avinionensi.* Cum pro emendis — Datum Avinione, VII kalendas septembris, anno tertio decimo ».

3941 26 août 1329.

Rotgero, episcopo Lemovicensi, ut erga P., Carcassonensem episcopum, qui unam collegiatam ecclesiam fratrum ordinis Sancti Sepulchri in villa de Traynhaco Lemovicensis diocesis erigere intendit, se favorabilem exhibeat. (Reg. 115, fol. 126 (154) v°, c. 752).

« *Rotgero, episcopo Lemovicensi.* Cum venerabilis frater — Datum VII kalendas septembris, anno tertio decimo ».

3942 Avignon, 30 août 1329.

Universis personis ecclesiasticis ut Hugoni, episcopo Tricastrino, ad pacem inter Guillelmum episcopum Valentinensem et Diensem ac Ademarum de Pictavia reformandam ab Apostolica Sede destinato, de quinque florenis auri diebus singulis provideant. (Reg. 115, fol. 56 (84), c. 353.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis .. electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbiteris et aliis ecclesiarum prelatis vel eorum locatenentibus ceterisque personis ecclesiasticis secularibus et religiosis, necnon capitulis, conventibus exemptis et non exemptis Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum ac domorum Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, Beate Marie Theotonicorum et Calatravensis ad quos presentes littere pervenerint.* Cum pro favenda — Datum Avinione, III kalendas septembris, anno tertio decimo ».

3943 Avignon, 1er septembre 1329.

Blanchae, comitissae Sabaudiae, terminum solutionis ad quam per obligationem ab Eduardo, comite Sabaudiae, viro suo, dudum erga quosdam mercatores Florentinos contractam tenebatur, usque ad unum annum prorogat. (Reg. 115, fol. 55 (83) vo, c. 352 ; — Jean XXII, *Lettres communes*, t. VIII, n. 46178).

« *Blanche, comitisse Sabaudie.* Pridem constitutus in presentia nostra dilectus filius Remigius de Sancta Margareta, canonicus Trecensis, procurator tuus ad hoc per te specialiter ordinatus, nobis pro parte tua significare curavit quod, pro certis pecunie summis quas dilectus filius nobilis vir Eduardus comes Sabaudie, vir tuus, dudum a dilectis filiis Renucio Hugonis et Francisco Renucii, necnon Gerardo Francisco et Johanne Davixi, fratribus, et Albizo Nicolao Montellini et Jaqueto Mantini ac Renucio Carucii, civibus Florentinis, mercatoribus et societatibus eorundem receperat, nomine mutui, solvendis in certis prefixis terminis tunc elapsis, de voluntate dicti viri tui, te, filia, tanquam principalem personam ipsis mercatoribus pro se et dictis eorum societatibus duxeras obligandam, te nichilominus ad ipsorum mercatorum instantiam pro se dictisque societatibus Camere nostre jurisdictioni summittens, juramento per te super hiis corporaliter prestito, certisque renunciationibus expresse factis, ex quibus quia nec per dictum virum tuum, nec per te alias gravi ut dicebatur necessitate constrictam, seu alium vel alios pro parte dicti viri tui vel tua fuerat prefatis mercatoribus seu societatibus aut alicui vel ipsorum aliquibus de predictis pecunie quantitatibus in eisdem terminis satisfactum, tu, una cum filiabus et familia tuis ac nonnullis aliis qui tecum participaverant noscebaris latas super hiis excommunicationum et alias spirituales penas et sententias incurrisse. Quare, cum prefatus procurator tuus pro parte tua supplicaverit nobis humiliter ut tam tibi et filiabus ac familie tuis quam predictis aliis providere super hiis de oportuno remedio dignaremur, nos, quantum cum Deo, salva honestate justitie, potuimus tuis in hac parte supplicationibus inclinati, prefatis mercatoribus pro se ac prelibatis societatibus in predicta nostra presencia constitutis, de consensu ipsorum et cujuslibet eorundem, te ac filias tuas predictas, necnon prefatam familiam tuam tuis dumtaxat cotidianis obsequiis insistentem ab hujusmodi penis et sentenciis, quas incurreratis propterea, auctoritate apostolica per alias nostras certi tenoris litteras duximus absolvendas, ita tamen quod obligatione, juramento et submissione hujusmodi alias in suo vigore manentibus, nisi infra annum unum a die date litterarum ipsarum in antea numerandum predictis mercatoribus et eorum singulis seu societatibus eorundem de prelibatis pecunie summis integraliter satisfactum existeret, relaberemini in dictas sententias eo ipso. Volumus autem quod interim tu seu filie ac familie tue jamdicte, premissa occasione, non possetis eisdem sententiis innodari, prout in dictis litteris plenius continetur. Cum autem, sicut pro parte tua nuper fuit nobis expositum, tu et predictus vir tuus, ex multis et variis incumbentibus vobis agendis adhuc ea gravi qua prius necessitate gravati, nequeatis infra dictum terminum, cujus lapsus instare dinoscitur, satisfacere dictis mercatoribus seu prefatis societatibus eorundem, nobisque pro eadem parte tua humiliter fuerit supplicatum ut tibi ac filiabus et familie tuis predictis providere super hiis denuo de oportuno remedio dignaremur, nos, quantum similiter cum Deo salvaque honestate justitie possumus tuis in hac parte supplicationibus inclinati, prelibatis mercatoribus pro se ac dictis eorum societatibus in predicta nostra presencia constitutis, de consensu ipsorum et cujuslibet eorundem, premissum terminum usque ad unum annum a die date presentium numerandum auctoritate apostolica prorogamus, ita tamen quod, obligatione, juramento et summissione predictis alias ut prefertur in suo vigore manentibus, nisi infra dictum taliter prorogatum terminum predictis mercatoribus et eorum singulis seu societatibus

eorundem de predictis pecunie summis integraliter satisfactum fuerit, eo ipso tu, una cum filiabus et familia tuis jam dictis, in easdem sententias relabatis. Volumus autem quod interim tu seu filie ac familia tue predicte premissa occasione non possitis eisdem sententiis innodari. Nulli ergo etc.. Datum Avinione, kalendis septembris, anno tertio decimo ».

3944 Avignon, 2 septembre 1329.

Episcopo Tricastrino ut processus contra Guillelmum episcopum Valentinum et Diensem ac Ademarum de Pictavia aggravet eosque ad comparendum in Curia infra decem dierum spatium citet. (Reg. 115, fol. 54 (82) v°, c. 351).

« *Episcopo Tricastrino.* In nostra dudum presentia constituti venerabilis frater noster Guillelmus, episcopus Valentinus et Diensis, ac dilectus filius nobilis vir Ademarus de Pictavia diligentius attendentes dampna rerum gravia ac corporum et animarum amarius deploranda pericula que guerrarum dissensionum et commotionum fremitus et insultus inter ipsos eorumque vassallos, valitores et subditos preteritis temporibus ministrarant, et volentes dispendiosis periculis hujusmodi que provenire possent ex guerris ac dissensionibus et commotionibus futuris prudenter occurrere, prefatus episcopus pro se suisque successoribus ac ecclesiis, subditis, valitoribus et vassallis, ex parte una, et prefatus nobilis pro se ac quondam Ademaro de Pictavia, genitore suo, tunc in humanis agente, ipsorumque successoribus ac subditis, valitoribus et vassallis, ex altera, treugam usque ad centum annos ac pacem et concordiam sub certis modis, formis et conditionibus necnon excommunicationis et interdicti aliisque vallatas diversis penis et sententiis inierunt, invicem fecerunt ac etiam ordinarunt, adjecto specialiter et expresse quod treuga predicta frangi seu violari usque ad tempus non valeret predictum quominus ad (1) observationem illius predicte partes earumque vassalli, sequaces, valitores et subditi redire, quantumcumque aliquid attemptatum foret in contrarium, tenerentur ; que omnia nos, ad instantem supplicationem partium earundem approbavimus, confirmavimus sententiasque in non servantes vel infringentes treugam, pacem et concordiam hujusmodi promulgavimus supradictas, et deffectum etiam supplevimus, si quis intervenisset quomodolibet pro premissis. Et quamvis ex predictis, circa que multos labores et solicitudines varias adhibere curavimus, crederemus fructus votivos et uberes eisdem partibus et aliis quos tangere poterat pro pace firma et stabili provenisse, nuper tamen non sine displicentia magna percepto quod hostis pacis, caritatis et humane quietis emulus, memoratos episcopum et nobilem ac gentes, vassallos et subditos eorundem odiosis hinc inde conceptis rancoribus sic studuerat commovere quod ad offensiones mutuas et congressus hostiles mutuo se parabant, nos, cupientes periculis inde formidandis periculis (*sic*) salubriter obviare ac treugam, pacem et concordiam inviolabiliter observari predictas, tibi et dilecto filio .. gardiano fratrum ordinis Minorum de Montilio Ademari, Valentine diocesis, per nostras certi tenoris litteras dedimus in mandatis ut vos, vel alter vestrum, prefatos episcopum et nobilem eorumque vassallos, valitores et subditos, de quibus vobis expediens videretur, ex parte nostra monere et efficaciter inducere curaretis ut treugam ipsam, pacem seu concordiam inviolabiliter observantes, ab offensionibus et congressibus hostilibus hujusmodi penitus abstinerent, et [si] forsistan contrarium presumerent attemptare, ad executionem predictarum penarum, videlicet excommunicationis in personas singulares et interdicti in terras et loca illorum qui monitioni et exhortationi hujusmodi effectualiter non parerent, procedere curaretis, intimando nichilominus partibus antedictis et eis, ex parte nostra, sub excommunicationis in personas et interdicti in terras et loca ipsorum quas nisi parerent mandato hujusmodi cum effectu incurrerent ipso facto, districtius injungendo ut infra decem dierum spacium per se vel suos procuratores ydoneos super premissis sufficienter instructos se coram nobis sicut etiam tenebantur ex forma ordinationis dicte treuge, pacis seu concordie presentarent, facturi, audituri et completuri que super attemptatis indebite hinc inde ordinandum, ratione previa, duceremus. Et licet, pro executione mandati nostri hujusmodi facienda, te ad eas partes ac ipsos episcopum et nobilem, ut tua insinuatione percepimus, personaliter conferens eisdemque litteras nostras clausas, quas utrique ipsorum super premissis providimus

(1) Reg. : *ab*.

destinandas, presentans, ipsos ad observationem dicte treuge, pacis seu concordie, omissis commotionibus et hostilibus congressibus, reduxeris et revocaveris, et alias ad executionem ejusdem mandati duxeris sicut oportunum extiterit (1) procedendum, postmodum tamen, sicut displicenter accepimus, eodem hoste pacis, qui sue nequicie ibi venena magis diffundere satagit ubi se amplius existimat obfuturum, inter ipsas partes discordiarum semina jacente, sic commote ac turbate fore dicuntur invicem quod per insultus et agressiones hostiles ad fractionem et violationem treuge, pacis seu concordie hujusmodi hinc inde periculose nimium se disponunt. Nos itaque ipsam treugam, pacem seu concordiam observare tenaciter et obviari periculis et scandalis que discensiones (*sic*) partium comminantur ipsarum salubriter cupientes, fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus per te vel alium seu alios partes predictas ac utriusque valitores, fautores, sequaces, vassallos et subditos, de quibus expedire videris, ex parte nostra moneas efficaciter et inducas, eisque districtius sub penis in ordinatione predicta contentis et insuper valitoribus, fautoribus, sequacibus, vassallis et subditis predictis, cujuscunque conditionis existant, sub excommunicationis in personas singulares et interdicti in terras et loca, universitates et communitates ipsorum, quas ipsos et eorum singulos qui mandato, monitioni et inhibitioni hujusmodi, postquam ad eorum noticiam pervenerint vel per eos steterit quominus poterint pervenisse, obedire contempserint, incurrere volumus ipso facto, necnon privationis privilegiorum, feudorum, bonorum et honorum quorumcunque que a Romana vel quibusvis aliis ecclesiis obtinent, ad quas eis infligendas, prout eorum contumacia et contemptus exegerint et expedire videbimus, procedemus, penis et sententiis studeas inhibere ne ipsi vel eorum aliqui aut sub nomine gardiani seu gardarii, capitanei, defensoris vel alio quocunque per obsidiones, guerras seu invasiones, depredationes, spoliationes, derobationes, hostiles insultus, aggressiones, captiones, pignorationes, vel alias quovis modo treugam, pacem seu concordiam predictam violare vel infringere vel alia committere vel attemptare per se vel per alium seu alios publice vel oculte presumant, per que guerra, turbatio vel commotio inter partes suscitetur aut moveatur seu mota prosequatur predictas, sed eandem treugam, pacem et concordiam studeant, prout ad ipsorum quemlibet pertinuerit, inviolabiliter observare. Illos vero de predictis valitoribus, fautoribus, sequacibus, vassallis et subditis, qui contrarium attemptare presumpserint quoquomodo, sive sint persone singulares ecclesiastice vel seculares aut communitates vel universitates, persone singulares videlicet excommunicationis ac eorum terre et loca, necnon communitates et universitates in premissis quomodolibet delinquentes interdicti sententiis subjacere in ecclesiis et locis de quibus tibi videbitur denunciare publice non postponas. Ceterum prefatos episcopum et nobilem peremptorie citare procures ut infra decem dierum spatium post citationem hujusmodi per se vel procuratores ydoneos, sicut tenentur etiam ex tenore ordinationis jamdicte, sub penis in eadem ordinatione contentis compareant coram nobis, facturi, audituri et completuri quod super predictis duxerimus ordinandum. De die autem citationis hujusmodi et aliis que super predictis duxeris facienda, nos per instrumenta publica que inde fieri volumus efficere studeas certiores. Rursus processus per te auctoritate litterarum nostrarum predictarum habitos ratos habentes et gratos, volumus quod tam litterarum ipsarum quam presentium auctoritate valeas super predictis omnibus et ea tangentibus procedere tam per publici propositionem edicti in locis circumvicinis de quibus verisimilis existat presumptio quod ad eorum quos presens tangit negocium possit notitiam pervenire quam alias, prout, quando et quociens tibi videbitur expedire. Datum Avinione, IIII nonas septembris, anno tertio decimo ».

(1) Reg. : *extitet.*

3945 Avignon, 2 septembre 1329.

Episcopo Tricastrino, de publicatione quorundam processuum. (Reg. 115, fol. 59 (87) v°, c. 381).

« *Episcopo Tricastrino.* Leta permixta tristibus nobis prime misse tue fraternitatis littere nuntiarant, ad quarum continentiam fiunt littere oportune. Ad ea vero que misse secunde littere continebant respondemus quod, si spes sit probabilis quod

publicationis processuum brevis dilatio (1) sit allatura commodum, quod in nomine Domini differatur. Si autem profutura nequaquam speretur non videtur nobis expediens quod, propter illorum turbationem injustam, dicta sit publicatio differenda, et quia quid super hoc conjectura permittat plenius noscere potes, hoc tuo arbitrio duximus committendum, sciturus quod via tractatus amicabilis esset admodum nobis grata ideoque illum (sic) stude sedule procurare. Datum Avinione, IIII nonas septembris, anno tertio decimo.

3946 2 septembre 1329.

Episcopo Tricastrino ut Guillelmum episcopum Valentinum et Diensem ac Ademarum de Pictavia ad contenta in litteris apostolicis eisdem missis exequenda inducat. (Reg. 115, fol. 59 (87) v°, c. 382).

« *Eidem episcopo* [*Tricastrino*]. Super negotio venerabilis — Datum IIII nonas septembris, anno tertio decimo ».

3947 2 septembre 1329.

Guillelmo episcopo Valentinensi ut pacem cum Ademaro de Pictavia initam, nonobstantibus quibusdam turbatoribus, perficiat Curiamque adeat. (Reg. 115, fol. 59 (87) v°, c. 383).

« *Guillelmo, episcopo Valentinensi.* Venerabilis fratris nostri Hugonis, episcopi Tricastrini, litteras die prima hujus mensis septembris recepimus, hora tarda, ex quarum lectione utique in suo principio plurimum nobis grata devotionem tuam sinceram quam ad nos et Romanam Ecclesiam prompta imparendo devote mandatis nostris obedidientia te gere denotabat, percepimus evidenter, et letanter etiam inde collegimus quod, sedata turbatione quam inter te ac dilectum filium nobilem virum Ademarum de Pictavia hostis pacis noviter studuerat suscitare, ipso tenente episcopo, tu et idem nobilis per vos vestrosque vassallos, valitores et subditos treugam, pacem seu concordiam olim coram nobis inter vos initas invicem parati eratis et dispositi tenaciter observare. Sed, cum ad lectionem litterarum ipsarum procederemus ulterius, displicibiliter nimium reperimus quod, hoste procurante predicto, per quosdam bastardos dicti nobilis quedam postmodum novitas, que turbationis super predictis ingesserat materiam, extiterat attemptata. Sane, frater, quia, sicut litterarum ipsarum habet series, novitas hujusmodi ex mandato, voluntate, scientia vel consensu prefati nobilis facta non extitit, nec eam ratam, quinimmo de illa non solum magnam sed maximam displicentiam habuit, quam verba prodita et signa per ipsum ostensa, sicut scripsit prefatus episcopus, testabantur, et que facta sunt haberi nequeant pro infectis, fraternitatem tuam rogamus, requirimus et hortamur attente quatinus, commoda varia et bona innumera ex treuge, pacis seu concordie observatione hujusmodi tam utrique parti quam toti provincie proventura necnon rerum, corporum et animarum dispendiosa et irreparabilia ex guerris et dissentionibus si, quod absit, vigerent, formidanda pericula, et insuper graves penas et sententias adversus eos qui treugam, pacem et concordiam non servarent aut infringerent supradictas, inflictas consideranter attendens, ad concordiam super observatione treuge ac pacis hujusmodi per episcopum memoratum tractatam, ut prefertur, redeas et quantum te partemque tuam tangere dinoscitur perficere non postponas, sciturus quod nos efficacem operam dare intendimus quod ea que per partem predicti nobilis contra te vel tuos subditos attemptata fuerint indebite, in statum debitum reformentur. Et si ad nostram posses commode presenciam te conferre, quod utique gratum admodum nobis esset, supponimus indubie quod pacis stabilis utrique parti accomode reformatio sequeretur. Alias autem, si tu, vel pars altera, contra ordinationem dicte treuge, pacis seu concordie, aliqua, quod absit, presumpseritis attemptare, deesse non poterit quominus contra vos vel illos qui culpabiles in hac parte fuerint, ad executionem penarum et sententiarum contentarum in ordinatione treuge, pacis et concordie predicte, et alias, prout rationis fuerit et expedire videbitur, procedatur. Datum IIII nonas septembris, anno tertio decimo ».

3948 2 septembre 1329.

Ademaro de Pictavia de eodem, ut praedictam pacem cum Valentino episcopo perficiat et ad Curiam veniat. (Reg. 115, fol. 60 (88), c. 384).

(1) Reg. : *dilatio* bis.

« *Ademaro de Pictavia.* Venerabilis fratris nostri — Datum ut supra [IIII nonas septembris, anno tertio decimo] ».

3949 Avignon, 2 septembre 1329.

Collectoribus Camerae in provincia Tholosana, ne Armandum, electum Aquensem, ratione fructuum decanati ecclesiae Sancti Stephani de Tescone Montisalbani molestent. (Reg. 115, fol. 113 (141), c. 641).

« *Collectoribus seu subcollectoribus fructuum beneficiorum ecclesiasticorum apud Sedem Apostolicam vacantium per nos dudum pro relevandis utilius Camere nostre necessitatibus usque ad certum tempus reservatorum in civitate ac diocesi et provincia Tholosanis auctoritate apostolica deputatis.* Cum dilectus filius — Datum Avinione, IIII nonas septembris, anno tertio decimo ».

3950 23 août-2 septembre 1329 ? (1).

Ademaro de Pictavia de quibusdam negotiis cum Guillelmo episcopo Valentinensi in Curia tractandis. (Reg. 115, fol. 59 (87), c. 378).

« *Ademaro de Pictavia.* Cum venerabili fratri nostro Guillelmo, episcopo Valentinensi, scribamus quod, si potest commode, ad nostram presentiam personaliter se conferat, super negotiis imminentibus que tua non ignorat nobilitas plenius et utilius tractaturus, nobilitatem rogamus eandem tibi nichilominus suadendo quatinus, si predictus episcopus ad dictam presenciam se personaliter contulerit, tu venire personaliter etiam non ommittens, sic de securitate ipsi episcopo provideas quod nullam sibi vel suis in personis, terris vel bonis eorum molestationem, invasionem aut injuriam inferas vel per tuos inferri quoquomodo [permittas]. Speramus enim in Domino quod, si ambo presentes coram nobis fueritis, multa utrique aliisque pluribus utilia super hiis poterunt ordinari. Datum ».

(1) Cet acte, non daté, ne peut être antérieur à l'acte auquel il fait allusion, ce dernier doit être ou l'acte n° 3935 ou l'acte n° 3947. Voir à ce sujet, U. Chevalier, *Regeste Dauphinois*, IV, n° 24596.

JOANNIS PAPAE XXII

LITTERAE SECRETAE ET DE CURIA.

ANNUS QUARTUS DECIMUS (1)

3951 Avignon, 5 septembre 1329.

Johanni, duci Britanniae, ut Aymericum de Martello in negotiis quae expedire habet commendatum habeat. (Reg. 115, II, fol. 110 (314), c. 1597).

« *Johanni, duci Britannie.* Cum dilectus filius — Datum Avinione, nonis septembris, anno quarto decimo ».

3952 6 septembre 1329.

Bartholomeo de Pontecurvo testandi facultatem in e. m. ac Raymundo de Buxia concedit. (Reg. 115, II, fol. 109 (313) v°, p. c. 1593).

In e. m. magistro Bartholomeo de Pontecurvo, scriptori. Quia presentis vite — Datum VIII idus septembris, anno XIIII° ».

3953 8 septembre 1329.

Generali et provincialibus fratrum ordinis Minorum ministris et vicariis ut absolvant omnes fratres ejusdem ordinis qui fuerint fautores Michaelis de Cesena, Bavari et antipapae. (Reg. 115, II, fol. 98 (302) v°, c. 1537).

« *Generali et provincialibus fratrum ordinis Minorum ministris et vicariis.* Cum illius qui — Datum VI idus septembris, anno quarto decimo ».

(1) Voir, pour la foliotation de la seconde partie du registre, la note p. 3.

3954 Avignon, 10 septembre 1329.

Archiepiscopo Viennensi et episcopo Tricastrino ut ad pacem inter G. episcopum Valentinum et Ademarum de Pictavia procurandam studium adhibeant. (Reg. 115, II, fol. 211 (415), c. 2111).

« *Bertrando, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni, episcopo Tricastrino.* Occurrere pridem dispendiosis periculis et scandalis variis que suscitate dissensiones inter venerabilem fratrem nostrum Guillelmum, episcopum Valentinensem et Diensem, et dilectum filium nobilem virum Ademarum de Pictavia et utriusque valitores et subditos dissidentes invicem minabantur, ac treugam, pacem seu concordiam olim in nostra presencia initam inter eos observari tenaciter cupientes, nostras exhortatorias super hoc eisdem partibus et alias tibi, frater episcope, quod ad id eas (1) induceres, litteras duximus destinandas; et licet postmodum hoste humani generis qui saluti et quieti humane invidet procurante, novitates hinc inde alique fuerint ut displicenter audivimus attemptate, adhuc tamen volentes ne pejora contingant super hiis, sed [ut] auctoris pacis suffragante gratia, pacis et concordie inter eos tranquillitas vigeat, operose solicitudinis studium adhibere, fraternitatem vestram monemus, requirimus et hortamur attente, vobis nichilominus per apostolica scripta mandantes quatinus tam per viam inceptam, de qua tu, predicte episcope, nobis scripisse dinosceris, quam alias accomodas de quibus vobis videbitur, quas

(1) *Sic.* Corriger : eos ?

diligenter curetis perquirere, inter dissidentes eosdem fomitem odiorum extinguere, ipsosque revocare ad pacem et concordiam studeatis, sic super predictis solerter et fideliter laborando quod ex labore hujusmodi desiderati fructus, Domino concedente, proveniant, vosque propter [hoc] mercedis perennis premium inde valeatis merito commendari. Datum Avinione, IIII idus septembris, anno quarto decimo ».

3955 Avignon, 10 septembre 1329.

Ademaro de Pictavia de arbitris ad pacem procurandam inter se et Valentinum episcopum eligendis. (Reg. 115, II fol. 211 (415), c. 2112).

« *Ademaro de Pictavia.* Ut ad pacem habendam et concordiam cum venerabili fratre nostro Guillelmo, episcopo Valentinensi, tuum habilitares animum, per nostras alias litteras hiis diebus preteritis te duximus exhortandum, et adhuc ut obvietur periculis que utrique ingerit suscitata, hoste procurante antiquo, discordia paternis monitis exhortamur. Sane, cum sicut accepimus, per venerabiles fratres nostros Bertrandum, archiepiscopum Viennensem, et Hugonem, episcopum Tricastrinum, quem propter hoc nuper ad eas partes destinavimus, super pace hujusmodi via certa tractetur, videlicet quod treuga, pax seu concordia que dudum in nostra presencia inter te ac dictum episcopum inita extitit observetur, quodque super emendandis dampnis et injuriis illatis et irrogatis hinc inde ponatur, sub obligatione sufficienti, super arbitrio et cognitione dilectorum filiorum nobilium virorum.. de Vouta et de Cruciolo dominorum, et si loco dicti domini de Vouta pro parte tua velles alium ponere, id tibi liceat, prefatis archiepiscopo et episcopo mediatoribus existentibus pro hujusmodi concordia consummanda ; pro quibus utilius, securius et melius faciendis tu, cum decem de parte tua, quos elegeris, apud Bellumcastrum vel Voutam, et dictus episcopus Valentinensis cum aliis decem pro parte sua similiter eligendis apud Subdieu prefatis archiepiscopo et episcopo Tricastrino cum predictis arbitris in aliquo loco ydoneo constituto in medio existentibus convenire, ac ibidem stare donec negocium votivo terminetur exitu, debeatis, eundi et redeundi de loco ad locum hinc inde plena securitate concessa, et nichilominus absque prejudicio priorum treugarum aliquo prout expedierit, inita brevi treuga, gentes utrisque partis retrahantur armigeri, redireque ad propria teneantur, nos viam approbamus hujusmodi, et ut eam acceptes, si ad hoc pars consenserit altera, dictorumque archiepiscopi et episcopi Tricastrini, quibus ut circa premissa elaborare sedule studeant per litteras nostras oportunas scribimus, salubribus acquiescas in hac parte monitis et consiliis tue prudentie sano consilio suademus. Datum ut supra [Avinione, IIII idus septembris, anno quarto decimo] ».

3956 Avignon, 10 septembre 1329.

Episcopo Valentino ut ab attemptatis contra Ademarum de Pictavia desinat et ad pacem cum eodem habendam animum inclinet. (Reg. 115, II, fol 211 (415), c. 2113).

« *Guillelmo, episcopo Valentino et Diensi.* Cum postquam littere nostre clause, quas tibi super negocio te ac dilectum filium nobilem virum Ademarum de Pictavia tangente direximus, tibi presentate fuerint, et alie patentes venerabili fratri nostro Hugoni, episcopo Tricastrino directe, quibus tibi et eidem nobili mandavimus inhiberi ne treugam, pacem seu concordiam inter vos dudum initam invicem violare presumeretis quomodolibet, ad tuam notitiam pervenerunt, nonnulle novitates per te gentemque tuam contra dictum nobilem et suos fuerint, sicut accepimus, attemptate, plurimum admiramur, sed quia ea que facta sunt haberi nequeunt pro infactis, et si continuarentur, quod absit, graviora et tibi ad majorem culpam procul dubio redderentur, fraternitatem tuam requirimus eidem nichilominus suadendo quatinus a premissis retrahens et desistere faciens gentem ipsam, ad viam pacificam cum eodem nobili te habilites et inclines, venerabili fratri nostro Bertrando, archiepiscopo Viennensi et eidem episcopo Tricastrino, quibus inde litteras nostras dirigimus, adherendo efficaciter, ac eorum monitis, consiliis et persuasionibus salubribus acquiescendo taliter in hac parte quod sublatis dispendiosis periculis que mutue dissentiones ingerunt, sicut nosti, tu et ecclesie tue gaudere pacis dulcedine valeatis. Datum ut supra [Avinione, IIII idus septembris, anno quarto decimo] ».

3957 Avignon, 10 septembre 1329.

Episcopo Tricastrino, ut supra ejusdem pacis negotio

laborare non postponat. (Reg. 115, II, fol. 211 (415) v°, c. 2114).

« *Eidem episcopo Tricastrino.* Missas novissime fraternitatis tue litteras benigne recepimus, quarum serie necnon contentis in cedula (quam) in eisdem inclusa litteris que tractatum inceptum continet, diligentius intellectis, tue solicitudinis commendamus studium et viam illam de qua fit in eadem cedula mentio approbamus, dilecto filio nobili viro Ademaro de Pictavia quod eam acceptet per alias nostras quas inde sibi dirigimus litteras suadendo. Quocirca fraternitatem hortamur eandem quatinus, una cum venerabili fratre nostro Bertrando, archiepiscopo Viennensi, juxta tenorem litterarum nostrarum quas tibi et sibi mittimus laborare super negocio pacis, sicut cepisti laudabiliter, non postponas, sciturus quod super tuis sumptibus taliter ordinare intendimus quod te nequibis super hoc reputare gravatum. Datum ut supra [Avinione, IIII idus septembris, anno quarto decimo] ».

3958 Avignon, 10 septembre 1329.

Bremundo, domino de Vouta, ut ad pacem inter Guillelmum episcopum Valentinensem et Diensem, ac Ademarum de Pictavia, procurandam laborare non desinat. (Reg. 115, II, fol. 211 (415) v°, c. 2116).

« *Bremundo, domino de Vouta.* Prompte diligencie studium — Datum Avinione, IIII idus septembris, anno quarto decimo ».

3959 Avignon, 10 septembre 1329.

Johanni de Aquablanca, senescallo Provinciae, ut succursum triginta equitum senescallo Pedimontis mittat. (Reg. 115, II, fol. 211 (415) v°, c. 2117).

« *Johanni de Aquablanca, senescallo Provincie.* Tam tuis noviter — Datum Avinione, IIII idus septembris, anno quarto decimo ».

3960 Avignon, 11 septembre 1329.

Guillelmo de Petrilia tabellionatus officium concedit. (Reg. 115, II, fol. 93 (217) v°, c. 1510).

« *Magistro Guillelmo de Petrilia, clerico Camere nostre.* Ut commissum tibi — Datum Avinione, III idus septembris, anno quarto decimo ».

3961 Avignon, 11 septembre 1329.

Guillelmo Lachapella et Galhardo Juliani ut, de collectis ab ipsis, necessaria in blado, vino, pecunia et aliis necessariis pro victu necnon pro fabricandis cellis et tecto monasterii, priori et conventui Beatae Mariae de Templo Caturcensis, Cartusiensis ordinis, assignent. (Reg. 115, II, fol. 95 (299), c. 1514).

« *Guillelmo Lachapella, preposito de Navis in ecclesia Tutellensi, et Galhardo Juliani, canonico Caturcensi, collectoribus fructuum beneficiorum ecclesiasticorum apud Sedem Apostolicam vacantium per nos sub certa forma reservatorum auctoritate apostolica in civitate et diocesi Caturcensibus deputatis.* Cum dilectos filios — Datum Avinione, III idus septembris, anno quarto decimo ».

3962 Avignon, 11 septembre 1329.

Archiepiscopo Viennensi et episcopo Tricastrino ut super excessibus novitatibusque contra treugam olim initam inter Valentinensem episcopum et A. de Pictavia commissis veritatem inquirant (Reg. 115, II, fol. 202 (406) v°, c. 2079).

« *Bertrando, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni, episcopo Tricastrino.* Olim apud Sedem Apostolicam in nostra presencia constituti venerabilis frater noster Guillelmus, episcopus Valentinensis et Diensis, ex una parte, et dilectus filius nobilis vir Ademarus de Pictavia, ex altera, dampna rerum ac animarum et corporum pericula gravia que suscitate hactenus inter ipsos dissentiones et guerre tam ipsis quam eorum vassallis, amicis et subditis totique illi patrie incumbunt, ad memoriam revocantes, et volentes periculosis occurrere dispendiis que ministrare possent imposterum future dissensiones et guerre, prefatus episcopus pro se suisque successoribus ac ecclesiis, necnon subditis, valitoribus et vassallis, et dictus nobilis pro se ac quondam Ademaro de Pictavia, genitore suo, tunc in humanis agente, ipsorumque successoribus, subditis, valitoribus et vassallis, treugam usque ad centum annos, ac pacem et concordiam sub certis modis, formis et conditionibus, necnon excommunicationis in per-

sonas et interdicti in terras et loca ispsorum aliisque diversis penis et sentenciis fecerunt invicem, inierunt et concorditer ordinarunt, adjecto nichilominus specialiter et expresse quod treuga predicta frangi seu violari usque ad tempus non valeret predictum quominus ad observationem illius predicte partes earumque vassalli, valitores et subditi redire, quantumcumque aliquid attemptatum foret in contrarium, tenerentur. Que omnia nos ad earundem partium supplicationem instantem approbavimus, confirmavimus, sententiasque in non servantes vel infringentes treugam, pacem seu concordiam hujusmodi promulgavimus supradictas, supplentes de potestatis apostolice plenitudine defectum etiam si quis intervenisset quomodolibet in premissis, sicut in instrumentis seu litteris confectis super hiis plenius continetur. Cum autem postmodum nonnulla contra tenorem treuge, pacis seu concordie hujusmodi per easdem partes ipsarumque vassallos, valitores et subditos invicem fuerint, sicut displicenter accepimus, attemptata, nos scire volentes plenius super hiis veritatem, fraternitati vestre per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus vos vel alter vestrum per vos vel alium seu alios super excessibus et novitatibus contra formam treuge, pacis seu concordie hujusmodi hinc inde commissis inquiratis summarie, simpliciter et de plano cum diligencia veritatem, nobis quicquid inde feceritis et repereritis fideliter referendo, ut ordinare et exequi quod nobis in hac parte videbitur valeamus. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia, odio et timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellatis veritati testimonium perhibere. Per hec autem commissiones alias tangentes negocium hujusmodi quas tibi, frater episcope, fecisse hactenus meminimus, in aliquo non intendimus revocare. Datum Avinione, III idus septembris, anno quarto decimo ».

3963 Avignon, 12 septembre 1329.

Archiepiscopo Viennensi, ut ad eamdem pacem procurandam solerter laboret. (Reg. 115, fol. 211 (415) v°, c. 2115).

« *Bertrando, archiepiscopo Viennensi.* Prompte diligentie studium quod circa periculosas dissentiones quas hostis pacis inter venerabilem fratrem nostrum Guillelmum, episcopum Valentinum et Diensem, ex parte una, et dilectum filium nobilem virum Ademarun de Pictavia ex altera, suscitare noviter studuit, via pacifica terminandas adhibere, sicut grata insinuatione percepimus, curavit tua fraternitas plurimum in Domino commendantes, eandem fraternitatem attencius exhortamur quatinus, una cum venerabili fratre nostro Hugone, episcopo Tricastrino, juxta tenorem litterarum quas tibi et sibi dirigimus et alias, secundum prudentiam tibi datam a Domino, que cepisti laudabiliter continuare solerter et usque ad votivum exitum perducere, divina suffragante gratia, non postponas, ita quod proinde apud Deum promereri valeas, et apud nos et Sedem Apostolicam dignis in Domino laudibus commendari. Datum Avinione, II idus septembris, anno quarto decimo ».

3964 Avignon, 18 septembre 1329.

Regi Franciae, de concordia inter intrinsecos et extrinsecos Januenses facienda. (Reg. 115, II, fol. 110 (314), c. 1598).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Serenitatis regie litteras nobis per dilectum filium B. de La Maussera, servientem armorum regium, presentatas benigne recepimus, quarum tenor nobis gratus admodum conceptum regium super intrinsecos et extrinsecos Januenses periculose nimium dissidentes invicem, ad Dei Ecclesie ac filii nostri carissimi Roberti regis Sicilie illustris honorem totiusque christianitatis com[m]odum reducendos ad concordiam nuntiabat. Profecto, fili carissime, attentis commodis que premissa repromittit concordia et variis incommodis non facile numerandis que dicta dissensio comminatur, conceptum prefatum cordi regio credimus divinitus inspiratum, pacis actori obnoxius supplicantes ut ipse, cujus opera sunt perfecta, in isto proposito cor confirmet regium sibique robur tribuat ut conceptum ipsum, ut premittitur, ad effectum usque perducat; ad quod obtinendum et complendum regie benivolencie solicitudo nostra non deerit, sed vigilanti studio operam, dante Domino, adhibebit. Gracia Domini nostri Jhesu Christi regium in premissis et aliis agendis cor dirigat, et ab omni adversitate protegat et defendat. Amen. Datum Avinione, XIIII kalendas octobris, anno quarto decimo ».

3965 Avignon, 20 septembre 1329.

Regi Franciae ut procuratores, quos Maria, ducissa Calabriae, mittat pro recipiendis dote et octoginta millibus librarum sibi promissis a Carolo Francorum rege, exaudiat. (Reg. 115, II, fol 110 (314) v°, c. 1599 ; — Fayen, *Lettres de Jean XXII*, II, n° 2510).

« *Eidem regi*. Cum dilecta in Christo filia nobilis mulier Maria, ducissa Calabrie, soror tua, dilectum filium Andream de Pinis, canonicum Morinensem, et nobilem virum Johannem de Revesto, procuratores suos, pro recipiendis dote sibi per bone memorie Carolum, comitem Valesii, tuum et suum genitorem, promissa, necnon octoginta milibus librarum turonensium parvorum, quas pro suo maritagio inclite recordationis Carolus, rex Francie et Navarre, predecessor tuus, eidem ducisse sub litterarum regiarum testimonio promisisse dicitur, ad regalem providerit presentiam destinandos, excellenciam regiam attencius deprecamur quatinus eidem ducisse afflicte multipliciter viscera compassionis aperiens, tuoque honori simul et justitie satisfacere regia providencia non omittens, procuratores ipsos benigne velit recipere, ipsosque ad eandem ducissam remittere feliciter expeditos. Datum Avinione, XII kalendas octobris anno quarto decimo ».

3966 Avignon, 20 septembre 1329.

Ludovico, comiti Flandriae, ut praedictos nuntios benigne recipiat. (Reg. 115, II, fol. 110 (314) v°, c. 1600 ; — Fayen, *Lettres de Jean XXII*, II, n° 2511).

« *Ludovico, comiti Flandrensi* (1). Cum dilecta in — Datum ut supra [Avinione, XII kalendas octobris, anno quarto decimo] ».

3967 27 septembre 1329.

Bertrando, archiepiscopo Ebredunensi, nuntio apostolico, ut Gastonem Fuxi et Johannem Armaniaci comites a congressibus bellicis usque ad unum annum per excommunicationis et interdicti sententias retrahat. (Reg. 115, II, fol. 123 (327), c. 1714).

« *Bertrando, archiepiscopo Ebredunensi, nostro et Apostolice Sedis nuntio*. Nuper non absque cordis amaritudine intellecto quod pacis hostis inter dilectos filios nobiles viros Gastonem Fuxi et Johannem Armaniaci comites adeo gravis dissensionis suscitavit materiam quod inter se non juribus sed viribus, non viis pacificis sed congressibus bellicis, exhortas inter eos disposuerunt dirimere questiones, nos, considerantes attente strages corporum, facultatum lapsus et animarum pericula ac ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum, orphanorum quoque et viduarum atque pauperum discrimina varia que dicti congressus, si sequerentur, quod absit, probabiliter minabantur, te ad partes illas ad impediendum eosdem congressus pacisque inter ipsos comites reformanda federa duximus destinandum. Sane quia verentes quod, seducti perversorum consiliis, tuis ymmo nostris non acquiescant monitis in hac parte, quodque, si ipsos congregari contingeret, possent a suis ausibus difficilius revocari, volentes tantis et precipue animarum periculis obviare, fraternitati tue committimus et mandamus quatinus comites predictos et eorum quemlibet ac eorum sequaces ne alter alterius terram usque ad unum annum per se vel alios ingrediatur hostiliter, nec aliquis ad hoc prebeat consilium, auxilium vel favorem, per excommunicationis in personas et interdicti in terris (*sic*) eorum sententiis (*sic*) a quibus absolvi, preterquam in casu mortis, nisi a Sede Apostolica minime valeant, non obstante qualibet indulgentia cuilibet eorum vel eorum alteri seu cuilibet alii sub quacunque forma verborum vel expressione ab ipsa Sede concessa, quando et prout secundum Deum expedire videris per te vel alios seu alium compescere non omittas. Si vero ad eorundem comitum vel aliorum quorum intererit presenciam pro premissis exequendis nequires secure forsitan te conferre, volumus quod processus tuos super predictis habendos in locis circumvicinis, de quibus verisimilis existat presumptio quod ad eorum valeant pervenire notitiam, solenniter publicare procures, quibus quidem processibus eos quos ipsi contingent adeo arctari post[quam] sic publicati fuerint, volumus ac si eis personaliter publicati et insinuati fuissent. Datum V kalendas octobris, anno quarto decimo ».

3968 Avignon, 27 septembre 1329.

Gastonem, comitem Fuxi, qui ad invadendum terram comitis Armaniaci cum numeroso exercitu se disponit, ad

(1) Index. : *Francie*.

pacem cum eodem comite hortatur. (Reg. 115, II, fol. 125 (329), c. 1723).

« *Gastoni, comiti Fuxi.* Si eventus congressus bellici velut dubius sit ab omnibus merito formidandus, profecto, fili, ab illo timeri debet amplius qui exercendo talia Illius contra se iram aperte provocat apud quem nichil interest in multis vel in paucis dare victoriam cui volet. Cum itaque, sicut ad nostrum pervenit auditum, ad intrandum terram dilecti filii nobilis Johannis, comitis Armaniaci, cum equestri ac pedestri numeroso exercitu, quamquam comes predictus promptus sit et voluntarius consentire ut questiones quas inter te ac ipsum pacis suscitavit emulus per justitie semitas, que utique inter discordes debet esse media, vel per communes amicos viis terminentur pacificis, te disponas, cum ingressus talis manifeste injustus sit et illicitus, et ex quo strages corporum, dampna rerum et animarum pericula, ecclesiarum dirutiones ac personarum ecclesiasticarum incommoda varia, necnon et pupillorum ac viduarum et pauperum oppressiones imminere subsequi probabiliter formidentur, ex quibus procul dubio Christum sponsum Ecclesie patremque orphanorum ac viduarum judicem contra te graviter, si ad talia, quod absit, processeris, irritabis, nobilitatem tuam hortamur per viscera misericordie Jhesu Christi quatinus, cogitans et recogitans diligenter quantum te Illi defferre deceat qui aufert spiritum principum, quique, postquam corpus occiderit, habet potestatem animam mittere in gehennam, ob Illius reverenciam, via tam periculosa tibi tuisque valitoribus et fautoribus pretermissa, ad vias pacificas animum tuum prepares et inclines, per quas prefatis inter te et dictum comiten sopitis questionibus Dei negocia ad que te disponi intelleximus fructuosius et conveniencius prosequaris, illudque merearis premium assequi quod pacis consilia ineuntibus Sapiens repromittit. Datum Avinione, V kalendas octobris, anno quarto decimo ».

3969 Avignon, 27 septembre 1329.

Johannae, comitissae Fuxi, ut praefatum Gastonem, natum suum, ad pacem cum eodem Johanne inducat. (Reg. 115, II, fol, 125 (329), c. 1724).

« *Johanne, comitisse Fuxi.* Nobilita tistue noticiam supponimus non latere qualiter ad impediendum congressus bellicos inter dilectos filios nobiles viros G., Fuxensem, natum tuum, et J., Armaniacensem comites, ac discordias quas inter ipsos pacis suscitavit emulus sopiendas venerabilem fratrem nostrum B., archiepiscopum Ebredunensem, ad partes illas duximus destinandum, per quem tue nobilitati tunc non scripsimus, quia te esse in Francia credebamus. Sane quia nullus te ad prefatum comitem natum tuum affici debet amplius, tuam providenciam confidenter requirimus et attente rogamus quatinus quam sint eventus guerrarum dubii quantumque per earum exercicium, nisi fulciantur justitia, Rex regum et Dominus dominancium offendatur, quantaque ex illis strages corporum, bonorum consumptio et animarum subsequantur pericula consideranter attendens, eundem solerter inducere studeas ut, tam periculosis pretermissis congressibus, ad vias pacis quas dictus comes Armaniaci, ut intelleximus, paratus est prosequi, suum disponat animum, nostrisque monitis salutaribus super hiis acquiescat. Datum ut supra ».

3970 Avignon, 27 septembre 1329.

Arnaldo Guillelmi de Bearnio ut Gastonem, Fuxi comitem, ad acquiescendum suasionibus archiepiscopi Ebredunensis de pace reformanda cum comite Armaniaci inducat. (Reg. 115, II, fol. 125 (329) v°, c. 1725).

« *Arnaldo Guillelmi de Bearnio, domino de Lascuno.* Cum nos dilecto filio nobili viro Gastoni, comiti Fuxi, nostras exhortatorias dirigamus litteras ut a congressibus bellicis quos adversus terram dilecti filii nobilis viri Johannis, comitis Armaniaci, parare periculose nimium dicitur, velit desistere, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus dictum comitem a proposito hujusmodi divertere et ut nostris ac venerabilis fratris nostri B., archiepiscopi Ebredunensis, quem ad hoc illuc destinandum providimus, acquiescat suasionibus efficaciter inducere non postponas. Datum ut supra [Avinione, V kalendas octobris, anno quarto decimo] ».

In e.m. Raymundo, episcopo Lascurrensi. Datum ut supra.

In e.m. B. de Bearnio, dicto Aspensi, domino de... (1). Datum ut supra.

(1) Un mot en blanc dans le registre.

3971 Avignon, 27 septembre 1329.

Episcopo Vaurensi, de pace inter comites Fuxi et Armaniaci agenda. (Reg. 115, II, fol. (329) v°, c. 1726).

« *Rogerio, episcopo Vaurensi.* Responsum gratum venerabili fratri nostro B., archiepiscopo Ebredunensi, nostro et Apostolice Sedis nuncio, per te datum multipliciter in Domino commendantes, fraternitatem tuam exhortamur in Domino et rogamus ut illud sedule vigilanti studio exequaris; hoc enim acceptum Deo non ambigimus, partibus multum expediens, et toti illi patrie plurimum oportunum. Datum ut supra ».

3972 Avignon, 27 septembre 1329.

Archiepiscopo Ebredunensi, de eodem. (Reg. 115, II, fol. 125 (329) v°, c. 1727).

« *Bertrando, archiepiscopo Ebredunensi, nostro et Apostolice Sedis nuntio.* Ecce dilecto filio nobili viro Gastoni, comiti Fuxi, scribimus, et nonnullis aliis, prout continet cedula presentibus interclusa, que, ut votivum consequantur effectum, operosum studium ac studiosam operam cum omni diligencia interponas, provisurus quod ipse nostre littere dicto comiti per aliquem de suis consiliariis ad hoc ydoneum plene exponantur ac dilucide, aut tu ipse, si captare oportunitatem potueris, cures illas eidem explanare. Datum ut supra ».

3973 Avignon, 27 septembre 1329.

Hugoni, episcopo Tricastrino, et Hugoni de Engolismo, mandat ut de excessibus a Guillelmo, episcopo Valentino, et Ademaro de Pictavia contra treugas prius initas commissis se informent eisque facultatem praefatos episcopum et nobilem citandi concessit. (Reg. 115, II, fol. 203 (407) v°, c. 2081).

« *Hugoni, episcopo Tricastrino, et magistro Hugoni de Engolisma, archidiacono Cantuariensi.* Dudum venerabilis frater — Datum Avinione, V kalendas octobris, anno quarto decimo ».

3974 28 septembre 1329.

Rogero, episcopo Lemovicensi, ut ecclesias et loca ecclesiastica suae diocesis usque ad biennium per alias personas ydoneas visitare possit. (Reg. 115, II, fol. 95 (299), c. 1515).

« *Rogero, episcopo Lemovicensi.* Devotionis tue meritis — Datum IIII kalendas octobris, anno quarto decimo ».

3975 28 septembre 1329.

Regensis Cavallicensisque praepositis et cantori Lemovicensis ecclesiarum executoribus super eodem, ut personas a praefato Rogero deputatas ad illud visitationis officium admittant eisque procurationes exhiberi faciant. (Reg. 115, II, fol. 95 (299), c. 1516).

« *..Regensis et.. Cavallicensis prepositis ac..cantori Lemovicensis ecclesiarum.* Devotionis venerabilis fratris — Datum ut supra [IV kalendas octobris, anno quarto decimo] ».

3976 Avignon, 29 septembre 1329.

Arnaldo de Verdala, ut bona quondam Bartholomei episcopi Electensis, apostolicae dispositioni reservata, recipiat solventesque quittet. (Reg. 115, II, fol. 123 (327), c. 1715).

« *Arnaldo de Verdala, archidiacono Mirapiscensi.* Cum nos intendentes — Datum Avinione, III kalendas octobris, anno quarto decimo ».

3977 Avignon, 30 septembre 1329.

Hugonem, episcopum Parisiensem, de diligentia circa quorumdam processuum executionem adhibita commendat. (Reg. 115, II, fol 110 (314) v°, c. 1601).

« *Hugoni, episcopo Parisiensi.* Pridem fraternitatis tue litteras que circa processus tam affixos quam non affixos et alia premissa tangentia per te fuerunt Parisius excutioni mandata benigne recepimus continentes, quarum serie plenius intellecta, tuam in hac parte fidelitatem, devotionem et providenciam necnon et diligentiam circumspectam in premissis Deo ac nobis et Apostolice Sedis gratis admodum et acceptis adhibitam, cum gratiarum actionibus uberibus multipliciter in Domino commendamus, ad ea que tuis et ecclesie tue fuerint oportuna necessitati-

bus nos promptos et benivolos quantum cum Deo poterimus offerentes. Datum Avinione, II kalendas octobris, anno quarto decimo ».

3978 Avignon, 30 septembre 1329.

Geraldo de Capmulo super eodem. (Reg. 115, II, fol. 110 (314) v°, c. 1602).

« *Magistro Geraldo de Capmulo, cantori ecclesie Parisiensis.* Litteras tuas que circa processus tam affixos quam non affixos et alia premissa tangentia per venerabilem fratrem nostrum Hugonem episcopum Parisiensem, te procurante, fuerunt nuper executioni mandata recepimus continentes, quarum serie diligentius intellecta, tue in hac parte fidelitatis et diligencie studium multipliciter in Domino commendamus. Datum ut supra ».

3979 4 octobre 1329.

Arnaldo de Verdala ut ab administratoribus beneficiorum quae Philippus de Majoricis in provincia Narbonensi die XXIX mensis augusti anno MCCCXXIX resignavit rationes exigat solventesque quittet. (Reg. 115, II, fol. 109 (313) v°, c. 1594).

« *Arnaldo de Verdala, archidiacono Mirapiscensi, Apostolice Sedis nuntio.* Cum sicut accepimus — Datum IIII nonas octobris, anno quarto decimo ».

3980 4 octobre 1329.

Geraldo de Capmulo super eodem pro beneficiis ab eodem Philippo in partibus gallicanis obtentis, videlicet thesauraria Beati Martini Turonensis, custodia S. Quintini in Bermundisio (*sic*), Noviomensis diocesis, ac Parisiensis et Tornacensis ecclesiarum canonicatibus et prebendis. (Reg. 115, II, fol. 110 (314) c. 1596 ; — Fayen, *Lettres de Jean XXII*, II, n° 2536).

« *Geraldo de Capmulo, cantori ecclesie Parisiensis.* Cum nonnulli procuratores — Datum IIII nonas octobris, anno quarto decimo ».

3981 Avignon, 5 octobre 1329.

Episcopo Leonensi pro quodam viro confessorem eligendi licentiam concedit. (Reg. 115, II, fol. 110 (314) v°, c. 1602 *bis*).

« *Petro, episcopo Leonensi.* Ut vir ille de quo nobis tua scripsit fraternitas super casu in tuis contento litteris ydoneum confessorem [eligere possit], qui et eum ab eodem et a sententiis si quas incurrit propter id absolvere ac cum eo si quam irregularitatem se sic ligatus divinis sicut prius inmiscendo incurrerit, valeat dispensare, eidem tue intervencionis obtentu ac illi quem elegerit exercendi premissa licenciam impertimur. Datum Avinione, III nonas octobris, anno quarto decimo ».

3982 Avignon, 7 octobre 1329.

Prioribus Sancti Felicis, de Stella et Sancti Victoris, ut Guillelmum episcopum Valentinensem et Ademarum de Pictavia ad comparendum infra quindecim dierum spatium citent. (Reg. 115, II, fol. 204 (408) v°, c. 2082).

« *Dilectis filiis..monasterii Sancti Felicis per priorem soliti gubernari et .. de Stella extra muros Valentini ac Sancti Victoris Valentini prioratuum prioribus.* Apud Sedem Apostolicam — Datum Avinione, nonis octobris, anno quarto decimo ».

3983 7 octobre 1329.

Petro Guigonis de Castro Novo, archidiacono de Vico in ecclesia Metensi, et Raymundo de Valle Aurea, canonico Vivariensi, Apostolicae Sedis nunciis in e. m. ac pro diocesi Basiliensi mandat ut fructus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum vacantium et usque ad unum annum vacaturorum in diocesi Bellicensi Apostolicae Sedi reservatos colligant. (Reg. 115, II, fol. 84 (288) v°, p. c. 1451 ; — Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 427, n° 1206 ; — Sauerland, *Quellen zur lothringischen Geschichte*, p. 276, n° 590).

« *In e.m. in civitati et diocesi Bellicensibus.* [Quantis hereticorum et] — Datum ut supra [nonis octobris, anno quarto decimo] ».

In. e.m. in civitate et diocesi Virdunensibus.

In e.m. in civitate et diocesi Bisuntinis.

In e.m. in civitate et diocesi Metensibus.

In e.m. in civitate et diocesi Tullensibus.

3984 Avignon, 8 octobre 1329.

Eisdem Petro Guigonis et Raymundo de Valle Aurea, ut de pecuniarum summis quas Vitalis, archiepiscopus Bisuntinus, de decimis recepisse noscitur se informent (1) totumque rescribant. (Reg. 115, II, fol. 95 (299), c. 1517).

« *Petro Guigonis de Castronovo, archidiacono de Vico in ecclesia Metensi, et Raymundo de Valle Aurea, canonico Vivariensi, Apostolice Sedis nunciis.* Cum venerabilis frater — Datum Avinione, VIII idus octobris, anno quarto decimo ».

3985 Avignon, 8 octobre 1329.

Eisdem super eodem, ut praefatum Vitalem ad praemissa debita infra quadraginta dies solvenda inducant. (Reg. 115, II, fol. 95 (299) v°, c. 1518).

« *Eisdem.* Cum venerabilis frater — Datum ut supra ».

3986 Avignon, 8 octobre 1329.

Eisdem, ut residua decimarum et reservationum in Bisuntina, Lausanensi (2) et Basiliensi diocesibus exigant. (Reg. 115, II, fol. 95 (299) v°, c. 1519).

« *Eisdem.* Nuper ad audientiam — Datum ut supra ».

3987 8 octobre 1329.

Arnaldo de Verdala ut cofinos seu archas a quondam Petro Labrunia, canonico Bracharensi, qui diversa Ecclesiae Romanae negotia gessit, apud Tholosam Sanctumque Antoninum (3) Ruthenensis diocesis et alia loca depositos recipiat et conservet. (Reg. 115, II, fol. 97 (301) v°, c. 1532).

«*Arnaldo de Verdala, archidiacono Mirapiscensi, Apostolice Sedis nuncio.* Accepimus nuper quod — Datum VIII idus octobris, anno quarto decimo ».

(1) Index : *exigant.*
(2) Index. : *Laudensi.*
(3) Index. : *Antonium.*

3988 10 octobre 1329.

Uticensi et Carpentoratensi episcopis, ac praeposito Avinionensi mandat ut episcopum et ecclesiam Massilienses ratione bonorum juriumque eorum molestari prohibeant, detentoresque eorumdem bonorum ad restitutionem compellant. (Reg. 115, II, fol. 203 (407), c. 2080).

« *..Uticensi et.. Carpentoratensi episcopis et.. preposito Avinionensi.* Militanti Ecclesie licet — Datum VI idus octobris, anno quarto decimo ».

3989 Avignon, 12 octobre 1329.

Treugas inter Ademarum, episcopum Vivariensem, et Giraudum Ademari, dominum de Montilio [Ademari], Valentinae diocesis, a festo Omnium Sanctorum proximo futuro usque ad unum annum prorogat. (Reg. 115, II, fol. 205 (409), c. 2083).

« *Ad futuram rei memoriam.* Ad nostri apostolatus — Datum Avinione, IIII idus octobris, anno quarto decimo ».

3990 Avignon, 12 octobre 1329.

Episcopo Tricastrino et Aquaebellae ac Crudacii monasteriorum abbatibus, ut praefatas treugas notificent et publicent. (Reg. 115, II, fol. 205 (409), c. 2084).

« *..episcopo Tricastrino et.. Aquebelle ac .. Crudacii Tricastrine et Vivariensis diocesum monasteriorum abbatibus.* Ad nostri etc. — Datum ut supra ».

3991 Avignon, 15 octobre 1329.

Philippo, regi Franciae, Deodatum de Severaco, qui in curia regali quaedam expedire habet, commendat. (Reg. 115, II, fol. 110 (314) v°, c. 1603).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Dilectum filium nobilem — Datum Avinione, idibus octobris, anno quarto decimo ».

3992 Avignon, 15 octobre 1329.

Miloni de Noheriis eumdem Deodatum commendat. (Reg. 115, II, fol. 111 (315), c. 1604).

« *Miloni, domino de Noheriis.* Dilectum filium nobilem — Datum ut supra ».

In e.m. episcopo Belvacensi.

In e.m. episcopo Attrebatensi.

In e.m. Johanni, electo Abrincensi.

In e.m. Guillelmo de Sancta Mora, decano ecclesie Turonensis, Philippi regis Francie cancellario.

3993 Avignon, 15 octobre 1329.

Johannae, reginae Franciae et Navarrae, Petrum Guigonis de Castronovo et Raymundum de Valle Aurea, nuntios apostolicos in partibus Burgundiae, commendat. (Reg. 115, II, fol. 111 (315), c. 1605).

« *Johanne, regine Francie et Navarre illustri.* Cum dilectis filiis Petro Guigonis de Castronovo, archidiacono de Vico in ecclesia Metensi, et Raymundo de Valle Aurea, canonico Vivariensi, Apostolice Sedis nuntiis, certa nostra et Ecclesie Romane negocia in partibus Burgundie duximus committenda, serenitatem regiam attentius deprecamur quatinus eosdem nuntios super prosecutione negociorum hujusmodi habere velit regia sublimitas pro nostra et Apostolice Sedis reverentia favorabiliter commendatos, eis per gentes et subditos suos prestari oportuni favoris assistenciam super hiis sic benivole faciendo quod, preter retributionis eterne premium, apud nos et Sedem eandem dignis in Domino laudibus propter hoc commendetur. Datum Avinione, idibus octobris, anno quarto decimo ».

3994 Avignon, 15 octobre 1329.

Henrico de Burgundia super eodem (Reg. 115, II, fol. 111 (315), c. 1606).

« *Henrico de Burgundia, domino de Calsino.* Cum dilectis filiis — etc ut supra ».

In e.m. Guillelmo, domino de Montinhiaco. Datum ut supra.

3995 15 octobre 1329.

Abbati monasterii de Altacumba, Gebennensis diocesis, in e. m. ac abbati monasterii de Sancta Cruce, Cisterciensis ordinis, Pataviensis diocesis (1), mandat ut subsidium oblatum ab ordine Cisterciensi in partibus Burgundiae exigat et non solventes in paenam a capitulo generali denunciatam, sicut in litteris Guillelmi, abbatis Cistercii, die Veneris post festum beati Mathei apostoli anno M CCC° XXIX° datis, quarum tenor praesentibus inseritur, continetur, incidisse declaret. (Reg. 115, II, fol. 138 (342), p. c. 1788).

« *In e.m. abbati monasterii de Altacumba, Gebennensis diocesis, in partibus Burgundie.* Gerentes de tue — Datum Avinione, idibus octobris, anno quarto decimo ».

3996 15 octobre 1329.

Hugoni de Engolisma et Oliverio de Cerzeto, ut contra raptores thesauri quondam Bertrandi, abbatis monasterii Montismajoris, ordinis sancti Benedicti, Arelatensis diocesis, in castro de Miromari, ejusdem diocesis, conservati dispositionique apostolicae reservati procedentes, eos puniant et ad restitutionem compellant. (Reg. 115, II, fol. 205 (409), c. 2085).

« *Hugoni de Engolisma, archidiacono Cantuariensis, et Oliverio de Cerzeto, capellano nostro, canonico Pictavensis ecclesiarum.* Olim perducto ad — Datum idibus octobris, anno quarto decimo ».

3997 Avignon, 17 octobre 1329.

Bertrando, archiepiscopo Ebredunensi, ut perfectis negotiis sibi commissis, ad Curiam redeat. (Reg. 115, II, fol. 125 (329), c. 1728).

« *Bertrando, archiepiscopo Ebredunensi.* Grata sunt nobis admodum que per tuas litteras intimare curasti, quare volumus ut, perfectis que per te super negocio tue circumspectioni commisso fieri possunt presencialiter, ad nostram redire presenciam non postponas. Datum Avinione, XVI kalendas novembris, anno quarto decimo ».

3998 Avignon, 18 octobre 1329.

Philippo, regi Franciae, Petrum de Ferrariis ad eum pro suis negotiis accedentem commendat. (Reg. 115, II, fol. 111 (315), c. 1607).

(1) Cf. Fayen, *Lettres de Jean XXII*, II, n° 2551.

« *Philippo, regi Francie illustri.* Dilectum filium nobilem — Datum Avinione, XV kalendas novembris, anno quarto decimo ».

3999 Avignon, 18 octobre 1329.

Regi Franciae Stephanum de Diosido, cui Arnaldus de Trianno quaedam negocia expedienda detulit, commendat. (Reg. 115, II, fol. 111 (315), c. 1608).

« *Eidem regi* [*Francie*]. Cum dilectus filius nobilis vir Arnaldus de Trianno, dominus de Talardo, Romane Curie marescallus, pro quibusdam negociis que, sui ratione officii, habet in regali curia expedire, dilectum filium magistrum Stephanum de Diosido, archidiaconum Caturcensem, exhibitorem presentium, ad regie celsitudinis presenciam providerit destinandum, regalem excellenciam attentius deprecamur quatinus ipsum archidiaconum super expeditione negociorum hujusmodi celeri et facili habere velit, pro divina et Apostolice Sedis reverencia, sublimitas regia favorabiliter commendatum. Datum ut supra [Avinione, XV kalendas novembris, anno quarto decimo] ».

4000 Avignon, 18 octobre 1329.

Andreae de Florentia eumdem Stephanum de Diosido archidiaconum commendat. (Reg. 115, II, fol. 111 (315), c. 1609).

« *Andree de Florentia, thesaurario ecclesie Remensis, ejusdem regis consiliario.* Cum dilectus filius — Datum ut supra [Avinione, XV kalendas novembris, anno quarto decimo] ».

In e.m. Guillelmo Bertrandi, thesaurario ecclesie Laudunensis, regis Francie consiliario.

In e.m. Egidio, domino de Secourt.

In e.m. P., episcopo Atrebatensi.

In e.m. Guillelmo de Sancta Mora, decano ecclesie Turonensis, cancellario dicti regis [Francie].

In e.m. Thome de Marfontayne, consiliario dicti regis.

In e.m. nobili viro Petro de Cunheriis, consiliario dicti regis.

In e.m. magistro Guillelmo de Chanaco, archidiacono Parisiensi, consiliario dicti regis.

In e.m. Martino de Issartis.

In e.m. Ayrardo Alamandi, consiliario dicti regis.

In e.m. Guillelmo de Ayssi. Datum ut supra.

4001 Avignon, 21 octobre 1329.

Petro de Columpna, ut Henricum de Pisis, ordinis Minorum, cum socio ejus, in galea quam praeparari facit recipiat eumque commendatum habeat. (Reg. 115, II, fol. 212 (416), c. 2118).

« *Petro de Columpna, preposito Massiliensi, capellano nostro.* Intellecto quod pro navigando ad certas partes quandam facis galeam preparari, discretionem tuam attente rogamus quatinus dilectum filium Henricum de Pisis, ordinis fratrum Minorum, cum socio suo ad certas partes etiam de nostro beneplacito accedentem, benigne recipias in eadem, et ipsum habeas favorabiliter commendatum, daturus nichilominus ut in partibus Pisanis, ubi magis securius et expediencius fuerit, applicare valeat operam efficacem. Datum Avinione, XII kalendas novembris, anno quarto decimo ».

4002 [21 octobre-7 novembre 1329] (1).

Guillelmo Fulcosii, praeposito ecclesiae Grassensis, ut [Veranum Bayre] fratrem Minorem ad curiam apostolicam adduci faciat (Reg. 115, II, fol. 212 (416), c. 2119).

« *Magistro Guillelmo Fulcosii, preposito ecclesie Grassensis, capellano nostro.* Que venerabili fratri nostro Amelio, episcopo Castrensi, scribere curavisti vidimus et intelleximus diligenter; sedulam itaque diligenciam per te super hiis adhibitam ac fidelitatem quam ad nos et Ecclesiam ex hoc te gerere pretendisti plurimum in Domino commendantes, tuam prudenciam exhortamur quatinus sic ordinare procures quod ille de quo scripsisti liberum volatum non habeat, sed ad nostram omnino presentiam adducatur. Credimus siquidem quod jam illius superior illuc pro premissis miserit adimplendis; quod si forsan non fecerit, ecce dilecto filio.. gar-

(1) Cet acte et le suivant ne sont pas datés. Ils sont peut-être du même jour que l'acte immédiatement précédent (cap. 2118, n° 4001) et certainement au plus tard du 7 novembre 1329 (cf. ci-après, n° 4014).

diano fratrum Minorum Grassensi per nostras, quas per te sibi presentari volumus, litteras scribimus ut eum per se vel alium seu alios sub secura custodia ducere ad dictam presenciam non ommittat. Super quibus per eundem gardianum, ut sibi scribimus, exequendis curet tua providencia operosam solicitudinem adhibere. Datum ».

4003 [21 octobre-7 novembre 1329] (1).

Gardiano fratrum Minorum Grassensium ut Veranum Bayre, ejusdem ordinis, ad curiam apostolicam sub secura custodia adducat. (Reg. 115, II, fol. 212 (416), c. 2120).

« ..*gardiano fratrum Minorum Grassensi.* Cum Veranum Bayre, ordinis fratrum Minorum, certis ex causis velimus nostro conspectui presentari, discretioni tue in virtute sancte obediencie ac sub excommunicationis pena quam te incurrere volumus ipso facto, si te negligentem in hac parte vel remissum reddideris, districtius precipiendo mandamus quatinus eundem Veranum per te vel alium seu alios ad nostram adducere presenciam sub secura custodia non postponas, te taliter super hiis habiturus quin pocius de diligencia et obediencia commendari valeas quam de negligencia reprehendi. Datum (*sic*) ».

4004 Avignon, 25 octobre 1329.

Rogero, episcopo Lemovicensi, testandi facultatem concedit. (Reg. 115, II, fol. 95 (299) v°, c. 1520 ; — *Jean XXII, Lettres communes*, t. IX, n° 47095).

« *Rogero, episcopo Lemovicensi.* Quoniam humane fragilitatis — Datum Avinione, VIII kalendas novembris, anno quarto decimo ».

4005 Avignon, 25 octobre 1329.

Eidem missam ante diem illucescentem celebrandi facultatem concedit. (Reg. 115, II, fol. 95 (299) v°, c. 1521 ; — *Jean XXII, Lettres communes*, t. IX, n° 47093).

(1) Voir la note précédente.

« *Eidem.* Fraternitatis tue desideriis — Datum ut supra ».

4006 Avignon, 25 octobre 1329.

Eidem indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 115, II, fol. 96 (300), c. 1522 ; — *Jean XXII, Lettres communes*, t. IX, n° 47094).

« *Eidem.* Sincere fraternitatis devotio — Datum ut supra ».

4007 Avignon, 25 octobre 1329.

Eundem dudum ab Aurelianensi ad Lemovicensem ecclesiam translatum a juramento limina Apostolorum singulis bienniis visitandi absolvit. (Reg. 115, II, fol. 96 (300), c. 1523) ; — *Jean XXII, Lettres communes*, t. IX, n° 47096).

« *Eidem.* Ex parte tua — Datum ut supra ».

4008 Avignon, 28 octobre 1329.

Philippo, regi Franciae, nonnulla de Ludovico Bavariae duce et de Italiae rebus scribit. (Reg. 115, II, fol. 111 (315) v°, c. 1611 ; — Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 429, n° 1218).

« *Eidem regi* [*Philippo, regi Francie*]. Ut regalis circumspectio nova que hic narrantur ad presens de partibus Italie non ignoret, ea sibi providimus ut sequitur intimare. Fertur siquidem quod Bavarus, die IIII hujus mensis octobris, discessit de Papia versus civitatem Cremonensem, quam die X mensis ejusdem intrasse dicitur, infelices dirigens gressus suos, quibusdam quod inde Parmam et aliis quod imo prius Tridentum disponit accedere referentibus, habiturus ibidem colloquium cum Australi, missa Parmam interim parte aliqua gentis sue ; asseritur insuper quod Regina civitas, que cum Parma confederata contra Ecclesiam dicebatur, nunc, saniori usa consilio, obedire firmavit Ecclesie, prefatum Bavarum aut gentes et sequaces ipsius nullatenus admissura. Preterea de partibus Romanorum narratur quod Sciarra de Columpna obiit hiis diebus, et est certum quendam tirannum

pessimum, Silvestrum nomine, qui civitatem Viterbiensem sua detinebat seva tyrannide contra Ecclesiam occupatam, interfectum fuisse per quendam alium Gebellinum, quodque civitas postmodum ad obedientiam Ecclesie, receptis ejus gentibus cum honore notabili, est reversa. Rursus narratur et creditur etiam ex verisimilibus conjecturis quod Tudertina civitas ad ejusdem obedientiam Ecclesie, nisi jam redierit, breviter revertatur; qua reducta nulla civitas rebellis Ecclesie in eis partibus proculdubio remanebit. Datum Avinione, V kalendas novembris, anno quarto decimo ».

In e. m. Johanne, regine Francie illustri.

In e. m. Roberto de Atrabato, comiti Bellimontis.

4009 Avignon, 28 octobre 1329.

Henrico de Chamaio, inquisitori, ut episcopum Magalonensem vel ejus vicarium evocet. (Reg. 115, II, fol. 111 (315) v°, c. 1612).

« *Henrico de Chamaio, ordinis fratrum Predicatorum, inquisitori heretice pravitatis in partibus Carcassonensibus auctoritate apostolica deputato.* Ex causis rationabilibus que ad hoc nos inducunt volumus tueque discretioni mandamus quatinus inquisitionis tibi commissum officium, cum ipsum in villa Montispessullani, Magalonensis diocesis, te contigerit per te vel alium exercere, venerabilem fratrem nostrum.. episcopum Magalonensem loci ordinarium vel ejus vicarium in hiis habeas evocare. Datum ut supra [Avinione, V kalendas novembris, anno quarto decimo] ».

4010 Avignon, 28 octobre 1329.

Raymundo Pelati, ne in inquisitionis negotio ei a praefato Henrico de Chamaio in villa Montispessulani exercendo commisso procedat, nisi episcopo Magalonensi vel ejus vicario convocato. (Reg. 115, II, fol. 111 (315) v°, c. 1613).

« *Raymundo Pelati, ordinis fratrum Predicatorum.* In inquisitionis negotio — Datum ut supra ».

4011 3 novembre 1329.

Arnaldo de Verdala ut monachos monasterii Montisolivi, ordinis sancti Benedicti, Carcassonensis diocesis, qui procurationes quondam Petro episcopo Carcassonensi debitas non solvendo excommunicationem incurrerunt, postquam de eisdem satisfecerint, absolvat. (Reg. 115, II, fol. 96 (300) v°, c. 1525).

« *Arnaldo de Verdala, archidiacono Mirapiscensi, Apostolice Sedis nuncio.* Dudum colligendi et — Datum III nonas novembris, anno quarto decimo ».

4012 3 novembre 1329.

Guillelmo Ruffi, ut de bonis Petri quondam episcopi Vabrensis, dispositioni apostolicae reservatis, se informans, ea recipiat et custodiat, solventesque quittet. (Reg. 115, II, fol. 96 (300) v°, c. 1526).

« *Guillelmo Ruffi, canonico Aniciensi.* Cum nos de — Datum III nonas novembris, anno quarto decimo ».

4013 3 novembre 1329.

Arnaldo de Verdala, archidiacono Mirapiscensi, ut de perceptis ab Ademaro de Sancto Pastore, sacrista ecclesiae Convenarum, ratione fabricae ejusdem ecclesiae se informet et rescribat. (Reg. 115, II, fol. 123 (327) v°, c. 1716).

« *Eidem* [*Arnaldo de Verdala*]. Pervenit nuper ad — Datum III nonas novembris, anno quarto decimo ».

4014 7 novembre 1329,

Universis personis ecclesiasticis et laycis, ut praeposito Grassensi et guardiano fratrum Minorum Grassensium, ad Curiam quemdam captivum ducentibus in proximo venturis, de securo conductu provideant. (Reg. 115, II, fol. 90 (294) v°, c. 1483).

« *Venerabilibus fratribus etc.. ut supra* (1). Cum dilecti filii — Datum VII idus novembris, anno quarto decimo ».

(1) Pour l'adresse complète, cf. n° 3853.

4015 Avignon, 8 novembre 1329.

Rogero, episcopo Lemovicensi, quod ejus visitatores usque ad biennium duas vel plures ecclesias una die visitare possint. (Reg. 115, II, fol. 96 (300), c. 1524).

« *Eidem* [*Rogero, episcopo Lemovicensi*]. Pridem tuis supplicationibus — Datum Avinione, VI idus novembris, anno quarto decimo ».

4016 Avignon, 10 novembre 1329.

Geraldo Faraldi tabellionatus officium ad quod a Gasberto, archiepiscopo Arelatensi, camerario apostolico, idoneus repertus fuit, concedit cum forma juramenti. (Reg. 115, II, fol. 93 (297) v°, c. 1511).

« *Geraldo Faraldi* (1), *clerico non conjugato nec in sacris ordinibus constituto, Ruthenensis diocesis.* Consuevit interdum Sedis — Datum Avinione, IIII idus novembris, anno quarto decimo ».

4017 Avignon, 10 novembre 1329.

Arnaldo de Verdala, archidiacono Mirapiscensi, ut Rogerum, episcopum Vaurensem, ad assignandum Johanni, tituli Sanctae Crucis in Jerusalem, et Raymundo, tituli Sancti Eusebii presbyteris cardinalibus, fructus prioratuum de Elizona et Sancti Montis, Cluniacensis ordinis, Auxitanae diocesis, eis post obitum Vitalis, episcopi Albanensis, eorundem prioris, concessorum compellat. (Reg. 115, II, fol. 124 (328), c. 1717).

« *Eidem* [*Arnaldo de Verdala*]. Dudum prioratibus de — Datum Avinione, IIII idus novembris, anno quarto decimo ».

4018 11 novembre 1329.

Guillelmo de Bos indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 115, II, fol. 97 (301) v°, c. 1530).

« *Guillelmo de Bos, rectori ecclesie de Montebruno, Tholosane diocesis.* Ferventis devotionis affectus — Datum III idus novembris, anno quarto decimo ».

(1) Index : *Feraldi.*

4019 13 novembre 1329.

Eidem Guillelmo de Bos, rectori parrochialis ecclesiae de Montebruno, Tholosanae diocesis, subdiacono, ad partes Portugaliae pro certis negotiis profecturo, indulget quod, ratione ipsius ecclesiae, ulteriores ordines usque ad biennium recipere minime teneatur. (Reg. 115, II, fol. 97 (301) v°, c. 1531).

« *Eidem.* Meritis tue devotionis — Datum idibus novembris, anno quarto decimo ».

4020 16 novembre 1329.

Abbati monasterii de Soricinio, Guillelmo de Duroforti et officiali Carcassonensi, ut Johannem Denayrosii, officialem Sancti Papuli, ad Petrum Durandi, decanum Castrinovi de Arrio, Sancti Papuli diocesis, relaxandum inducant, praefatosque Johannem et Petrum ad comparendum infra viginti dierum spatium citent. (Reg. 115, II, fol. 96 (300) v°, c. 1527).

« *..abbati monasterii de Soricinio, Vaurensis diocesis, ac Guillelmo de Duroforti, canonico Aniciensi, capellano nostro, et .. officiali Carcassonensi.* Perduxit nuper ad — Datum XVI kalendas decembris, anno quarto decimo ».

4021 Avignon, 17 novembre 1329.

Miserabilem statum ordinis Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, debitorum mole oppressi, regi Franciae exponens, eum rogat ut moram magistri ejusdem ordinis pro negotiis expediendis in Curia retenti excusare velit. (Reg. 115, II, fol. 111 (315), c. 1610).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Ad nostrum, fili carissime, hiis diebus pervenit auditum quod prudentia mirabatur regia quia tamdiu dilectum filium Helionum de Villanova, domus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani magistrum, permiseramus in hiis partibus remanere. Profecto, fili carissime, hec admiratio fuit admodum nobis grata, supponentes indubie quod ex affectu sincero quem geris ad Terre Sancte negocium emanavit. Sane, fili carissime, credimus quod nulli mora dicti magistri plus displicere possit quam nobis displicuerit si ejusdem transitus ad dicti negocii commodum fieri potuisset; sed hoc optamus regiam celsitudinem non latere quod anno pontificatus nostri tertio, cum idem magister ad magisterii officium fuisset assumptus, desiderantes statum scire dicti ordinis,

ut eo cognito de ipsius transitu laudabili et Terre Sancte negocio utili valeret congruentius ordinari, cum tunc in Curia essent major pars priorum dicti ordinis, ymo omnes, paucis exceptis, certos priores juxta ejusdem magistri et priorum aliorum judicium cum nonnullis aliis magne auctoritatis personis ad hoc duximus deputandos, quo per ipsos diligenter discusso ex relatione facta nobis apparuit quod dicta religio erat ultra octingenta milia librarum turonensium sub usuris non per ipsum magistrum sed per ejus predecessores diversis creditoribus obligata, quo non absque stupore et ingenti displicentia intellecto, curavimus pro eliberatione debitorum hujusmodi remedia varia adhibere, et quia stante mole debitorum hujusmodi transitus magistri fuit reputatus inutilis, remansit, non utique de nostro beneplacito nec de suo, ut credimus, si ejus transitus utilis esse posset, et licet eo tempore assererent preceptores predicti quod infra paucos annos, si esset extenuatum dictum debitum, (quod) magister posset transire ad Dei gloriam et utilitatem negotii antedicti, tamen quia multe sunt regiones et regna de quibus nichil, et nonnulla de quibus parum percipere magister potuit, propterea fuit ejus transitus impeditus. Si enim sine comitiva decenti et [non] ordinato unde recipere posset necessaria magister ipse transisset, ejus transitus plus negotio incomodi quam comodi attulisset : magistri siquidem percepto transitu, infideles ad resistendum et afficiendum fidelibus se diligentius preparassent. Sed ecce, fili carissime, jam per magistrum ipsum circa medium augusti proxime preteriti ordinatum extitit ut certi fratres de conventu Rodi circa festum beati Johannis Baptiste futurum proxime ad eum venire debeant, ut de ejus transitu et aliis ad hoc necessariis ordinetur. Unde indubie excellencia regia teneat quod impedimenta predicta infesta nobis fuerunt nimium et displicibilia, et super hoc etiam multociens locuti fuimus ut turbati. Ex premissis itaque moram dicti magistri rationabiliter excusantes, ipsum et ejus ordinem eorumque negocia regie benivolencie affectione qua possumus commendamus. Datum Avinione, XV kalendas decembris, anno decimo quarto ».

4022 Avignon, 18 novembre 1329.

Regi Franciae, de conservatione jurium Magalonensi ecclesiae ratione comitatuum Melgorii et Montisferrandi spectantium. (Reg. 115, II, fol 112 (316), c. 1614 ; — Mollat, *Jean XXII, Lettres communes*, t. IX, n° 50746).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Ad ea, fili carissime, per que Deo reddaris acceptior et proximo justior circumspectionem regiam fiducialiter invitamus. Sane ex insinuatione venerabilis fratris nostri Johannis, episcopi Magalonensis, accepimus quod, licet ipse ratione comitatuum Melgorii et Montisferrandi Magalonensis diocesis, quos ecclesia Magalonensis sub certo censu annuo a Romana Ecclesia ab hactenus tenuit et tenet in feudum, necnon vassalli et homines comitatuum eorumdem ad guerras vel exercitus tuos vel alterius accedere seu mittere aut pro hüs talliari vel contribuere cum (1) aliquibus sicut nec consueverunt hactenus minime teneantur, officiales tamen regii senescallie Bellicadri et alii de mandato ut asserunt regio contra dictos episcopum et Magalonensem ecclesiam ac vassallos et homines comitatuum predictorum novitates facere ceperunt insolitas, videlicet ut ratione comitatuum eorundem ad tuos vadant exercitus sive armatos mittant cum guerras tuas contigerit emergere, ipsos contra justitiam compellendo in episcopi et Magalonensis ecclesie et vassallorum et hominum predictorum prejudicium et gravamen. Et insuper tam idem episcopus quam predecessores sui episcopi Magalonenses qui fuerunt pro tempore fuerunt in pacifica possessione vel quasi coartandi monetarios oriundos de castro Melgorii et habitantes ibidem ad respondendum coram ipsis seu eorum officialibus in civilibus et criminalibus causis, necnon ad contribuendum et supportandum onera universitatis cum hominibus dicti castri ; tamen predicti officiales tui eundem episcopum et officiales ipsius quominus hujusmodi jurisdictionem contra dictos monetarios et habitatores ejusdem castri de Melgorio exercere ut assolent valeant, contra justiciam impediunt et perturbant. Cum igitur ob zelum et devotionis fervorem quem ad Romanam et alias geris ecclesias premissa gravamina procedere de certa tue celsitudinis conscientia non credantur, excellenciam regiam rogamus et hortamur attente tibique paternis affectibus salubriter suademus quatinus, pro reverencia Dei qui regnantium est honor et gloria ac nostrorum precaminum interventu, habeas prefatam Magalonensem ecclesiam in predictorum et aliorum suorum conser-

(1) Corriger : *in* ?

vatione jurium favorabiliter commendatam, non faciendo sed nec permittendo espiscopum et ecclesiam eorumque vassallos et homines prelibatos contra eorum libertates et jura quomodolibet perturbari, sed senescallis, officialibus et ballivis regiis districte precipiat circumspectio regia quod de cetero a dictorum episcopi et ecclesie ac vassallorum super dictis comitatibus molestatione ac insolita novitate omnino desistant, exhortationes et preces nostras hujusmodi sic effectualiter impleturus quod a Christo Ecclesie Sancte sponso merearis premium assequi nosque ac sanctam Romanam Ecclesiam astringas ad regia beneplacita vinculo forciori. Gracia Domini cor regium ad ea que sibi sunt placita dirigat et protegat ab adversis. Datum Avinione, XIIII kalendas decembris pontificatus nostri anno quarto decimo ».

4023 Avignon, 18 novembre 1329.

Bernardo de Taxeriis ut cofinos, in quibus pecuniae et alia bona ad Cameram Apostolicam pertinentia esse dicuntur, a quondam Petro de La Brunia, canonico Bracharensi, penes quasdam personas depositos recipiat, conservetque ac solventes quittet .(Reg. 115, II, fol. 97 (301), c. 1528).

« *Bernardo de Taxeriis* (1), *priori ecclesie Beati Dionisii de Montepessulano, Magalonensis diocesis.* Ad notitiam nostram fidedigna relatione perducto quod quondam Petrus de La Brunia, canonicus Bracharensis, qui dudum ad partes regni Portugalie pro certis nostris et Camere nostre negociis destinatus nondum eidem Camere de diversis bonis et proventibus ipsius nomine Camere per eundem receptis rationibus redditis diem clausit extremum, penes dilectum filium Petrum Ruppis (2) de Sancto Antonino, Ruthenensis diocesis, apud Montempessulanum commorantem, et quasdam alias personas dicti loci cofinos, in quibus pecunia et alia bona ad dictam Cameram pertinencia esse dicuntur, deposuit conservandos. Nos autem, volentes nostris et ejusdem Camere indempnitatibus super hiis precaveri, discretioni tue, de qua fiduciam in Domino gerimus specialem, per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus, super premissis et ea quomodolibet tangentibus summarie, de plano et simpliciter te informans, cofinos et bona omnia alia quecunque sint et in quibuscunque rebus consistant, que per eundem P. de La Brunia vel alium seu alios ejus nomine vel mandato penes dictum mercatorem aut quasvis personas alias ecclesiasticas et seculares deposuisse in eodem loco repereris seu etiam dimisisse, ad manum nostram ponere, ac ea nostro nomine fideliter conservare, assignanda per te fideliter et integraliter ubi et cui vel quibus mandabimus, non postponas, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstante si eis vel eorum aliquibus ab eadem sit Sede indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem quod eos a quibus bona hujusmodi receperis vel qui ea tibi duxerint assignanda, valeas absolvere plenius et quitare de hiis que ab ipsis receperis seu recipere te continget, nos et Cameram nostram de bonis hujusmodi per instrumenta publica, que inde fieri volumus, redditurus clare, particulariter et distincte nichilominus certiores. Datum Avinione, XIIII kalendas decembris, anno quarto decimo ».

(1) Index : *Taxiis.*
(2) Index : *Rumpis.*

4024 22 novembre 1329.

Episcopo Parisiensi in e. m. ac Johanni Sancti Theodori diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato, ut quemdam libellum contra Michaelem de Cesena faciat publicari. (Reg. 115, II, fol. 20 (224), p. c. 1105).

In e. m. ..episcopo Parisiensi. Ad confutandas falsas — Datum X kalendas decembris, anno quarto decimo.

In e. m. archiepiscopo Tholosano...

4025 Avignon, 22 novembre 1329.

Rogerio, episcopo Lemovicensi, ne pendente lite cum Bernardo Coste, priore prioratus de Benevento, ordinis sancti Augustini, suae diocesis, eumdem priorem in administratione dicti prioratus molestet. (Reg. 115, II, fol. 112 (316), c. 1615).

« *Rogerio, episcopo Lemovicensi.* Ex gravi dilecti — Datum Avinione, X kalendas decembris, anno quarto decimo ».

4026 24 novembre 1329.

Officiali Caturcensi quod uni clerico a Guillelmo de Bos, sacrista ecclesiae Forojuliensis, nuntio apostolico ad partes Portugaliae destinato, praesentando tabellionatus officium concedere possit. (Reg. 115, II, fol. 100 (304), c. 1541).

« ..*Officiali Caturcensi*. Cum nos dilectum ». (1).

4027 Avignon, 24 novembre 1329.

Johanni de Aquablanca, ut litteras commissionis super vicariatu civitatis Avinionensis Arnaldo de Villanova factas juxta formam solitam refici faciat. (Reg. 115, II, fol. 212 (416), c. 2122).

« *Johanni de Aquablanca, senescallo Provincie.* Intelleximus quod in litteris commissionis super vicariatu civitatis Avinionensis dilecto filio nobili viro Arnaldo de Villanova per te facte certas clausulas res et negocia clavarie dicte civitatis contingentes eidem nobili complere hiis temporibus impossibiles adjecisti. Cum autem precessor tuus in officio senescallie litteras super commissione dicti vicariatus absque clausularum adjectione hujusmodi, considerato quod per vicarium propter gravia incumbencia sibi onera compleri commode que continentur in eisdem clausulis nequeunt, consueverit, sicut accepimus, ordinare, nobilitatem tuam requirimus attencius et hortamur quatinus litteras dicte commissionis juxta formam quam sine clausulis ipsis observare precessor consuevit predictus refici facias, sicque refectas et sigillo magno solito communitas remittere non postponas. Datum Avinione, VIII kalendas decembris, anno quarto decimo ».

4028 Avignon, 26 novembre 1329.

Petrum de Atrebatensi ecclesia ad Senonensem ecclesiam per Guillelmi archiepiscopi mortem vacantem transfert. (Reg. 115, II, fol. 112 (316) v°, c. 1616).

« *Petro, episcopo olim Atrebatensi in archiepiscopum Senonensem electo.* Pridem ecclesia Senonensi — Datum Avinione, VI kalendas decembris, anno quarto decimo ».

4029 Avignon, 26 novembre 1329.

Guillelmum, tunc Laudunensem canonicum, de Atrebatensi ecclesia per praefati Petri translationem vacante providet. (Reg. 115, II, fol. 112 (316) v°, c. 1617).

« *Guillelmo, electo Atrabatensi.* Pridem ecclesia Atrabatensi — Datum ut supra ».

4030 28 novembre 1329

Parisiensi et Belvacensi episcopis ac Johanni, electo Abrincensi, et inquisitori regni Franciae, ut de Petro de Senebeke (1), presbytero Tornacensis diocesis, qui interdictum dudum comitatui Flandrensi, ratione rebellionis et aliorum excessuum ibidem contra Philippum, regem Franciae commissorum impositum celebrando violaverat, veritatem inquirant et justitiam faciant. (Reg. 115, II,fol. 97 (301) v°, c. 1533 ; — Fayen, *Lettres de Jean XXII*, II, n. 2594).

« *Venerabilibus fratribus .. Parisiensi et .. Belvacensi episcopis ac dilectis filiis Johanni, electo Abrincensi et .. inquisitori in regno Francie auctoritate apostolica deputato.* Pervenit nuper ad — Datum IIII kalendas decembris, anno quarto decimo ».

4031 1er décembre 1329.

Arnaldo de Verdala colligendi censum annuum Romanae Ecclesiae ab incolis castri de Scuria et districtus ipsius, Albiensis diocesis, debitum, solventesque quittandi facultatem concedit. (Reg. 115, II, fol. 97 (301), c. 1529).

« *Arnaldo de Verdala, Apostolice Sedis nuncio.* Cum singuli habitatores — Datum kalendis decembris, anno quarto decimo ».

4032 1er décembre 1329.

Guillelmo Ruffi, ut bona mobilia quondam Bertrandi de Biterris, prioris de Cassano, ordinis sancti Augustini Biterrensis diocesis, Apostolicae Sedis dispositioni reservata, recipiat solventesque quittet. (Reg. 115, II, fol. 98 (302), c. 1534).

(1) La date est donnée par l'acte suivant : « Item alia in e. m. .. officiali Colimbriensi — Datum VIII kalendas decembris anno quarto decimo in utraque ». (Reg. 115, II, fol. 100 (304), p. c. 1541).

(1) Index : *Senebelhe.*

« *Guillelmo Ruffi, canonico Aniciensi.* Cum nos pridem — Datum kalendis decembris, anno quarto decimo ».

4033 1er décembre 1239.

Petro de Via quod vacando studio juris civilis fructus sacristiae Caturcensis ac praecentoriae Carpentoratensis ecclesiarum, beneficiorum suorum, usque ad quinquennium recipere possit. (Reg. 115, II, fol. 98 (302) vo, c. 1536 ; — *Jean XXII, Lettres communes*, t. *IX*, no 47548).

« *Petro de Via, sacriste ecclesie Caturcensis.* Meritis tue probitatis — Datum kalendis decembris, anno quarto decimo ».

4034 Avignon, 2 décembre 1329.

Johanni de Aquablanca, senescallo Provinciae, quod gentem armigeram ab eo mandatam in partes Pedimontis non revocet (Reg. 115, II, fol. 212 (416), c. 2123).

« *Eidem* Consideratis attente hiis — Datum Avinione, IIII nonas decembris, anno quarto decimo ».

4035 2 décembre 1329.

Guillelmo de Bos ut duos libros de bonis quondam Guarciae, episcopi Aquensis, dispositioni apostolicae reservatis provenientes Garciae Arnaldi, dicti episcopi nepoti, assignet. (Reg. 115, II, fol. 124 (328) vo, c. 1721).

« *Guillelmo de Bos, sacriste Forojuliensi, Apostolice Sedis nuntio.* Dudum bonorum mobilium bone memorie Guarcie, episcopi Aquensis, dispositionem nobis certis causis rationabilibus que nostrum ad hoc induxerunt animum duximus reservandam, te collectore bonorum ipsorum per nostras certi tenoris litteras deputato. Sane cum nos dilecto filio Garcie Arnaldi de Domicinio, priori ecclesie Sancti Spiritus Baionensis, nepoti dicti episcopi, duos libros quos de bonis predictis penes te habere nosceris, videlicet « Lecturam Ostiensem » et « Rosarium » de speciali gratia duxerimus concedendos, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus eidem priori vel ejus certo procuratori predictos libros studeas assignare. Datum IIII nonas decembris, anno quarto decimo ».

4036 2 décembre 1329.

Arnaldo de Verdala, ne eos qui nonnulla de bonis mobilibus quondam Arnaldi, episcopi Conseranensis, dispositioni apostolicae reservatis, receperunt, usque ad terminum eis datum, ratione medietatis eorumdem bonorum quam solvere debent, molestet. (Reg. 115, II, fol. 124 (328) vo, c. 1722).

« *Magistro Arnaldo de Verdala, archidiacono Mirapiscensi, Apostolice Sedis nuncio.* Cum de bonis — Datum IIII nonas decembris, anno quarto decimo ».

4037 Avignon, 2 décembre 1329.

Guigoni, dalphino Viennensi, ut in venditione pateriae quam dominus de Vallesaltu facere intendit, Agoutum de Baucio commendatum habeat (Reg. 115, II, fol. 212 (416), c. 2124).

« *Guigoni, dalfino Viennensi.* Cum sicut intelleximus noviter dilectus filius nobilis vir .. dominus de Vallesaltu pateriam quam in certis locis obtinet intendat vendere, tuque, fili, venditionem hujusmodi laudare habeas et etiam approbare, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus dilectum filium nobilem virum Agoutum de Baucio super hiis, quantum honestas patitur et sine juris prejudicio alicui licuerit, contemplatione nostri propensius habeas commendatum. Datum ut supra [Avinione, IIII nonas decembris, anno quarto decimo] ».

4038 5 décembre 1329.

Philippo regi Franciae de convalescentia a discrasia cujusdam reumatis congaudet, eumque ad bona opera hortatur. (Reg. 115, II, fol. 112 (316) vo, c. 1618).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Discrasia cujusdam reumatis, fili carissime, hiis diebus non absque compassione paterna te gravatum audivimus, sed et te subsequenter ab eadem cum ingenti gaudio intelleximus liberatum. Profecto, fili carissime, hoc Illius dispositione processisse credimus qui vulnerat et medetur, Ipse quidem quos diligit talibus consuevit visitare nunciis ut (1) vite

(1) Reg. : *et.*

presentis miseriam attendentes aliam querere studeant in qua ab omni miseria sint immunes, quam utique reperire poterit qui a malo declinare studuerit seque in bonis operibus cum perseverancia exercere. Declina itaque a malo, fili carissime, gressus tuos, sicque in viis mandatorum Domini currere satage ut ad vitam hujusmodi valeas pervenire, ad quod non [paucum] suffragari poterit si diem singulum velut ultimum curaverit (*sic*) ordinare. Quod tibi concedat qui in illa vita sine fine vivit et regnat. Amen. Datum nonis decembris, anno quarto decimo ».

4039 5 décembre 1329.

Reginae Franciae super eodem, de ejus ac regàlium liberorum statu congaudens. (Reg. 115, II, fol. 112 (316) v°, c. 1619).

« *Regine Francie.* Epistola regia discrasiam carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie illustris, ejusque ab ea convalescentiam necnon et tuam, filia carissima, ac liberorum regalium statum nobis insinuans prosperum multiplici nec immerito gaudio nos replevit, et quia de statu nostro te solicitam reddit benivolencia regia, noscat magnificentia tua ut, licet secundum interiorem hominem multis solicitudinibus pregravemur, secundum exteriorem tamen, Eo faciente qui mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit, sospitate potimur. Sane, carissima filia, quia presens vita non est nisi vapor ad... parens (*sic*), multis repleta miseriis sicut nosti, tuam prudentiam in Domino exhortamur quatinus spem tuam in illa non figas que suos amatores decipere consuevit, sed, velut ab ea recessura celeriter, cooperante divina gratia te disponas quod, cum dies vocationis tue advenerit, ad regnum perhenne pervenias sine fine mansura, quod tibi concedat qui in eo sine fine vivit et regnat. Amen. Datum ut supra [nonis decembris, anno quarto decimo] ».

4040 6 décembre 1329.

Carolo de Madelbertis ut causam appellationis quorumdam civium Avinionensium audiat et justitiae complementum super eam exhibere studeat. (Reg. 115, II, fol. 206 (410), c. 2088).

« *Carolo de Madelbertis, causarum criminalium que per appellationes de terris Romane Ecclesie ad Sedem Apostolicam deferuntur generali auditori auctoritate apostolica deputato.* Tue insinuationis assertione percepimus quod, cum nonnulli cives Avinionenses, qui dudum in curia comitatus Venayssini, terre utique Romane Ecclesie peculiaris, criminaliter in causam tracti fuisse dicantur, ex certis gravaminibus que sibi per eandem curiam asserebant inferri ad Sedem Apostolicam duxerint appellandum, causam appellationis hujusmodi prosequi coram te intendentes, fuit per modum exceptionis objectum quod de causa ipsa ex eo intromittere te nequibas, quia predicti appellantes de terris Romane Ecclesie non existunt. Nolentes itaque propter hoc justitiam impediri, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus causam appellationis predicte, vocatis evocandis, non obstante predicta exceptione, audias et exhibere super ea studeas justitie complementum. Datum VIII idus decembris, anno quarto decimo ».

4041 8 décembre 1329.

Decanos, rectores et curatos parrochialum seu ruralium ecclesiarum Lingonensis diocesis eximit de procurationibus Lugdunensi archiepiscopo solvendis. (Reg. 115, II, fol. 98 (302), c. 1535).

« *Decanis decanatuum ruralium et rectoribus et curatis parrochialium ecclesiarum civitatis et diocesis Lingonensis.* Inter alia que grata desideriis nostris occurrunt illud intense appetimus ut ecclesiis et personis ecclesiasticis, sublatis litium et dissensionum materiis, pacem et quietem, Deo propicio, procuremus. Sane nuper vestra nobis exhibita petitio continebat quod nos dudum venerabili fratri nostro Petro, archiepiscopo Lugdunensi, per nostras certi tenoris litteras duximus indulgendum ut ecclesias, monasteria et alia loca ecclesiastica et personas eorum suarum civitatis et diocesis ac provincie Lugdunensium, in quibus sibi visitationis officium competebat de consuetudine vel de jure, posset, illa vice, per personam seu personas ydoneam vel ydoneas, quam vel quas ad hoc deputandam vel deputandas duceret, visitare, et procurationes ab ecclesiis, monasteriis atque locis et personis taliter visitatis in pecunia numerata recipere moderatas, quacumque consti-

tutione contraria non obstante, certis sibi super hoc per alias nostras litteras executoribus deputatis. Cumque idem archiepiscopus, pretextu concessionis hujusmodi, vellet in decanatibus et ecclesiis vestris visitationis officium per quosdam suos commissarios deputatos ab ipso super hiis exercere, vos asserentes ex hoc antiquis libertatibus et immunitatibus vestris grave prejudicium generari, ex certis causis per vos expressis ad Sedem Apostolicam appellastis; ac nichilominus, cum idem archiepiscopus pretenderet se pro subventione Camere nostre voluisse in dictis decanatibus et eccelesiis hujusmodi visitationis officium exercere et procurationes exigere supradictas, vos, propria et spontanea voluntate, non ratione alicujus procurationis dicto archiepiscopo debite, ad quam sibi solvendam omnino asseritis minime vos teneri, nobis duo milia florenorum auri pro dicte Camere utilius supportandis oneribus obtulistis liberaliter soluturos. Quare nobis humiliter supplicastis ut, ne propter hoc contingat vos per dictum archiepiscopum amplius pregravari, providere vobis in hac parte de oportuno remedio curaremus. Nos igitur, oblationem vestram hujusmodi acceptantes, nolumus per eundem archiepiscopum vel ejus commissarios pretextu dicte concessionis nostre seu gracie super dictis procurationibus sibi facte vos pro dicta vice impeti vel etiam quomodo libet molestari, sed in eo statu vos persistere volumus in quo eratis ante tempus gratie seu concessionis hujusmodi per nostras litteras dicto archiepiscopo facte super visitatione exercenda et procurationibus recipiendis in civitate et diocesi ac provincia prelibatis, salvis tam jure dicti archiepiscopi quam juribus et defensionibus vestris vobis competentibus quibuscunque, quibus propter premissa non intendimus prejuditium generari, non obstantibus quibuscunque appellationibus super hoc ad dictam Sedem emissis, et judicibus super hiis per Sedem eandem datis, et quibuscunque processibus factis et habitis coram eis, et persecutionibus eorum factis seu etiam faciendis occasione gratie seu concessionis predicte. Datum VI idus decembris, anno quarto decimo ».

4042 Avignon, 11 décembre 1329.

Hugoni, episcopo Parisiensi, ut in publicatione libelli continentis responsiones apostolicas adversus errores Michaelis de Cesena factas aliisque exequendis quae in litteris a magistro Geraldo de Capmulo cum eodem libello praesentandis continentur, diligentiam adhibeat. (Reg. 115, II, fol. 112 (316) v°, c. 1620; — Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 433, n° 1231).

« *Hugoni, episcopo Parisiensi.* Quia solicitare solicitum et attentum attenciorem reddere sepe prodest, fraternitatem tuam, de qua specialem in Domino fiduciam gerimus, rogamus et hortamur attente quatinus circa publicationem libelli continentis responsiones nostra factas adversus errores et hereses viri perfidi Michaelis de Cesena, olim fratrum Minorum ordinis generalis ministri, heretici et scismatisci manifesti, faciendam et alia exequenda que in nostris tibi directis super hoc litteris contine[n]tur, quos libellum et litteras dilectus filius magister Geraldus de Capmulo, cantor ecclesie Parisiensis, tue prudencie presentare curabit, sic adhibere studeas diligentiam operosam quod Deo ac nobis et Apostolice Sedi gratum esse debeat, tuque, frater, propter hoc nostram et ejusdem Sedis gratiam uberius merearis. Datum Avinione, III idus decembris, anno quarto decimo ».

4043 Avignon, 11 décembre 1329.

Geraldo de Capmulo cantori ecclesiae Parisiensis, ut dictos libellum et litteras eidem episcopo praesentet. (Reg. 115, II, fol. 113 (317), c. 1621; — Denifle et Chatelain, *Chartularium universitatis Parisiensis*, II, p. 332, n° 898).

« *Eidem cantori Parisiensi.* Quendam libellum continentem responsiones nostras factas ad confutandos errores et hereses viri perfidi Michaelis de Cesena, olim fratrum Minorum ordinis generalis ministri, heretici et scismatici manifesti, volentes Parisius doctoribus et scolaribus aliisque personis ecclesiasticis earum parcium et in locis etiam de quibus expedierit solemniter publicari comunicarique petentibus, prout in aliis litteris nostris proinde venerabili fratri nostro .. episcopo Parisiensi directis, quas tibi una cum eodem libello mittimus, continetur, discretioni tue presencium tenore mandamus quatinus libellum et litteras hujusmodi memorato episcopo presentare procurans, ut dicta fiat solennis publicatio dictusque libellus personis scolasticis et ecclesiasticis tam in

studio Parisiensi quam alibi in eis partibus morantibus petentibus et eum habere volentibus communicetur, sedulam adhibere diligenciam non omittas, nobis rescripturus fideliter quicquid actum extiterit quomodolibet in hac parte. Datum ut supra [Avinione, III idus decembris, anno quarto decimo] ».

4044 Avignon, 12 décembre 1329.

Communi et consilio Massiliensibus, ut quamdam cocham frumento onustam Januae directam quam ceperant Michaeli de Pace restituant. (Reg. 115, II, fol. 212 (416) v°, c. 2127).

« *Communi, consilio et hominibus civitatis Massiliensis.* Habet dilectorum filiorum communis Januensis querulosa petitio pridem apostolatui nostro facta quod, cum nuper dilectus filius Michael de Pace de Majoricis quandam cocham frumento onustam per mare traiceret Janue, ubi magni bladi caristia habetur, quorundam mercatorum de Janua nomine dirigendam, vos patronum ejusdem coche et mercatores predictos coegistis invitos ut ad portum vestrum Massilie applicarent, idem frumentum volentes vestris usibus deputare. Verum, dilecti filii, quia vera caritas proximo debita et ad non afficiendum allicit et ad supportandum alterutrum onera sibique subveniendum ad invicem ex quodam ab homine homini pietatis officio debito naturali ratione compellit, prudentiam vestram rogamus et hortamur attente tam sano quam paterno consilio vobis nichilominus suadentes quatinus, caritatem hujusmodi ad eosdem Januenses ut proximos extendentes, cocham et frumentum predicta eisdem Michaeli et mercatoribus sic libere relaxetis quod dicti commune eorum possint indigenciam aliqualiter sublevare, vosque possitis de vera obedientia merito commendari. Datum Avinione, II idus decembris, anno quarto decimo ».

4045 Avignon, 13 décembre 1329.

Regi Franciae, de nominatione Senonensis archiepiscopi Atrebatensisque episcopi. (Reg. 115, II, fol. 113 (317), c. 1622).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Cupientes nuper Senonensi ecclesie, inter ceteras regni tui ecclesias multimodis dignitatum titulis circumfulte, tunc pastore carenti, de persona secundum cor nostrum ydonea, cujus industria eadem ecclesia preservaretur a noxiis et grata dante Domino incrementa susciperet queve sublimitati regie grata existeret, provideri, ad personam venerabilis fratris nostri Petri episcopi olim Atrebatensis in archiepiscopum Senonensem electi, consiliarii regii, viri utique litterarum sciencia prediti et multiplicium virtutum insigniis decorati, nos et fratres nostri direximus oculos nostre mentis; quibus omnibus debita meditatione pensatis, et attento quod pro recomendatione ipsius et quorumdam aliorum regia excellencia nobis litteras suas frequencius destinarat, eundem episcopum prefate ecclesie in archiepiscopum prefecimus et pastorem; et ne Atrebatensis ecclesia vacationis incomodis exposita remaneret, ad dilectum filium Guillelmum electum Atrebatensem, canonicum Laudunensem, pro quo etiam regalis magnificencia apud nos sepius institerat litteris inculcatis, intuitum direximus mentis nostre ipsumque ipsi Atrebatensi ecclesie in episcopum prefecimus et pastorem, firma de eorum quolibet concepta fiducia quod per eorum prudenciam circumspectam eedem ecclesie gubernabuntur salubriter et divina eis cooperante clemencia prospere dirigentur, insuper electos et ecclesias prelibatas celsitudini regie propensius commendamus. Datum Avinione, idibus decembris, anno quarto decimo ».

4046 Avignon, 13 décembre 1329.

Regi Franciae submissionem Ecclesiae civitatum Viterbiensis et Corneti, expulsionemque Johannis Siarre a Tudertinis nuntiat eique de affectione pro Arnaldo Duesa, vicecomite Caramanni, gratias agit. (Reg. 115, II, fol. 113 (317), c. 1623; — Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 433, n. 1236.

« *Eidem regi* [*Francie*]. Ut regiam celsitudinem non lateant novitates que in presenciarum occurrunt, ecce, fili carissime, quod prout ex litteris dilecti filii nostri Johannis, Sancti Theodori diaconi cardinalis, Apostolice Sedis legati, pridem gratanter accepimus, Viterbienses et Cornetanenses, omisso erroris devio in quo aliquandiu ambularant, ad semitam veritatis et devotionem nostram ac Romane Ecclesie redeuntes, ipsum nostro

nomine exultantibus animis receperunt, nostris obedire beneplacitis promittendo, ac civitatis Viterbiensis et Corneti regimen sibi dicto nomine committendo. Intelleximus etiam tam ex litteris nunc presidentis civitati Tuterdine (*sic*) quam aliorum fidedignorum parcium earundem quod Tudertini jugum servitutis sub illo Johanne Siarre eis nomine Belial filii Ludovici de Bavaria presidente sufferre amplius non valentes, eum cum gente sua de eadem civitate ignominiose et viliter expulerunt, et speramus quod ipsi, sano ducti consilio, ad obedientiam et devotionem nostram et dicte Ecclesie remeabunt. Ceterum super excusatione benigna eorum que dilectum filium Arnaldum Duesa, vicecomitem Caramanni, nepotem nostrum concernebant noviter nobis scripta, benivolencia regia teneat pro constanti nunquam nostre intentionis fuisse pro eodem vicecomite vel quovis alio ipsam nostris incitare precibus ubi jus lederetur tercii vel notabile dispendium regali excellencie immineret. Super qua excusatione et affectione propicia quam ad ipsum nepotem nostrum sublimitatem regiam gerere nobis dicte littere descripserunt, sibi gratiarum referimus uberes actiones. Datum ut supra [idibus decembris, anno quarto decimo] ».

In e. m. Johanne regine Francie illustri, verbis competenter mutatis.

4047 13 décembre 1329.

Guillelmo Grassi indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 115, II, fol. 103 (304), c. 1542).

« *Guillelmo Grassi, canonico Albiensi.* Devotionis tue sinceritas — Datum idibus decembris, anno quarto decimo ».

4048 13 décembre 1329.

Gasberto, archiepiscopo Arelatensi, qui castrum de Villanova suae diocesis acquistando juraque suae ecclesiae recuperando et manutenendo magna onera supportaverat, subsidium moderatum a personis ecclesiasticis non exemptis ejusdem diocesis petendi facultatem concedit. (Reg. 115, II, fol. 205 (409) v°, c. 2086 ; — *Jean XXII, Lettres communes*, t. IX, n° 47775).

« *Gasberto, archiepiscopo Arelatensi.* Devotionis tue sinceritas — Datum idibus decembris, anno quarto decimo ».

4049 13 décembre 1329.

Judicibus ut eidem archiepiscopo praefatum subsidium assignari faciant. (Reg. 115, II, fol. 205 (409) v°, p. c. 2086).

« *Judicibus.* Mandamus quatinus vos — Datum ut supra ».

4050 13 décembre 1329.

Archiepiscopo Arelatensi impertitur licentiam quorundam bonorum castro de Villanova pertinentium in emphyteosim concedendi. (Reg. 115, II, fol. 206 (410), c. 2087 ; — *Jean XXII, Lettres communes*, t. IX, n° 47774).

« *Eidem archiepiscopo.* Meritis tue devotionis inducimur ut ea tibi favorabiliter concedamus que ecclesie tue conspicimus oportuna. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod tu, pridem castrum de Villanova cum suis pertinenciis tue diocesis, quod ab ecclesia tua tenebatur in feudum, acquisisti, quodque infra ejusdem castri pertinentia multe terre et possessiones existunt que si in emphiteosim de novo concedantur, magnam poterunt eidem ecclesie utilitatem afferre. Nos itaque tuis in hac parte supplicationibus inclinati, volentes ejusdem ecclesie utilitati quantum honeste possumus providere, ut castrum ac terras et possessiones predicta possis de novo sub certo censu vel pensione annuis tibi et successoribus tuis archiepiscopis Arelatensibus, qui erunt pro tempore, et eidem ecclesie exolvendis in emphiteosim conjunctim vel particulariter concedere, juramento de non alienandis ejusdem ecclesie bonis per te prestito et constitutionibus in contrarium super hoc editis non obstantibus quibuscumque, fraternitati tue tenore presencium licentiam impertimur, proviso quod per concessiones hujusmodi fiat melior conditio ecclesie antedicte. Datum ut supra ».

4051 Avignon, 13 décembre 1329.

Aymoni, comiti Sabaudiae, de Eduardi, germani sui, morte consolatur eumque ad devotionem erga Ecclesiam hortatur. (Reg. 115, II, fol. 212 (416) v°, c. 2125).

« *Aymoni, comiti Sabaudie.* Licet, dilecte fili — Datum Avinione, idibus decembris, anno quarto decimo ».

4052 29 décembre 1329.

Petro Guigonis de Castronovo quod fructus beneficiorum suorum in absentia, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, usque ad triennium percipere possit. (Reg. 115, II, fol. 153 (357) v°, c. 1878 ; — Sauerland, *Quellen zur lothringischen Geschichte*, p. 278, n° 594).

« *Petro Guigonis de Castronovo, archidiacono de Vico in ecclesia Metensi.* Merita tue devotionis — Datum IIII kalendas januarii, anno quarto decimo ».

4053 29 décembre 1329.

Decano et cantori Metensis ac thesaurario Tullensis ecclesiarum super eodem, ut eidem Petro praefatos fructus ministrari faciant. (Reg. 115, II, fol. 154 (358), c. 1879 ; — Sauerland, *Quellen zur lothringischen Geschichte*, p. 278, n° 595).

« .. *decano et.. cantori Metensis .. ac thesaurario Tullensis ecclesiarum.* Merita etc. — Datum ut supra ».

4054 Avignon, 31 décembre 1329.

Philippo regi Navarrae quod antequam litterae ejus, per quas Philippum de Meledunum, archidiaconum Remensem, super provisione Senonensis ecclesiae commendabat, praesentatae fuissent, eidem ecclesiae jam provisum erat. (Reg. 115, II, fol. 113 (317) v°, c. 1624).

« *Philippo, regi Navarre illustri.* Quia, fili carissime, antequam nobis regie littere per quas dilectum filium Philippum de Meleduno, archidiaconum Remensem, commendabas super provisione Senonensis ecclesie presentate fuissent, duxeramus eidem ecclesie de fratrum nostrorum consilio providendum, habeat nos excellencia regia, si suis precibus annuere non valemus, super hiis excusatos. Datum Avinione, II kalendas januarii, anno quarto decimo ».

4055 Avignon, 1er janvier 1330.

Bertholdo, episcopo Argentinensi ut quatuor castra Spirensis diocesis quae indebite detinet, Walrano, Spirensi electo, restituat. (Reg. 115, II, fol. 162 (366), c. 1917 ; — Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 434, n° 1238).

« *Bertholdo, episcopo Argentinensi.* Nisi crederemus fili — Datum Avinione, kalendis januarii, anno quarto decimo ».

4056 Avignon, 3 janvier 1330.

Guillelmum ecclesiae Bajocensi, vacanti per Petri episcopi ad Carcassonensem ecclesiam translationem, in episcopum praeficit. (Reg. 115, II, fol. 82 (286), c. 1437 ; — *Jean XXII, Lettres communes*, t. IX, n° 47952).

« *Guillelmo, electo Bajocensi.* Nuper ecclesia Bajocensi — Datum Avinione, III nonas januarii, anno quarto decimo ».

4057 Avignon, 3 janvier 1330.

Andream Atrebatensi ecclesiae, vacanti per Petri episcopi ad Senonensem ecclesiam translationem, in episcopum praeficit. (Reg. 115, II, fol. 82 (286), c. 1438).

« *Andree, electo Atrebatensi.* Vacante nuper ecclesia — Datum Avinione ut supra [III nonas januarii, anno quarto decimo] ».

4058 3 janvier 1330.

Rogero, episcopo Lemovicensi, ut a secularibus Beatae Mariae de Grasciaco (1) et de Benevento, ordinis sancti Augustini, prioribus et a Jacobo, rectore parrochialis de Asso (2) ecclesiarum, Bituricensis, Lemovicensis et Tholosanae diocesum, quibus administratio bonorum ecclesiae Beatae Mariae de Capelle Talhafer (3), praefatae Lemovicensis diocesis, a quondam Petro episcopo Penestrino fundatae, commissa erat, rationem recipiat testamentumque ejusdem Petri, avunculi sui, exequatur. (Reg. 115, II, fol. 99 (303), c. 1538 ; — *Jean XXII, Lettres communes*, t. IX, n° 47966).

« *Rogero, episcopo Lemovicensi.* Dudum ad nostri — Datum III nonas januarii, anno quarto decimo ».

(1) Index : *Grassiaco.*
(2) Index : *Casso.*
(3) Index : *Tallyafer.*

4059 3 janvier 1330.

Prioribus Beatae Mariae de Grasciaco et de Benevento et rectori de Asso ecclesiarum, ut episcopo Lemovicensi rationes de administratione bonorum ecclesiae Beatae Mariae de Capella Talhafert reddere studeant. (Reg. 115, II, fol. 99 (303) v°, c. 1539 ; — *Jean XXII, Lettres communes*, t. IX, n° 47967).

« *Dictis prioribus et rectori.* Cum venerabili fratri nostro Rogerio, episcopo Lemovicensi, ut tam a vobis, quibus conservationem et administrationem bonorum ecclesie Beate Marie de Capella Talhafert Lemovicensis diocesis, per bone memorie Petrum, episcopum Penestrinum, fundate, dudum per nostras certi tenoris litteras commisisse meminimus, quam ab aliis quibuscunque qui bona ejusdem episcopi [tam] in vita sua quam post mortem etiam ministrarunt, legitimas audiat et recipiat rationes, et testamentum dicti episcopi nichilominus exequatur, quodque predictis receptis rationibus administrationem dicte ecclesie restituat dilectis filiis ..decano et capitulo ejusdem ecclesie, a quibus, propter dilapidationem et malam administrationem ammota fuerat, facultatem per alias nostras litteras concedamus, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eidem episcopo rationes de perceptis et administratis per vos aut vestrum alterum reddere sibique parere super hiis efficaciter studeatis, ordinaturi tamen una cum eisdem episcopo ac decano et capitulo quod bona prelibate ecclesie conservari eidem ecclesie valeant et de illis fieri quod dictus episcopus Penestrinus fundator ejusdem ecclesie ordinavit. Datum ut supra [III nonas januarii, anno quarto decimo] ».

4060 3 janvier 1330.

Bernardo episcopo Aniciensi, quod pro executione testamenti quondam Raynaldi, episcopi Ostiensis, ab ecclesia sua se possit absentare. (Reg. 115, II, fol. 100 (304), c. 1540).

« *Bernardo, episcopo Aniciensi.* Petitio tua nobis — Datum III nonas januarii, anno quarto decimo ».

4061 Avignon, 3 janvier 1330.

Petro, archiepiscopo Lugdunensi, de aprorum venatione regratiatur. (Reg. 115, II, fol. 113 (317) v°, c. 1625).

« *Petro, archiepiscopo Lugdunensi.* De aprorum venatione — Datum Avinione, III nonas januarii, anno quarto decimo ».

4062 Avignon, 3 janvier 1330.

Johanni, duci Lotharingiae, quod preces ejus pro quodam Cisterciensis et alio Beatae Mariae de Monte Carmeli ordinum, de sacre pagine magisterio, exaudire non potuit. (Reg. 115, II, fol. 113 (317) v°, c. 1626).

« *Johanni, duci Lothoringie.* Quia non decet — Datum ut supra ».

4063 Avignon, 3 janvier 1330.

Abbati Sancti Dionisii in Francia, ut Matheum de Omerville (1), ejusdem monasterii Sancti Dyonisii monachum, bacallarium in theologia, cancellario Parisiensi ad doctoratus licentiam recipiendam sine dilationis obstaculo praesentet. (Reg. 115, II, fol. 113 (317) v°, c. 1627 ; — Denifle et Chatelain, *Chartularium universitatis Parisiensis*, II, p. 337, n° 901).

« *..Abbati Sancti Dionisii in Francia, Parisiensis diocesis.* Admiranter pridem audivimus — Datum ut supra [Avinione, III nonas januari, anno quarto decimo] ».

4064 Avignon, 3 janvier 1330.

Regi Franciae nuntiat se Guillelmum de Bellojoco a dicto rege commendatum ecclesiae Bajocensi in episcopum praefecisse. (Reg. 115, II, fol. 113 (317) v°, c. 1628).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Nuper, vacatione Carcassonensis ecclesie intellecta, nos deducentes in considerationis examen quod venerabilis frater noster Petrus, tunc episcopus Bajocensis, eidem Carcassonensi magis quam Bajocensi ecclesie poterat existere fructuosus, et dilectus filius Guillelmus de Bellojoco nobis a regia magnificentia commendatus in eadem Bajocensi uberiorem quam in Carcassonensi predicta ecclesia afferre fructum valeret, divina sibi gratia suffragante, prefatum episcopum ad eandem Carcassonensem ecclesiam transtulimus et eundem Guillelmum ecclesie Bajocensi prefate,

(1) Index : *Craerville.*

pro quo alias preces regias recepisse meminimus, de fratrum nostrorum consilio prefecimus in episcopum et pastorem, eosdem episcopum et electum ac ipsorum ecclesias regali benivolencie propensius commendantes. Datum Avinione, III nonas januarii, anno quarto decimo ».

4065 Avignon, 3 janvier 1330.

Regi Franciae de abbate Bonifontis respondet eique inquisitiones super ejusdem abbatis criminibus factas mittit. (Reg. 115, II, fol. 114 (318), c. 1631).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Receptis litteris regiis nobis pro expeditione dilecti filii.. abbatis monasterii Bonifontis, ordinis Cisterciensis, Appamiarum diocesis, novissime presentatis et contentis in eis plenius intellectis, inter cetera, non absque admiratione, in eis vidimus contineri, postquam hiis diebus proximis regie respondimus celsitudini super negocio memorato, eidem fuisse suggestum quod abbas ipse, pretextu cujusdam pariagii quod cum predecessoribus regiis fecerat, in nostra Curia vexabatur. Ut autem regia circumspectio aperte intelligat sibi hec falso fuisse suggesta, noverit quod cum anno Domini millesimo CCC XXII in consistorio nostro per quosdam monachos prelibati monasterii fuisset propositum coram nobis quod idem abbas in eodem monasterio tenebat murtrerios, raptores et alios viles et infames homines bona ipsius monasterii consumentes, quodque abbas erat homo incontinens qui multas puellas defloraverat, et alias nonnullas mulieres carnaliter cognoverat tam in camera sua quam in grangiis monasterii supradicti, item quod multas proprietates ejusdem monasterii alienaverat, alienabat et dilapidabat, aliasque alienationes faciebat, quamplures pecunias et cetera bona dicti monasterii mobilia in usus illicitos et inutiles convertendo ; preterea quod in eodem monasterio religio non observabatur debita, nec hospitalitas consueta sicut temporibus aliorum abbatum prefati monasterii predecessorum suorum consueverat fieri fovebatur, aliique (*sic*) varia crimina enormia contra memoratum abbatem ; et ex parte ipsius abbatis viceversa contra nonnullos ex eisdem monachis multa gravia tunc denunciata et proposita extitissent, nos, nolentes sicut nec debebamus crimina hujusmodi urgente consciencia conniventibus oculis pertransire, inquisitionem super predictis tam in capite quam in membris, primo dilecto filio nostro Jacobo, tituli Sancte Prisce presbitero cardinali, tunc episcopo Appamiarum, ordinem Cisterciensem predictum professo II kalendas julii pontificatus nostri anno septimo commisimus faciendam, qui ad monasterium supradictum personaliter se conferens, multis articulis super dilapidationibus variis et diversis criminibus aliis adversus eundem abbatem, et ex parte abbatis ipsius contra nonnullos sepedicti monasterii monachos sibi datis ad inquirendum, primo cum eodem abbate ac monachis antedictis, et, subsequenter, cum aliis nominatis hinc inde processit juxta mandatum apostolicum sibi factum, ita quod contra abbatem eundem quadraginta unum testes audivit inter monachos supradicti monasterii et conversos. Deinde vero, pretextu cujusdam appellationis per dictum abbatem ad Sedem Apostolicam interposite, fuit XI kalendas octobris ejusdem pontificatus anno nono facta commissio alia dicto cardinali, tunc episcopo ut prefertur. Demum, siquidem XII kalendas novembris, ejusdem pontificatus anno undecimo, super complendis inquisitionibus hujusmodi, aliam commissionem dilecto filio ..abbati monasterii Vallissancte, predicti Cisterciensis ordinis, Aptensis diocesis, eodem cardinale vacare dicto negocio ulterius non valente, fecimus, qui easdem inquisitiones complere et ad Curiam remittere, citatis ad eam nichilominus eodem abbate ac denunciatoribus, sicut in mandatis habuerat, procuravit ; que quidem inquisitiones ad videndum, rubricandum et referendum dilecto filio nostro Raimundo tituli Sancti Eusebii presbytero cardinali per nos commisse fuerunt, quibus per eundem cardinalem completis et etiam publicatis non restabat nisi quod sententia proferretur, sed idem abbas dixit se velle obicere in dicta testium et personas. Attendat igitur providencia regia quam falso sibi suggestum fuerit quod idem abbas propter dictum pariagium sit vexatus, cum non solum contra ipsum sed etiam contra omnes monachos predicti monasterii Bonifontis eidem inquiri commiserimus cardinali tunc Appamiarum episcopo, ut prefertur, et consideret nichilominus diligenter cum qua consciencia poteramus conniventibus oculis tot dilapidationes, totque alia crimina enormia pertransire, et profecto reperiet quod amor status prosperi dicti monasterii ad inquirendum tam contra ipsum abbatem quam contra alios nos induxit. Sed ipse, forsan male sibi conscius, per preces regias obtentas subrepticie

intendit ecclesiasticam subterfugere disciplinam. Nos tamen sic te, fili carissime, indubie supponimus justitie zelatorem quod liberationem talis hominis sic notati moleste portares, ubi tantum in dicto negocio est processum. Insuper magno discrimini exponeretur dictum monasterium si predicta inquisitio facta in capite et in membris absque correctione aliqua, si fieri debeat, pertransiret. Ut autem de forma commissionis et articulorum providencia regia noticiam habeat pleniorem, ecce transcriptum eorundem prime commissionis et articulorum contra eundem abbatem propositorum eidem de verbo ad verbum mittimus in cedula presentibus interclusa. Provideat utique, quesumus, excellencia regia ne talibus credat faciliter qui sub ejus umbra satagunt multa sua crimina pertransire. Datum Avinione, III nonas januarii, anno quarto decimo ».

4066 3 janvier 1330.

Raymundo de Chameraco ut residuum subsidii a personis ecclesiasticis provinciae Auxitanae pro repressione haereticorum Italiae oblati colligat et rebelles ad solvendum compellat. (Reg. 115, II, fol. 124 (328), c. 1718).

« *Raymundo de Chameraco, canonico Massiliensi, scriptori nostro, Apostolice Sedis nuncio.* Cum dudum per — Datum III nonas januarii, anno quarto decimo ».

4067 3 janvier 1330.

Eidem super eodem pro provincia Tholosana ac Albiensi Castrensique diocesibus. (Reg. 115, II, fol. 124 (328) v°, c. 1719).

« *Eidem.* Cum dudum per — Datum ut supra ».

4068 3 janvier 1330.

Eidem ut residuum bonorum mobilium quondam Garciae, episcopi Aquensis, reservatorum colligat solventesque quittet. (Reg. 115, II, fol. 124 (328) v°, c. 1720).

« *Eidem.* Dudum bonorum mobilium — Datum ut supra ».

4069 Avignon, 4 janvier 1330.

Johannae, reginae Franciae et Navarrae, quod precibus ejus pro Thoma de Sabaudia, ejusdem reginae consanguineo, annuere non potuit. (Reg. 115, II, fol. 113 (317) v°, c. 1629).

« *Johanne, Francie et Navarre regine illustri.* Quia, priusquam regie sublimitatis littere per quas dilectum filium Thomam de Sabaudia, tuum consanguineum, nobis propensius commendabas, nobis fuerint presentate, de Atrebatensi ecclesia duxeramus in personam alterius ordinandum, si tuis precibus nequivimus in hac parte annuere nos habeat, quesumus, regalis excellencia excusatos, cujus intuitu prefatum Thomam intendimus habere oportunis loco et tempore commendatum. Datum Avinione, II nonas januari, anno quarto decimo ».

4070 4 janvier 1330.

Augmentationem pensionis a G., abbate monasterii Cisterciensis, Cabilonensis diocesis, nonnullisque aliis abbatibus ejusdem ordinis Jacobo, Sanctae Priscae cardinali, in capitulo generali factam confirmat. (Reg. 115, II, fol. 100 (304) v°, c. 1545).

« *Jacobo, tituli Sancte Prisce presbytero cardinali.* Dudum ad personam — Datum II nonas januarii, anno quarto decimo ».

4071 Avignon, 5 janvier 1330.

Episcopo Constantiensi, ut Johannem Rollandi, dictum de Vallibus, qui plurima commiserat crimina, juxta sententiam a viceauditore (1) causarum Camerae Apostolicae latam puniat. (Reg. 115, II, fol. 113 (317) v°, c. 1630).

« *Episcopo Constantiensi.* Fidedigna relatione nuper percepimus quod Johannes Rollandi, alias dictus de Vallibus, clericus tue Constantiensis diocesis, qui dudum propter homicidium per eum in personam quondam Roberti de Bruntoit, procuratoris in curia Romana, commissum extitit per dilectum filium ..vice auditorem causarum Camere nostre perpetuo carceri, exigente justicia, sententialiter deputatus, quique postmodum fracto carcere hujusmodi violenter fugiens alia quamplurima

(1) Index. : *auditore.*

detestanda et enormia committere, sicut asseritur, non expavit, ad manus tuas hiis diebus proximis deveniens, fuit per te, qui zelator justitie existere dinosceris, carceri, ubi eum facis custodiri, solerti adhibita diligencia mancipatus. Tuam itaque diligentiam nobis gratam utique super hiis et acceptam plurimum in Domino commendantes, fraternitatem tuam attencius exhortamur quatinus sic exhibere complementum justitie studeas in hac parte quod idem commissa defleat et similia ulterius non committat, tuaque debeat circumspectio propter hoc merito commendari; et ut de sententia lata per eundem vice auditorem dicte Camere contra eum noticiam habeas pleniorem, ecce quod idem vice auditor eam manu conscriptam publica et sue curie communitam sigillo cum presentibus tibi (1) mittit. Datum Avinione, nonis januarii, anno quarto decimo ».

4072 6 janvier 1330.

Johanni Bichiraudi de Chiriaco tabellionatus officium ad quod a Gasberto, archiepiscopo Arelatensi, camerario apostolico, idoneus repertus fuit, concedit. (Reg. 115, II, fol. 93 (297) v°, c. 1512).

« *Johanni Bichiraudi* (2) *de Chiriaco, clerico Mimatensis diocesis, non conjugato nec in sacris ordinibus constituto.* Ne contractuum memoria — que talis est » (3).

4073 6 janvier 1330.

Gasberto de Septemfontibus, clerico Caturcensi, tabellionatus officium concedit. (Reg. 115, II, fol. 93 (297) v°, p. c. 1512).

« In e.m. Gasberto de Septemfontibus, clerico Caturcensi, non conjugato. Datum VIII idus januarii, anno quarto decimo ».

4074 9 janvier 1330.

Episcopo Ambianensi et inquisitori in regno Franciae mandat ut de facto Francisci de Tuderto, clerici, errores in eodem regno dogmatizantis, veritatem inquirant et exequi studeant quod in hac parte dictaverit justitia. (Reg. 115, II, fol. 100 (304) v°, c. 1544).

« ..*episcopo Ambianensi et.. inquisitori heretice pravitatis in regno Francie auctoritate apostolica deputato.* Pridem ad audientiam nostri apostolatus pervenit quod Franciscus de Tuderto, clericus, ad partes regni Francie, ubi inter cetera regna mundi clarere religo christiana noscitur, dudum se conferens, ibidem nonnullos errores et hereses pessimos presertim contra illos articulos in symbolo apostolorum contentos, videlicet « unam sanctam Ecclesiam catholicam » et « carnis resurrectionem », necnon contra venerandum et vivificum sacramentum altaris, in locis diversis et pluribus, nonnullis personis presentibus, predicare ac dogmatizare in divine magestatis contumeliam et offensam ac fidei et fidelium opprobrium et jacturam non sine magna temeritate presumpsit. Cum autem idem Franciscus propter hoc et alia nephanda per ipsum adversus fidem orthodoxam commissa vestris detineatur carceribus mancipatus, nos volentes super hiis justiciam exhiberi discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus tu, frater episcope, apostolica auctoritate, et tu, fili inquisitor, ex officio inquisitioniis tibi eandem auctoritate commisso, super predictis et ea quomodolibet tangentibus ac aliis erroribus et heresibus, quibus eundem F. irretitum fore repereritis vel repersum, summarie, simpliciter et de plano, ac sine strepitu et figura judicii, juxta xanctiones canonicas et privilegia officio supradicto concessa, tam cum ipso quam contra ipsum veritatem, viis et modis quibus expedire videritis, inquirentes, exequi quod justicia in hac parte dictaverit studeatis, nobis quicquid super predictis feceritis fideliter rescripturi. Datum V idus januarii, anno quarto decimo ».

4075 Avignon, 9 janvier 1330.

Philippo regi Franciae negotia magistri Raymundi Ricardi de Gordonio, jurisperiti, Caturcensis diocesis, in curia regia agenda iterum commendat. (Reg. 115, II, fol. 114 (318) v°, c. 1632).

« *Philippo, regi Francie illustri.* More solite (*sic*) fili — Datum Avinione, V idus januarii, anno quarto decimo ».

(1) Reg. : *sibi.*
(2) Index : *Birchiraudi.*
(3) La date est donnée par l'acte suivant, n° 4073.

4076 17 janvier 1330.

Guillelmo de Sancto Victore indulget ut homagium vel juramentum quod archiepiscopo Turonensi ratione thesaurariae Turonensis ecclesiae praestare tenetur, per procuratorem suum praestare valeat. (Reg. 115, II, fol. 100 (304), c. 1543).

« *Magistro Guillelmo de Sancto Victore, thesaurario ecclesie Turonensis.* Digne agere credimus cum illos specialis prerogativa favoris prosequimur qui nobis et Apostolice Sedi per continue sedulitatis obsequia exhibent jugiter se devotos. Sane oblate nobis tue petitionis series continebat quod venerabilis frater noster archiepiscopus Turonensis, asserens quod ratione thesaurarie Turonensis ecclesie, quam nuper auctoritate litterarum nostrarum assecutus fuisti, sibi fidem et homagium personaliter prestare teneris, a procuratore tuo super hoc speciale mandatum habente fidem et homagium hujusmodi recusans recipere, ad fructus, redditus et proventus thesaurarie hujusmodi percipiendos et sibi retinendos comminatur extendere manus suas. Quare nobis humiliter supplicasti ut providere tibi super hoc de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur, attendentes quod tue solicitudinis obsequia nobis et eidem Sedi existunt in Romana curia continue fructuosa, et propterea te nolentes ab eadem presencialiter dicessurum (*sic*), auctoritate tibi presentium indulgemus ut fidem et homagium supradicta et cujuslibet alterius generis juramentum ad que prefato archiepiscopo ratione dicte thesaurarie prestanda de privilegio, consuetudine vel statuto teneris, per procuratorem tuum ad hoc specialiter ordinandum, hac vice, prestare memorato archiepiscopo vel ejus vicario valeas, nec ad illa prestanda seu facienda personaliter tenearis, nec ad id coartari possis, nisi demum cum ad predictam ecclesiam accedere vel interesse personaliter in loco ubi presens esset dictus archiepiscopus te continget, vel nisi archiepiscopus ipse receptionem fidei et homagii hujusmodi vellet apud Sedem eandem alicui vel aliquibus committere, quo casu coram illo vel illis ea te volumus personaliter prestiturum, non obstantibus quibuscunque... Nulli ergo etc.. Datum XVI kalendas februarii, anno quarto decimo ».

4077 Avignon, 17 janvier 1330.

Archiepiscopo Turonensi ut homagium a praefato Guillelmo de Sancto Victore, thesaurario ecclesiae Turonensis, capellano apostolico, praestandum ab ejus procuratore recipiat, nec eum in perceptione fructuum praedictae thesaurariae molestet. (Reg. 115, II, fol. 114 (318) v°, c. 1633).

« ..*archiepiscopo Turonensi.* Cum nos dilecto — Datum Avinione, XVI kalendas februari, anno quarto decimo ».

4078 Avignon, 17 janvier 1330.

Episcopo Argentinensi ut civibus suae diocesis pericula et poenas varias quas Ludovico olim duci Bavariae adhaerendo incurrerent exponens, eos ad praefata evitanda inducat. (Reg. 115, fol. 161 (365) v°, c. 1915 ; — Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 437, n° 1249).

« ..*episcopo Argentinensi.* Quia sicut noviter — Datum Avinione, XVI kalendas februarii, anno quarto decimo ».

4079 Avignon, 17 janvier 1330.

Episcopo Argentinensi, de eodem. (Reg. 115, fol. 163 (367), c. 1921 ; — Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 437, n° 1249, n. 1).

« *Episcopo Argentinensi.* Quia, sicut intelleximus, Ludovicus olim Bavarie dux et discorditer in regem Romanorum electus suisque demeritis exigentibus utroque scilicet jure, si quod ex electione discordi hujusmodi ad regnum Romanum vel Imperium forsitan competebat, necnon ducatu predicto et omnibus privilegiis apostolicis et imperialibus ac bonis, feudis et juribus que a Romana vel quibusvis ecclesiis seu imperio obtinebat justo privatus judicio, et de fautoria hereticorum et heresi ac scismate sententialiter et publice condempnatus, aliis penis spiritualibus et temporalibus variis per diversos processus, sententias et constitutiones inflictis nichilominus exigente justicia contra eum, ad partes Alamannie se conferre seu illuc suos destinare officiales, vicarios et ministros disponit, ut in suis erroribus et heresibus fideles partium earumdem inficere et earum exaurire et devorare substantias valeat, sicut bona et substantias illorum qui sibi obediverunt in partibus Italie devoravit, ipsos ad tante paupertatis inopiam deducendo quod vix etiam per longi tractum temporis adicere (*sic*)

poterunt ut resurgant, propter quod eorum nonnulli ipsius Ludovici jugo tyrannice servitutis excusso ad devotionem redierunt Ecclesie et redire quamplures alii se disponunt, nos cupientes quod dilecti filii.. cives Argentinenses aliique fideles tuarum civitatis et diocesis animarum suarum periculis et rerum dispendiis precavere studeant in hac parte, prefatis civibus litteras nostras super hiis sicut in eis intueri plenius poteris dirigimus oportunas. Quocirca fraternitatem tuam rogamus et in Domino attencius exhortamur quatinus tam eisdem civibus quam aliis earumdem partium fidelibus, de quibus tue circumspectioni videbitur, pericula hujusmodi necnon penas varias quibus sidicto Ludovico heretico et scismatico suisque sequacibus et complicibus faverent et adhererent seu receptarent eosdem se dampnabiliter involverent exponere non ommittens, ipsos ad eadem devitanda pericula juxta datam tibi a Deo prudentiam inducere studeas diligenter, ita quod preter premii retributionem eterni nostram et apostolice Sedis gratiam uberius merearis. Datum Avinione, XVI kalendas februarii, anno quarto decimo ».

4080 19 janvier 1330.

Eidem episcopo et Walrano, electo Spirensi, ut Hermanum dictum Humel de Lechtemberg, Henricum de Grunnachen et Rodgerum de Amberg, praepositum ecclesiae Sanctae Katherinae in Openheym, Argentinensis diocesis, fautores praedicti Ludovici olim Bavariae ducis, excommunicatos ac eorum beneficiorum privatos denuncient. (Reg. 115, II, fol. 151 (355), c. 1869).

« ..*episcopo Argentino et Walrano, electo Spirensi.* Dudum adversus Ludovicum — Datum XIIII kalendas februarii, anno quarto decimo ».

4081 Avignon, 21 janvier 1330.

Eidem episcopo ut castra et bona Henrici, electi Spirensis, quae indebite detinet, eidem electo restituat. (Reg. 115, II, fol. 164 (368), c. 1927).

« ..*episcopo Argentinensi.* Conquerente dilecto filio — Datum Avinione, XII kalendas februarii, anno quarto decimo ».

4082 Avignon, 21 janvier 1330.

Comiti Armaniaci ut capsam preciosam per Bertrandum de Guto factam supra tumulum Clementis papae V[i] reponere faciat. (Reg. 115, II, fol. 125 (329) v°, c. 1728 *bis*).

« *Johanni, comiti Armaniaci.* Fidedigne relationis assercione nuper accepimus quod quondam Bertrandus de Guto, vicecomes Lomanie, quandam capsam argento et auro lapidibusque preciosis ornatam precio quinquaginta milium florenorum auri et ultra fecit dum viveret super tumulum felicis recordationis Clementis pape V, predecessoris nostri, patrui ejus, in ecclesia Beate Marie de Usesta Vasatensis diocesis, ubi corpus predecessoris ejusdem existit reconditum, reponendam, ac ipsam, quam morte preventus nequivit supra dictum tumulum reponi facere, in castro suo de Vinhandiano Burdegalensis diocesis sic fabricatam dimisit tempore mortis sue, quodque postmodum, eodem vicecomite sicut Domino placuit vita functo, tu, fili, ad quem bona ipsius devenerunt, prudenter attendens quod propter guerrarum fremitus que tunc in eisdem partibus ingruebant eadem capsa irrecuperabiliter perdi posset, eam fecisti ad castrum tuum de Lavardenxiis Auxitane diocesis, ibidem tucius donec guerris hujusmodi cessantibus valeret commode supra dictum collocari tumulum custodiendo, transferri. Super quibus tue sinceritatis in hac parte providentiam multipliciter in Domino commendantes, nobilitatem tuam rogamus attencius et hortamur eidem sano nichilominus consilio suadentes quatinus, perducens hujusmodi tue laudabilis intencionis propositum in effectum, nunc sedatis guerrarum ipsarum commotionibus, dictam capsam memorate ecclesie de Usesta cessante cunctatione qualibet super dictum reponendam tumulum facias assignari prudenter et diligenter, advertens quod, si serpentino quorumcumque seductus consilio te in hac parte ledi permitteres avaricie cecitate, quod absit, erga defunctos a quibus tot percepisse bona dinosceris notari posses ingratitudinis vicio, ac Deum et Sedem Apostolicam graviter offenderes tuisque non parum saluti detraheres et honori ; quare precibus et exhortationibus adicimus ut talium consiliis nullatenus acquiescas, rescripturus nobis nichilominus intentionem tuam et quicquid egeris in hac parte. Datum Avinione, XII kalendas februarii, anno quarto decimo ».

4083 Avignon, 21 janvier 1330.

Rogerio, episcopo Vaurensi, ut Johannem comitem Armaniaci ad eandem capsam reponendum inducat. (Reg. 115, II, fol. 126 (330), c. 1729).

« *Rogerio, episcopo Vaurensi.* Fidedigne etc. — Datum ut supra [Avinione, XII kalendas februarii, anno quarto decimo] ».

4084 Avignon, 21 janvier 1330.

Hugoni, comiti de Bockeg, et Ulrico, poenitentiario apostolico, ut episcopum et cives Argentinenses ad repellendas Ludovici de Bavaria ejusque complicum suggestiones inducant. (Reg. 115, II, fol. 164 (368), c. 1928).

« *Hugoni, comiti de Bockeg, et Ulrico de ordine Heremitarum sancti Augustini, penitenciario nostro.* Vestris receptis litteris — Datum Avinione, XII kalendas februarii, anno quarto decimo ».

4085 21 janvier 1330.

Hugoni de Mirabello facultatem conveniendi cum detemptoribus fructuum beneficiorum in Terraconensi et Caesaraugustana provinciis ac Majoricensi et Elnensi diocesibus reservatorum concedit. (Reg. 115, II, fol. 175 (379), c. 1980).

« *Hugoni de Mirabello, preposito ecclesie Mimatensis, capellano nostro, Apostolice Sedis nuncio.* Tua nuper insinuatione — Datum XII kalendas februarii, anno quarto decimo ».

4086 21 janvier 1330.

Eidem subdelegandi alios in collectione praedictorum fructuum facultatem concedit. (Reg. 115, II, fol. 175 (379), c. 1981).

« *Eidem.* Cum sicut nobis — Datum ut supra ».

4087 Avignon, 22 janvier 1330.

Johanni de Aquablanca suadet ut gentem armigeram de partibus Pedemontis nullatenus revocet, diligentiamque ejus in facto castri Monachi adhibitam commendat. (Reg. 115, II, fol. 212 (416) v°, c. 2128).

« *Johanni de Aquablanca, senescallo Provincie.* Nobiilitatis tue litteras pridem recepimus et contenta in eis intelleximus diligenter. Sane quia tenemus indubie quod, si carissimus in Christo filius noster Robertus, rex Sicilie illustris, de statu et conditione presenti partium Pedemontis esset plenarie informatus, non mandasset revocari gentem armigeram que ipsius nomine existit in partibus supradictis, credimus expedire et tibi sano consilio suademus ut, consideratis periculis que imminerent ex hoc, gentem eandem ab eisdem partibus nullatenus revoces de presenti, quamvis ab eodem rege aliud habueris in mandatis. Ceterum diligenciam per te adhibitam super facto castri Monachi et gesta inibi plurimum commendantes, quod super eis et hiis que facienda remanent prefatum regem quamtocius certificare plenarie studeas expediens plurimum reputamus. Datum Avinione, XI kalendas februarii, anno quarto decimo ».

4088 3 février 1330.

Hugoni de Colubreriis testandi facultatem concedit. (Reg. 115, II, fol. 207 (411), c. 2093).

« *Hugoni de Colubreriis, preposito Aquensi.* Quoniam humane fragilitatis — Datum III nonas februarii, anno quarto decimo ».

4089 4 février 1330.

Universis personis ecclesiasticis et laycis, ut Alberto, domino de Cassanatico, Gratianopolitanae diocesis, ad Curiam in proximo venturo, usque ad duos menses de securo conductu provideant. (Reg. 115, II, fol. 91 (295), c. 1489).

« *Venerabilibus fratribus patriarchis etc. ut supra*(1). Cum dilecti filii — Datum ut supra [II nonas februarii, anno quarto decimo] ».

4090 4 février 1330.

Imberto Dalphini, pro eodem Alberto. (Reg. 115, II, fol. 91 (295), c. 1490).

« *Nobili viro Imberto Dalfini, domino de Fucinhiaco.* Cum dilecti filii — Datum ut supra ».

(1) Cf. n° 3853, pour l'adresse complète.

4091 4 février 1330.

Hugoni, episcopo Tricastrino, ut ab Ademaro de Pictavia, Hugone Ademari eorumque filiis ac Amedeo de Pictavia juramentum recipiat quod praedictum Albertum ad Curiam venientem non offendent, publicumque instrumentum super hoc factum mandet. (Reg. 115, II, fol. 91 (295), c. 1491).

« *Hugoni, episcopo Tricastrino.* Cum dilectus filius — Datum ut supra ».

4092 Avignon, 6 février 1330.

Henricum de Chamayo, inquisitorem, de duorum Italicorum captione laudat eumque hortatur ut contra eos juxta justitiam agat. (Reg. 115, II, fol. 114 (318) v°, c. 1634).

« *Henrico de Chamayo, ordinis fratrum Predicatorum, inquisitori heretice pravitatis in partibus Carcassonensibus auctoritate apostolica deputato.* Diligenter intelleximus que — Datum Avinione, VIII idus februarii, anno quarto decimo ».

4093 Avignon, 6 février 1330.

Regi Franciae ut jura episcopi et ecclesiae Montisalbani observari faciat dictumque episcopum commendatum habere velit. (Reg. 115, II, fol. 116 (320) v°, c. 1657).

« *Eidem regi* [*Francie*]. Venerabili fratre nostro Guillelmo episcopo Montisalbani pridem percepimus exponente quod, licet in arresto contra consules Montisalbani dudum per regiam curiam promulgato jura et deveria eidem episcopo et ecclesie sue debita fuerant specialiter reservata, tamen procurator regius post informationes de jure regio olim factas, quamvis etiam idem episcopus per instrumenta publica et sufficientes litteras sit de jure prelibate ecclesie docere paratus, ipsum per litigiosos amfractus ac dilationes et diffugia nititur ulterius molestare. Sane, fili, quia tenemus indubie et ita novimus ab experto te catholicum principem desiderare plurimum quod jura ecclesiis et personis ecclesiasticis et illesa serventur, et ipse foveantur in eis, et quod super ipsis non turbentur indebite seu gravamina eis aliqua inferantur, regalem excellenciam rogamus et in Domino attencius exhortamur quatinus episcopum et ecclesiam predictos in predictis et aliis suis juribus pro divina et Apostolice Sedis reverentia habens favorabiliter commendatos, documenta que ipse episcopus pro jure suo et dicte ecclesie exhibere paratum se asserit, velit divina (*sic*) (1) clemencia benigne recipere, et ipsum simpliciter et de plano, ne propter amfractus litium prefatos cogatur exemplis gravari multimodis, facere secundum justitiam expediri. Datum Avinione, VIII idus februarii, anno quarto decimo ».

4094 Avignon, 6 février 1330.

Andreae electo Atrebatensi Guillelmum episcopum Montisalbani, qui in curia regia quaedam pro sua ecclesia expedire habet, commendat. (Reg. 115, II, fol. 117 (321), c. 1658).

« *Andree, electo Atrebatensi.* Cum venerabilis frater — Datum ut supra [Avinione, VIII idus februarii, anno quarto decimo ».

In e. m. Guillelmo de Sancta Mora, decano ecclesie Turonensis, Philippi regis Francie cancellario.

In e. m. Miloni domino de Noeriis, ejusdem regis consiliario.

4095 10 février 1330.

Venetensi et Redonensi episcopis, ut in causa matrimoniali inter Guidonem de Britannia, Penthevriae dominum, Briocensis diocesis, et Johannam de Belleville, Nannetensis diocesis, faciant justitiae complementum. (Reg. 115, II, fol. 101 (305), c. 1547 ; — Mollat, *Etudes et documents sur l'histoire de Bretagne*, Paris, 1907, p. 49-50).

«..*Venetensi et..Redonensi episcopis.* Oblata nobis dilecti filii nobilis viri Guidonis de Britannia, Penthevrie domini, Briocensis diocesis, petitio continebat quod, licet ipse et dilecta in Christo filia nobilis mulier Johanna de Belleville, Natnetensis diocesis, consanguinitatis seu affinitatis gradu invicem se contingant, qui matrimonium inter eos contrahendum impedit et dirimere jam contractum [possit], ipseque Guido nunquam matrimonium contraxerit cum eadem, tamen ipsa, falso asserens prefatum Guidonem secum per verba de presenti matrimonium contraxisse, ipsum super hoc diffa-

(1) corr. *regia*.

mare et quominus alii mulieri possit matrimonialiter copulari nititur impedire. Cumque idem Guido, dubitans propterea imposterum sibi prejudicium generari, cupiat ab infamia hujusmodi liberari, nobis humiliter supplicavit ut aliquibus discretis [viris] in illis partibus per nostras daremus litteras in mandatis quod, si dicta Johanna infra certum sibi prefixum peremptorium terminum competentem matrimonium hujusmodi inter eos legittime contractum fuisse non possit legittime probavisse, sibi perpetuum silentium imponerent super diffamatione et assertione predictis, eidemque Guidoni darent licentiam cum alia libere contrahendi; quodque, etiam hujusmodi matrimonio per eandem mulierem probato, idem Guido admitteretur ad probandum consanguinitatis vel affinitatis, etiam ex illegittima provenientis copula, gradum predictum; quo per eum probato, fuisse et esse nullum nec potuisse seu posse contrahendo matrimonio per ipsum Guidonem cum muliere alia prestare impedimentum aliquod nuntiarent, data dicto Guidoni insuper obtione quod, si ipse in gradu predicto prohibito invicem attingere vellet et posset probare, eo ad hoc etiam antequam dicta Johanna admittatur ad probandum matrimonium predictum admisso, matrimonium inter eos non posse contrahi; et si de facto contractum existeret, illud nullum, ut premittitur, nunciarent sibique licentiam concederent prelibatam. Nos igitur nolentes in libertate que in contrahendis matrimoniis esse debet eundem Guidonem indebite impediri, fraternitati vestre per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus vos vel alter vestrum, vocatis eisdem partibus eisque simul vel successive ad probandum premissa, prout videritis expedire, admissis, faciatis ipsis summarie et de plano ac sine strepitu et figura judicii super predictis justitie complementum. Contradictores etc... Non obstante tam de duobus dietis... mentionem. Datum IIII idus februarii, anno quarto decimo ».

4096 Avignon, 13 février 1330.

Rogerio episcopo Lemovicensi ut bona quondam Petri, episcopi Carcassonensis, in quadam archa in ecclesia sua Lemovicensi recondita, pro Camera apostolica recipiat et conservet. (Reg. 115, II, fol. 114 (318) v°, c. 1635).

« *Rogerio, episcopo Lemovicensi.* Fidedigna relatione percepimus — Datum Avinione, idibus februarii, anno quarto decimo ».

4097 18 février 1330.

Archiepiscopo Ebredunensi et magistro Hospitalis, ut treugas dudum inter Guillelmum episcopum Valentinensem et Diensem ac Ademarum de Pictavia indictas approbare et innovare studeant, interdicti et excommunicationis sententiis contra infringentes promulgatis. (Reg. 115, II, fol. 206 (410), c. 2089).

« *..archiepiscopo Ebredunensi et.. magistro Hospitalis.* Licet dudum venerabilis — Datum XII kalendas marcii, anno quarto decimo ».

4098 18 février 1330.

Eosdem, quod praefatos episcopum et nobilem ad pacem inducentes, de praedictis tractare partesque principales et alias personas quas viderint expedire citare possint. (Reg. 115, II, fol. 206 (410) v°, c. 2090).

« *Eisdem.. archiepiscopo et.. magistro.* Licet dudum etc.. Datum ut supra ».

4099 Avignon, 19 février 1330.

Faydito Guirandonis, ne abbatem monasterii Silvaemajoris, ordinis sancti Benedicti, Burdegalensis diocesis, occasione fructuum quorumdam beneficiorum mensae suae, a Clemente V, ut asserit, unitorum, molestet. (Reg. 115, II, fol. 114 (318) v°, c. 1636).

« *Faydito Guirandonis* (1), *canonico Pictavensi, Apostolice Sedis nuncio.* Litteras tuas per — Datum Avinione, XI kalendas marcii, anno quarto decimo ».

4100 19 février 1330.

Johanni de Badas, inquisitori, ut de Gantalmo Gantalmi, notario, et Berengaria, ejus uxore, Arelatensis diocesis, qui nefandum crimen contra Guillelmum de Baucio, dominum de Berra, commiserunt, veritatem inquirat eosque puniat. (Reg. 115, II, fol. 206 (410) v°, c. 2091).

« *Johanni de Badas, ordinis fratrum Minorum,*

(1) Index : *Guirardonis.*

inquisitori heretice pravitatis in partibus Massiliensibus auctoritate apostolica deputato. Fidedigna relatione percepimus quod Gantalmus (1) Gantalmi, notarius, et Berengaria ejus uxor, Arelatensis diocesis, instigatione diabolica circumventi, tanquam proprie salutis immemores, contra dilectum filium nobilem virum Guillelmum de Baucio dominum de Berra, prefate diocesis, quoddam nefandum facinoris crimen committere presumpserunt in atrocem Creatoris nostri offensam et scandalum plurimorum. Nos igitur cupientes quod delinquencium sic puniatur temeritas quod nec pena desit eisdem et ipsius metu a committendo similia alii arceantur, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus super crimen hujusmodi, an videlicet ejus punitio et correctio ad te ratione tui officii pertinere noscatur, cum peritis te studeas quamtocius informare, et si ita esse compereris, contra eosdem Gantelmum et Berengariam ad inquisitionem, punitionem et correctionem super crimine prefato procedas juxta canonicas sanctiones et privilegia eidem officio ab Apostolica Sede concessa, quominus de ipsis per dictum nobilem, si alias ad eum pertineat, possit justicia fieri ipsum non impedias quomodolibet nec molestes. Datum XI kalendas marcii, anno quarto decimo ».

4101 Avignon, 20 février 1330.

Litteris Eduardi comitis Barensis a Johanne de Deicustodia, canonico Virdunensi, praesentatis respondens, nuntiat ei se detrectatoribus non credere eumque hortatur ut in devotione perseveret. (Reg. 115, II, fol. 115 (319), c. 1637; — Sauerland, *Quellen zur lothringischen Geschichte*, p. 282, n. 605).

« *Eduardo, comiti Barensi.* Illam, dilecte fili — Datum Avinione, X kalendas marcii, anno quarto decimo ».

4102 22 février 1330.

Hugoni de Mirabello et Jacobo Folquerii, ut de mala administratione caeterisque excessibus praepositi et capituli ecclesiae Avinionensis veritatem inquirant eosque puniant. (Reg. 115, II, fol. 207 (411), c. 2092).

« *Hugoni de Mirabello, archidiacono Cantuariensi, et Jacobo Folquerii, canonico Aniciensi.* Displicibili nuper admodum — Datum VIII kalendas marcii, anno quarto decimo.

(1) Index : *Catalmus.*

4103 22 février 1330.

Carolo de Madebertis, causarum criminalium generali auditori, mandat ut in causa appellationis nonnullorum civium Avinionensium procedat. (Reg. 115, II, fol. 207 (411), c. 2094).

« *Carolo de Madebertis de Cremona, juris civilis professori, causarum criminalium que per appellationes de terris Ecclesie Romane ad Sedem Apostolicam deferuntur generali auditori auctoritate apostolica deputato.* Pridem tua insiunatione percepto quod, te procedente in quadam causa appellationis quam nonnulli cives Avinionenses a curia Venaissini terre utique Romane [Ecclesie] peculiaris ubi criminaliter tracti fuisse dicebantur in causam, ad Sedem Apostolicam ut asserebatur emissa (1), coram te fuerat per modum exceptionis objectum quod de causa ipsa, ex eo quod dicti cives non erant de terris Ecclesie, te intromittere non valebas, nos nolentes propter hoc justiciam impediri, tibi meminimus per alias nostras litteras mandavisse quod, exceptione hujusmodi non obstante, in causa predicta procedere justicia exigente curares. Sane, cum adhuc ad impediendum processum tuum super premissis habendum obiciatur, sicut asseris, quod in causa predicta pro eo non debes nec potes procedere quia non (2) a curia Venaissini sed a curia castri del Toro infra comitatum Venaissini consistente predictum appellatio predicta fuerit interjecta, nos processum tuum alias tamen rite in hac parte habendum nolentes propter hoc impediri, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, oppositione seu exceptione non obstante hujusmodi, juxta predictarum litterarum continenciam in eadem causa, previa ratione, procedere non omittas. Datum VIII kalendas marcii, anno quarto decimo ».

4104 23 février 1330.

Archiepiscopo Ebredunensi et magistro Hospitalis, de pace tractanda cum Ademaro de Pictavia et episcopo Valentinensi. (Reg. 115, II, fol. 207 (411) v°, c. 2095).

(1) *Sic.* Le texte semble corrompu.
(2) Reg : *quia appellatio non.*

« ..*archiepiscopo Ebredunensi et.. magistro Hospitalis, Apostolice Sedis nunciis.* Benigne receptis vestris litteris et que in eis ac quodam scripto in ipsis intercluso continebantur plenius intellectis, prudentie vestre breviter super hiis respondemus quod nec decens nec expediens arbitramur ut vos ad terram illorum qui, ut nostis, rebelles et inobedientes extiterunt Romane Ecclesie conferatis, sed eligatis locum communem aliquem, de quo vobis videbitur, ad quem venerabili fratre nostro Guillelmo, episcopo Valentino et Diensi, qui nuper de curia Romana recessit (1) ad eas partes, ut credimus, dirigens gressus suos, ac dilecto filio nobili viro Ademaro de Pictavia necnon nobili viro Alberto de Cassanatico et aliis de quibus expedire cognoveritis, convocatis, ad ea que in directis nunc et alias vobis litteris nostris super hiis continentur, juxta datam a Deo vobis prudenciam, procedatis. Et si forsan ad ea que reformationem pacis contingunt non possetis pertingere, vobisque videretur expediencius quod partes principales et alii, quorum interest, ad nostram presenciam vocarentur, volumus quod approbatione seu innovatione aut indictione treugarum facta de novo juxta tenorem litterarum predictarum, ipsos citare ad nostram presenciam, singulares personas tam principales quam alias videlicet ut personaliter, capitula vero, collegia, conventus, communitates et universitates de quibus expedire videritis per procuratorem seu sindicum ydoneum, sub penis in prefatis contentis litteris procuretis, nos certificaturi de omnibus que quomodolibet gesseritis in hac parte. Datum VII kalendas marcii, anno quarto decimo ».

4105 23 février 1330.

Eisdem Ebredunensi archiepiscopo et magistro Hospitalis de dicta pace inter Valentinensem episcopum et Ademarum de Pictavia reformanda. (Reg. 115, II, fol. 207 (411) v°, c. 2096).

« *Eisdem.* Pridem infausti rumoris assertione percepto quod venerabilis frater noster Guillelmus, episcopus Valentinensis et Diensis, ac dilectus filius nobilis vir Ademarus de Pictavia, treugas olim inter ipsos sub certis penis, juramentis, modis, formis et conditionibus initas seu indictas invicem non servantes, tam per se quam subditos, valitores, adjutores et fautores suos contra eas nonnulla hinc inde temere attemptarant, quodque ad congressus hostiles non absque rerum et personarum animarumque magis formidandis periculis mutuo se parabant, nos, periculis hujusmodi paterna solicitudine occurrere cupientes, vos quos pacis zelatores esse supponimus indubie fervidos ad eas partes providimus destinandos, approbandi seu innovandi vel de novo indicendi treugas hujusmodi necnon predictos episcopum et nobilem et alios quorum interest ad treugarum ipsarum observationem inviolabilem ac pacem et concordiam inducendi aliaque faciendi, gerendi et exercendi que circa premissa forent oportuna quomodolibet vobis per alias litteras nostras potestate concessa, sicut in eisdem litteris plenius continetur. Volentes itaque vos ad eas, ut obvietur salubriter periculis et scandalis ex predictis commotionibus et congressibus formidandis, solerter et fideliter processuros, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus ad aliquem locum, quem ad hoc aptum et communem partibus predictis reputabitis, vos personaliter conferentes, vocatis eisdem partibus necnon nobili viro Alberto de Cassanatico, Gratianopolitane diocesis, aliisque personis singularibus, necnon capitulis, collegiis, conventibus, communitatibus et universitatibus de quibus expedire videritis coram vobis, ad predicta que per dictas litteras nostras vobis commisimus, sicut commodius poteritis, procedatis. Et si forsan ad ea que pacis sunt attingere non possetis, ut illa melius et utilius expediri valeant ac ad pacem ipsam et concordiam, quam intensis optamus desideriis, plenius possit actore Domino perveniri, tam principales partes predictas quam eundem Albertum aliasque singulares personas necnon capitula, collegia, conventus, communitates et universitates, quorum noveritis interesse, citandi peremptorie, ut partes predicte et alie singulares persone ecclesiastice et seculares, cujuscumque conditionis, ordinis aut status existant, personaliter, capitula vero, collegia, conventus, communitates et universitates per procuratores seu syndicos ydoneos infra certum competentem terminum per vos prefigendum eisdem, sub excommunicationis in personas singulares predictas, ac suspensionis et interdicti in capitula, collegia, conventus, communitates et universitates, aliisque penis et sententiis spiritualibus et temporalibus de quibus vobis videbitur, a te, frater archiepiscope, tam presentium quam aliarum litterarum

(1) Reg : *recepit.*

nostrarum auctoritate promulgandis seu infligendis in eos qui citationi hujusmodi effectualiter non parerent, compareant coram nobis super predictis et ea tangentibus responsuri, audituri, facturi et recepturi, prout ad quemlibet ipsorum pertinuerit, quod fuerit rationis, plenam vobis concedimus auctoritate presentium facultatem. Datum ut supra ».

4106 25 février 1330.

Archibaudo, abbati Sancti Asterii Petragoricensis, indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 115, II, fol. 83 (287), c. 1448).

« *Archibaudo* (1), *abbati secularis ecclesie Sancti Asterii Petragoricensis, capellano nostro.* Provenit ex tue — Datum V kalendas marcii, anno quarto decimo ».

4107 Avignon, 28 février 1330.

Episcopum et officialem Parisiensem de diligentia contra Conradum haereticum commendat eosque hortatur ut eumdem puniant. (Reg. 115, II, fol. 115 (319). c. 1638).

« ..*episcopo et.. officiali Parisiensibus.* Litteras vestras novissime — Datum Avinione, II kalendas marcii, anno quarto decimo ».

4108 Avignon, 1er mars 1330.

Aymoni, comiti Sabaudiae, quamdam dispensationem matrimonialem negat. (Reg. 115, II, fol. 212 (416) vo, c. 2129).

« *Aymoni, comiti Sabaudie.* Nobilitatis tue litteras solita benignitate recepimus per quas a nobis ut tu, fili, ac dilecti filii nobiles viri Amadeus, comes Gebennensis, ac Johannes et dilecta in Christo filia Caterina, nati dilecti filii nobilis viri Ludovici de Sabaudia, domini Waudi, nepotes tui cum contingentibus te vel eos tertio vel quarto consanguinitatis gradu matrimonium valeatis contrahere licite, dispensationis apostolice gratiam suppliciter implorasti. Verum quia moris nostri non est inter personas incertas super hujusmodi matrimoniis sic generaliter dispensare, in hac parte nos habeat dicta tua nobilitas excusatos. Denique si personas contrahentes expresseris que hujusmodi gratia dispensationis indigeant, inter illas curabimus, prout secundum Deum nobis licuerit, tuo intuitu dispensare. Datum Avinione, kalendis marcii, anno quarto decimo ».

(1) Index : *Alcimbaudo.*

4109 Avignon, 2 mars 1330.

Regem Franciae hortatur ad pacem procurandam per viam matrimonii cum Angliae rege. (Reg. 115, II, fol. 115 (319), c. 1639).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Quantum tua, fili carissime, ac carissimi in Christo filii nostri E., regis Anglie illustris, spirituum unio stabilita caritatis glutinio Deo grata existeret, utrique vestrum honorabilis et multipliciter accomoda, vestrisque subditis oportuna, dispendia que dissensio dudum vestris regnis et domibus regiis intulit bonaque innumera que eadem dissensio impedivit hec ipsa considerantibus apercius manifestant. Sane quia sicut ingenti percepimus gaudio non utique, sicut firmiter credimus, absque motione Sancti Spiritus corda vestra videntur ad unionem supradictam procurandam per viam ad hoc pre cunctis accomodam aliis, videlicet per copulam conjugalem inter tuos, fili carissime, liberos et prefati regis Anglie sororem et fratrem vel alterum eorundem, verentes ne pacis hostis et emulus caritatis qui mille modos nocendi bonis actibus habere noscitur effundere virus sue malicie ad ipsam impediendam, si poterit, non omittet, providentiam regiam exhortamur in Domino ac rogamus quatinus premisse unionis comoda recogitans diligenter curet hostis predicti nequicie obviare, quod utique, ut credimus, fieri poterit si hinc inde petitiones impossibiles vel graves nimium excludantur, et que decentie et honestati convenient liberaliter admittantur. Hortamur itaque excellenciam regiam et rogamus quatinus si conveniencia pro parte regis prefati tam circa hec quam circa alia hinc inde incumbencia tue magnificencie offerantur, illa prompte cures admittere et que pro parte tua petenda fuerint sic temperes provide quod illa pars alia nequeat rationabiliter recusare. Datum Avinione, VI nonas marcii, anno quarto decimo ».

4110 Avignon, 2 mars 1330.

Reginae Franciae ut ad unionem et pacem praedictas regem inducat. (Reg. 115, II, fol. 115 (319) v°, c. 1640).

« *Johanne, regine Francie illustri.* Quantum, amantissima filia, carissimorum in Christo filiorum nostrorum Philippi Francie, viri tui, et Eduardi Anglie regum illustrium spirituum unio stabilita caritatis glutinio Deo grata existeret, utrisque ipsorum honorabilis et multipliciter accommoda, ac eorum subditis oportuna, dispendia etc... verbis competenter mutatis ut supra usque non ommittet... (1), prefatum regem virum tuum per alias nostras litteras exhortamur quatinus premisse unionis commoda recogitans etc... ut supra, verbis competenter mutatis, usque in finem. Cum igitur persuasiones et inductiones tuas, filia carissima, supponamus indubie in premissis admodum profuturas, sublimitatem regiam rogamus et in Domino attencius exhortamur quatinus premissa in consideratione deducens, ut idem rex vir tuus ad ea suum animum applicet sic interponat regalis providencia solicitudinis sue partes, ipsum ad hoc solerti diligentia inducendo quod premissa felicem et optatum, actore Domino, sorciantur eventum. Datum ut supra [Avinione, VI nonas marcii, anno quarto decimo] ».

In e. m. carissime in Christo filie Isabelli, regine Anglie illustri, mutatis mutandis et dicatur : « geniti tui » ubi supra dicitur « viri tui ». Datum ut supra.

4111 10 mars 1330.

Petro Guigonis de Castronovo et Raymundo de Valle Aurea legata Ecclesiae facta in Virdunensi et Metensi diocesibus exigendi solventesque quittandi facultatem concedit. (Reg. 115, II, fol. 152 (356) v°, c. 1873 ; — Sauerland, *Quellen zur lothringischen Geschichte*, p. 283, n. 607).

« *Petro Guigonis de Castronovo, archidiacono de Vico in ecclesia Metensi, et Raymundo de Valleaurea* (2), *canonico Vivariensi, Apostolice Sedis nunciis.* Cum nonnulli fideles — Datum VI idus marcii, anno quarto decimo ».

(1) C. n° 4109.
(2) Index : *Vallauro.*

4112 10 mars 1330.

Eisdem, ut deposita de fructibus beneficiorum vacantium reservatorum, ac de decimis in praedictis diocesibus impositis recipiant solventesque quittent. (Reg. 115, II, fol. 153 (357), c. 1874 ; — Sauerland, *op. cit.*, p. 283, n. 606).

« *Eisdem.* Fidedigna relatione nuper — Datum ut supra ».

4113 10 mars 1330.

Eisdem ut ea quae de decimis olim impositis et de fructibus beneficiorum ecclesiasticorum vacantium reservatorum in Gebennensi, Sedunensi et Bellicensi diocesibus colligenda restant, petant et recipiant (Reg. 115, II, fol. 153 (357), c. 1875).

« *Eisdem.* Cum sicut accepimus — Datum ut supra ».

4114 10 mars 1330.

Archiepiscopo Bisuntino ac Lingonensi, Metensi, Constanciensi, Virdunensi, Gebennensi, Sedunensi, Bellicensi et Basiliensi episcopis, ut praefatis nunciis in commissorum executione negotiorum assistent. (Reg. 115, II, fol. 153 (357), c. 1876 ; — Sauerland, *Quellen zur lothringischen Geschichte*, p. 283, n. 608).

« *Venerabilibus fratribus.. archiepiscopo Bisuntino ac.. Lingonensi,.. Metensi,.. Constanciensi,.. Virdunensi,.. Gebennensi,.. Sedunensi,.. Bellicensi* et.. *Basiliensi episcopis.* Cum nos dilectos — Datum ut supra [VI idus marcii, anno quarto decimo] ».

4115 14 mars 1330.

Regi Franciae, quod decima petita propter multas causas concedi non debeat respondet, eumque hortatur ut a personis ecclesiasticis gabellam seu revam amoveri faciat et privilegia ecclesiis concessa confirmet. (Reg. 115, II, fol. 117 (321), c. 1659).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Serenitatis regie litteras nobis per dilectum filium Johannem Autfuney, cantorem Constanciensem, clericum, ac nobilem virum Petrum Trosselli, militem, cambellanum, regios nuntios presentatas benigne rece-

pimus ac contenta in eis et que dicti nuntii coram nobis voluerunt proponere intelleximus diligenter. Sane, fili carissime, nos certis ex causis antequam negocium deduceretur ad consistorium, nonnullis et nostris fratribus utique inter alios honoris regii zelatoribus fervidis quos nobis idem nuncii nominarant ad deliberandum cum ipsis super in eisdem contentis litteris ad nostram presenciam evocatis, cum eisdem super predictis deliberavimus diligenter, deliberatione itaque frequenti prehabita, multisque in consideratione deductis in deliberatione ipsa, licet ex parte cause, scilicet reformationis monete et continuationis ejusdem, in petitione contente honestate ipsa petitio fulciretur, multe tamen alie cause tam ex parte nostra a quo petebatur imponi subsidium quam ex parte illorum quibus petebatur imponi videbantur quoad presens petitioni hujusmodi obviare. Ex parte nostra siquidem obviabat responsio quam nunciis carissimorum in Christo filiorum nostrorum Castelle ac Portugalie regum illustrium hiis diebus de fratrum nostrorum consilio feceramus, quibus decimas postulantibus ad effugandum de suis finibus regem Granate cum suis subditis hostes Dei et catholice fidei, qui infesti sunt fidelibus illarum partium nimium et molesti, eorum votis, attendentes ecclesiarum gravamina quodque subsidia ista raro sunt visa hiis quibus concessa sunt profuisse, etiam ex causis similibus et nonnullis causi aliis non duximus annuendum. Et si forsan ab aliquo sussurretur quod concesse sunt alicui alii decime hiis diebus, secure dicere credimus quod tacebit cum ejus quod actum est illi veritas innotescet. Adhuc pro parte nostra, si status consideretur Ecclesie et pericula gravia que sibi ex hereticorum et scismaticorum improbitate notorie imminent, quantumque subsidiis indigeat consideretur attente, non videretur conveniens quod pro negociis aliis, illo pretermisso, ecclesiis per nos ad presens essent onera imponenda. Pro parte vero prelatorum et ecclesiarum, sterilitatis insolite estatis preterite onus grave nec non et prelatorum vocatio, que ab oneribus sumptuum immunis non extitit, videbatur se petitioni opponere, ne afflictis afflictio adderetur, quanquam, Illo faciente in cujus manu corda regum sunt posita et quo voluerit vertit ea, in ipsorum prelatorum conservanda justitia se benivolencia regia propiciam exhibuerit et benignam, quod, ut speramus indubie, Ille qui bonum irremuneratum non novit aliquod relinquere quique justorum facta consuevit prosequi non dimittet absque retributione condigna, quod utique nos intensos desideramus affectibus et ut fiat Eidem cernui supplicamus; gravamen quoque quod ex quodam exactionis genere, quod reva vulgariter appellatur, in regno Francie nisi a tempore modico inaudito (quod) prelati et persone ecclesiastice presertim in tui regni finibus positi subeunt similiter se petitioni hujusmodi opponebat. Adhuc attendentes quod unus superest terminus de biennali decima quam tibi, fili carissime, in tui novitate regiminis duximus concedendam, in cujus solutione propter mutationem monete prelati et rectores multipliciter gravabuntur, quodque sedis hujus durante facta concessione alicui principi decimam (1) aliam superimponere non est moris, videbatur obviare petitioni predicte. Hiis itaque et multis aliis in consideratione deductis, licet gerimus in desideriis nos et fratres in quibus possemus sine Dei offensa et injuria proximi excellencie regie complacere, nobis tamen visum ac prefatis fratribus extitit quod ad presens sine notabili ecclesiarum gravamine ac nonnullorum scandalum (*sic*) nequaquam possemus votis annuere regiis in hac parte, sed expectata oportunitate temporis que est juxta Sapientis consilium in omni negocio attendenda, Ecclesia magnificencie regie in hiis que secundum Deum poterit prompto animo complacebit. Et ut hec, fili, sine Dei et Ecclesie offensa promptius possimus et celerius exequi, celsitudinem regiam exhortamur in Domino et rogamus attente quatinus, ob Dei reverenciam et honorem salutemque tue anime, privilegia a tuis ecclesiis concessa predecessoribus confirmare digneris, necnon et revam illam impositam super hiis que de regno tuo contingit extrahi, presertim quoad personas ecclesiasticas que pro suis indigentis (2) habent interdum extra regnum tuum de rebus suis transmittere, debeas amovere. Per hoc equidem non solum ipsis clemencia regia sed etiam tue saluti anime providebis cum ab ipsis exigere talia excellencie regie jura omnia interdicant. Et utinam, fili carissime, qui tibi talia consulunt de salute anime tue necnon et corporis, cum nonnumquam etiam correcta propter talia turbationibus molestiis ac periculis exponatur variis, essent soliciti amplius quam de bursa. Burse quidem regie

(1) Reg. : *decime.*
(2) Sic. Corr. : *indigentiis.*

satis providit Altissimus, et si gratus sibi in ejus ministris fueris, ad quod utique te, fili carissime, non minus teneri tuis predecessoribus, si recte consideres qualiter ad tanti regni vocatus regimen fueris, tibi clarius apparebit. Gratia Domini nostri Jhesu Christi cor regis in agendis dirigat et protegat ab adversis. Amen. Datum Avinione, II idus marcii, anno quarto decimo ».

4116 14 mars 1330.

Fulconi de Popia, thesaurario ecclesiae Andegavensis, indulget ut fructus beneficiorum suorum in absentia usque ad triennium, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, percipere possit. (Reg. 115, II, fol. 102 (306) v°, c. 1556).

« *Fulconi de Popia, thesaurario ecclesie Andegavensis.* Grata tue fidelitatis — Datum II idus martii, anno quarto decimo.

Judicibus. Mandamus — Datum ut supra ».

4117 Avignon, 15 mars 1330.

Rogerio episcopo Lemovicensi, ut bona mobilia quondam Petri, episcopi Carcassonensis, in eadem Lemovicensi diocesi consistentia pro Camera recipiat. (Reg. 115, II, fol. 101 (305), c. 1546).

« *Rogerio, episcopo Lemovicensi.* Cum in monasterio — Datum Avinione, idibus marcii, anno quarto decimo ».

4118 15 mars 1330.

Abbati monasterii Sanctae Crucis et officiali Trecorensi, ut Durandum Alberti, archidiaconum de Pago Castelli, Petrum de Monteforti, thesaurarium ecclesiae Trecorensis, et Stephanum de Molas, rectorem ecclesiae de Ploadgat Moysani, Trecorensis diocesis, infra quadraginta dies ad comparendum, de bonis quondam Johannis Trecorensis episcopi apostolicae dispositioni reservatis responsuros citent. (Reg. 115, II, fol. 102 (306), c. 1553 ; — *Jean XXII, Lettres communes*, t. IX, n° 50753).

« *Abbati monasterii Sancte Crucis Trecorensis diocesis, et .. officiali Trecorensi.* Fidedigna relatione percepimus — Datum idibus marcii, anno quarto decimo ».

4119 Avignon, 15 mars 1330.

Regi Franciae, de receptione ejus nuntiorum et de decimis concedendis. (Reg. 115, II, fol. 115 (319) v°, c. 1641).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Excellencie regie litteras nobis per dilectos filios [Johannem] Hautfuney cantorem ecclesie Constantiensis, et nobilem virum Petrum Trocelli, nuntios regios, presentatas, super decimis sibi concedendis directas, benignitate recepimus consueta, super cujus prosecutione negocii eorundem nuntiorum exactam diligentiam merito plurimum commendantes, ecce, fili carissime, quod per alias litteras intentionem nostram super hiis magnificencie regie scribimus, prout in eisdem continetur litteris, et idem cantor referre providencie regie poterit plenius viva voce. Datum Avinione, idibus marcii, anno quarto decimo ».

4120 Avignon, 15 mars 1330.

Petro, episcopo Ruthenensi, quod in partibus illis ubi est remanere possit. (Reg. 115, II, fol. 115 (319) v°, c. 1642).

« *Petro, episcopo Ruthenensi.* Consideratis attente hiis que pridem nobis per tuas litteras intimasti, quia tua presencia est in illis partibus propterea plurimum oportuna, placet nobis quod in eisdem partibus remaneas quamdiu tibi videbitur expedire. Datum ut supra [Avinione, idibus marcii, anno quarto decimo] ».

4121 Avignon, 15 mars 1330.

Philippo, regi Franciae, negotia quae in curia regia Bertrandus, episcopus Caturcensis, pro ecclesia sua expedire habet iterum commendat. (Reg. 115, II, fol. 115 (319) v°, c. 1643).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Preces excellencie regie — Datum ut supra [Avinione, idibus marcii, anno quarto decimo] ».

4122 Avignon, 15 mars 1330.

Guillelmo de Sancta Mora, de eodem. (Reg. 115, fol. 115 (319) v°, c. 1644).

« *Guillelmo de Sancta Mora, decano ecclesie Turonensis, carissimi in Christo filii nostri Philippi regis Francie cancellario.* Preces tibi alias — Datum ut supra ».

4123 Avignon, 17 mars 1330.

Philippo regi Franciae qui pro remissione quindecim armatorum equitum, quos Johannes dominus de Pertiniaco in partibus Italiae adversus rebelles tenere per unum annum debebat, ad papam scripserat, conceditur quod ordinet sicut sibi videtur (Reg. 115, II, fol. 102 (306), c. 1554).

« *Philippo, regi Francie.* Sublimitatis regie recepimus litteras per quas dilecto filio nobili viro Johanni, domino de Pertiniaco, remissionem de quindecim armatis equitibus, ad quos tenendos per unum annum in partibus Italie adversus rebelles hereticos et scismaticos pro defensione Ecclesie fideique catholice astrictus existere dinoscitur, a nobis fieri petebat regia serenitas, graciose adiciens nichilominus in litteris hujusmodi quod dilectus filius nobilis vir Petrus Troucelli, cambellanus regius, id super se certis ex causis receperat, et regalis magnificencia reputaret remissionem hujusmodi pro se factam. Sane regiam volumus prudenciam non latere quod prefatus dominus de Pertiniaco pro nonnullis excessibus, culpis et delictis, ex quibus sibi pena non parum gravior debebatur, ad tenendum dictos equites, ut prefertur, mitigata sibi graciose ac misericorditer pena predicta per Sedem Apostolicam, quamvis ingratitudo dicti domini de Pertiniaco subsequens eum dignum nequaquam fuisse tali gratia ostenderit, se astrixit. Et licet Ecclesia ipsa pro sua fideique defensione predicte hiis et aliis subsidiis, sicut excellenciam ignorare non credimus regiam, plurimum egere noscatur, quia tamen petitiones regias libenter, quantum cum Deo possumus, ad favorabilis admittimus exauditionis effectum, regie providencie faciendi, ordinandi et disponendi quod sibi super remissione predicta placuerit concedimus tenore presentium facultatem, gratum habituri et habentes ex nunc nichilominus pariter et acceptum quicquid faciendum, ordinandum in hac parte duxerit vel etiam disponendum. Datum Avinione, XVI kalendas aprilis, anno quarto decimo ».

4124 Avignon, 17 mars 1330.

Ademaro de Pictavia ut quemdam hominem ecclesiae Valentinae quem, pendentibus treugis cum Guillelmo, episcopo Valentino, factis, ratione pedagii non soluti cepit, libertati restituat. (Reg. 115, II, fol. 213 (417), c. 2130).

« *Nobili viro Ademario* (sic) *de Pictavia.* Nuper accepimus quod — Datum Avinione, XVI kalendas aprilis, anno quarto decimo ».

4125 Avignon, 17 mars 1330.

Amedeo de Pictavia, ut eumdem Ademarum, germanum suum, ad praemissa inducat. (Reg. 115, II, fol. 213 (417), c. 2131).

« *Amedeo de Pictavia.* Nuper accepimus quod — Datum ut supra ».

4126 20 mars 1330.

Ricavo de Gorda ad partes Flandriae destinato, facultatem recipiendi ab Arnaldo Regis archidiacono Cameracensi, capellano apostolico, de pecunia in Remensi provincia collecta, tria millia et quingentos florenos auri pro pannis emendis concedit. (Reg. 115, II, fol. 101 (305) v°, c. 1551 ; — Fayen, *Lettres de Jean XXII*, II, n° 2656).

« *Ricavo* (1) *de Gorda, civi et mercatori Avinionensi.* Cum te ad — Datum XIII kalendas aprilis, anno quarto decimo ».

4127 20 mars 1330.

Praefato archidiacono Cameracensi ut dictam pecuniam eidem Ricavo assignet. (Reg. 115, II, fol. 102 (306), c. 1552 ; — Fayen, *Lettres de Jean XXII*, II, n° 2657).

« *Eidem archidiacono.* Cum dilectum filium — Datum ut supra ».

4128 20 mars 1330.

Petro Arquerii, ut bona quondam Philippi, abbatis monasterii Fiscannensis (2), ordinis sancti Benedicti,

(1) Index : *Ricanno.*
(2) Index : *Friscanensis.*

Rothomagensis diocesis, dispositioni apostolicae reservata recipiat solventesque quittet. (Reg. 115, II, fol. 102 (306), c. 1555).

« *Petro Arquerii, decano ecclesie Rothomagensis.* Cum nos dudum — Datum XIII kalendas aprilis, anno quarto decimo.

4129 Avignon, 20 mars 1330.

Regi Franciae de gratia domino Pertiniaci misericorditer concessa iterum scribit. (Reg. 115, II, fol. 115 (319) v°, c. 1645).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Regalis excellentie recepimus litteras per quas quitari petebat dilectum filium nobilem virum .. dominum de Pertiniaco de quindecim armatis equitibus ad quos tenendos per unum annum in partibus Italie, in subsidium Ecclesie defensionemque fidei catholice adversus rebelle hereticos et scismaticos, est astrictus, presertim quia dilectus filius nobilis vir Petrus Trosselli, cambellanus regius, id supra se receperat et magnificentia reputaret quitationem hujusmodi per se factam. Sane regiam volumus prudentiam non latere quod prefatus dominus de Pertiniaco pro certis excessibus, culpis et delictis ex quibus sibi pena non parum gravior debebatur, ad tenendum, ut prefertur, dictos equites, non absque mitigatione misericordiosa sibi facta per Sedem Apostolicam, quamvis non esset dignus tali gratia, sicut ingratitudo patenter ostendit subsequens, se astrinxit, sicut in cedula interclusa presentibus sumpta de sententia prolata super hoc plenius continetur. Et licet Ecclesia pro sua fideique defensione predicte hiis et aliis subsidiis egere, sicut serenitatem latere non credimus regiam, plurimum dinoscatur, quia tamen libenter, quantum cum Deo possumus, preces admittimus regias ad favorabilis exauditionis effectum, volumus et concedimus quod regia sublimitas quod sibi super remissione petita placuerit ordinet et disponat. Nos enim ordinationem regiam in hac parte ratam et gratam habebimus et habemus ex nunc pariter et acceptam, et ex habundanti nostras alias patentes litteras tibi, fili carissime, super hoc destinamus. Datum Avinione, XIII kalendas aprilis, anno quarto decimo ».

4130 Avignon, 20 mars 1330.

Roberto de Atrebato, quod petitiones super hiis comitatum Atrebatensem tangentibus exaudire non potuit. (Reg. 115, II, fol. 116 (320), c. 1646).

« *Roberto de Atrebato, comiti Bellimontis.* Que misse nobis tue nobilitatis littere continebant et dilectus filius Petrus de Villanis, archidiaconus de Jossayo in ecclesia Parisiensi, nobis pro parte tue nobilitatis exposuit, intelleximus diligenter. Sane, fili, quia super hiis que comitatum Atrebatensem tangebant, sine Dei offensa et lesione justitie nequivimus, sicut alias tibi rescripsisse recolimus, annuere votis tuis, quod utique fecissemus libenter si potuissemus licite, habeat nos tua providencia super hoc excusatos. Super aliis vero que te tangentia expressit nobis dictus archidiaconus, ipse informatus a nobis tibi explicare in hac parte plenius poterit mentem nostram. Datum ut supra ».

4131 Avignon, 20 mars 1330.

Miloni, domino de Noeriis, super negotio duelli Bernardi, comitis Convenarum, et Raynaldi de Ponte. (Reg. 115, II, fol. 116 (320), c. 1647).

« *Miloni, domino de Noeriis* (1). Quedam super negotio duelli dilectorum filiorum nobilium virorum Bernardi, comitis Convenarum, et Raynaldi de Ponte, vicecomitis Carladesii, dilecto filio magistro Johanni Aufunet, cantori Constanciensi, nobilitati tue referenda vive vocis oraculo imposuimus, super quibus sibi velit tua providentia fidem credulam adhibere. Datum Avinione, XIII kalendas aprilis, anno quarto decimo ».

4132 21 mars 1330.

Omnibus personis ecclesiasticis et laycis ut Godefrido de Spinulis, canonico Remensi, et Nicolao de Spinulis, militi, ad Curiam venturis de securo conductu usque ad duos menses provideant. (Reg. 115, II, fol. 92 (296), c. 1497).

« *Venerabilibus fratribus etc.*. ut supra (2) — Datum XII kalendas aprilis, anno quarto decimo ».

(1) Index : *Oneriis.*
(2) Pour l'adresse complète, cf. n° 3853.

4133 Avignon, 21 mars 1330.

Regi Franciae magistrum Aufuney super quibusdam responsurum mittit plene informatum. (Reg. 115, II, fol. 116 (320), c. 1648).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Super quibusdam dilectum filium Arnaldum Sancte Marie in Porticu diaconum cardinalem et venerabilem fratrem nostrum (1) .. episcopum Carnotensem tangentibus, super quibus nuper excellencia regia nobis scripsit, ecce dilectus filius magister Johannes Aufuney, cantor Constanciensis, nuntius regius, tanquam a nobis plenarie informatus mentem nostram, prout sibi commisimus, tibi, fili carissime, latius explicabit. Datum Avinione, XII kalendas aprilis, anno quarto decimo ».

4134 Avignon, 22 mars 1330.

Guillelmo, episcopo Convenarum, quod in curia regia Franciae pro negotiis suis expediendis usque ad instans festum Pentecostes remanere possit. (Reg. 115, II, fol. 126 (330), c. 1730).

« *Guillelmo, episcopo Convenarum.* Per tuas nobis — Datum Avinione, XI kalendas aprilis, anno quarto decimo ».

4135 Avignon, 23 mars 1330.

Regi Franciae Petrum episcopum Carcassonensem qui liberationem bonorum mobilium quondam Petri episcopi Carcassonensis prosequitur, commendat. (Reg. 115, II, fol. 116 (320), c. 1649).

« *Eidem regi* [*Francie*]. Cum venerabilis frater noster Petrus, episcopus Carcassonensis, liberationem bonorum mobilium bone memorie Petri, episcopi Carcassonensis, predecessoris sui, qui pridem, sicut Domino placuit, intestatus decessisse dicitur, prosequatur, magnificenciam regiam attentius deprecamur quatinus eundem episcopum habere velit regalis excellencia super premissis, pro divina ac nostra et Apostolice Sedis reverencia, commendatum, manum regiam et alia impedimenta, si qua in bonis eisdem sint apposita, faciendo nichilominus amovere. Datum Avinione, X kalendas aprilis, anno quarto decimo ».

(1) Reg. : *Venerabiles fratres nostros.*

4136 Avignon, 23 mars 1330.

Guillelmo de Sancta Mora de expeditione negotiorum Arnaldi de Trianno, domini de Talardo, curiae Romanae marescalli, regratiatur eumque hortatur ut Petro, episcopo Carcassonensi, in liberatione bonorum quondam Petri, episcopi Carcassonensis, ejus praedecessoris, se favorabilem exhibere velit. (Reg. 115, II, fol. 116 (320), c. 1650).

« *Guillelmo de Sancta Mora, decano ecclesie Turonensis, carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie illustris, cancellario.* De favorabili expeditione — Datum ut supra ».

4137 Avignon, 23 mars 1330.

Petro ,archiepiscopo Senonensi, ut manum regiam seu quodcumque aliud impedimentum in bonis quondam praedicti Petri episcopi Carcassonensis, a Petro, ejusdem episcopi successore, requisitis appositum, amoveri praefatoque Petro eadem bona assignari faciat. (Reg. 115, II, fol. 116 (330), c. 1651).

« *Petro, archiepiscopo Senonensi.* Cum venerabilis frater — Datum ut supra [Avinione, X kalendas aprilis, anno quarto decimo] ».

In e. m. Guillelmo de Chanaco, archidiacono Parisiensi, capellano apostolico.

4138 Avignon, 23 mars 1330.

Regi Navarrae, ut intentionem proficiscendi ad certas partes extra regnum suum revocet. (Reg. 115, II, fol. 116 (330), c. 1652).

« *Philippo, regi Navarre illustri.* Regias litteras nobis per dilectos filios nobiles viros Ademarum, dominum de Archiaco, et Petrum Chenandi decanum Aquesparse, ac Guillelmum de Villaribus, judicem Tholosanum, nuncios regios, presentatas benigne recepimus, et que continebantur in eisdem litteris dictique nuncii pro parte regia explicare voluerunt ac etiam supplicare intelleximus diligenter ; super quibus eisdem quantum cum Deo potuimus favorabiliter annuimus, sicut prefatus dominus de Archiaco regie providencie referre plenius poterit viva voce. Adhuc, fili carissime, non sufficimus admirari quod, licet regni et terrarum tuorum regimini existat tua presentia jugiter oportuna, domusque regia nondum sit votive prolis stabilita

successu, proficiscendi ad certas partes extra regnum tuum propositum concepisti. Quocirca serenitatem regiam attencius exhortamur, eidem sano nichilominus consilio suadentes quatinus, premissis consideranter attentis, ab hujusmodi motibus juvenilibus regium animum revoces, circa regni et terrarum predictarum regimen intendendo salubriter, ac prudentum et maturorum virorum consilio, qui salutis et honoris tui zelatores existant fervidi, salubribus consiliis super hiis et aliis inherendo. Datum ut supra [Avinione, X kalendas aprilis, anno quarto decimo] ».

4139 [Avignon, 23 mars 1330].

Henrico de Suliaco, buticulario Franciae, super eodem. (Reg. 115, II, fol. 116 (320) v°, c. 1653).

« *Henrico, domino de Suliaco, buticulario Francie.* Non absque grandi admiratione recepto quod carissimus in Christo filius noster Philippus, rex Navarre illustris, ad certas partes extra regnum suum propositum bellice proficiscendi concepit, nos attendentes quod circa regni et terrarum suorum gubernationem providam sua existit presencia jugiter oportuna quodque domus regia nondum votive prolis est stabilita successu, eidem per alias nostras litteras suademus ut a juvenilibus motibus hujusmodi suum revocans animum ad regni et terrarum predictorum regimen prudenter intendere studeat, prudentum et maturorum virorum usurus consiliis in hac parte. Quocirca nobilitatem tuam actenus exhortamur quatinus ut hujusmodi nostris acquiescat exhortationibus partes tue sollicitudinis interponas. Datum ut supra ».

4140 28 mars 1330.

Roberto Albaroni indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 115, II, fol. 101 (305) v°, c. 1548).

« *Roberto Albaroni, domino Lercii.* Eximie devotionis affectus — Datum V kalendas aprilis, anno quarto decimo ».

In e. m. Guillelmo Boneti et Sulfine, ejus uxori, civibus Valentinis.

4141 Avignon, 29 mars 1330.

Johannae, reginae Franciae, statum suum significat eamque hortatur ut a magistro Johanne Hautfuney exponendis fidem adhibeat. (Reg. 115, II, fol. 116 (320) v°, c. 1654).

« *Johanne, regine Francie illustri.* Quia tenemus indubie, filia carissima, gratam regie excellentie existere certitudinem status nostri, scire obtamus eandem nos, favente divina clemencia, sanitate corporali perfrui, licet variis undique emergentibus negociis plurimum distrahimur. Ceterum circa hec et nonnulla alia dilecto filio magistro Johanni Hautfuney, cantori Constanciensi, mentem nostram clarius aperuimus, sublimitati regie vive vocis oraculo exprimendam, cui velit super eis regalis magnificencia fidem credulam adhibere, de statu regio etiam, quem utique obtamus in Domino prosperum, nos curans efficere sepius certiores. Datum Avinione, IIII kalendas aprilis, anno quarto decimo ».

4142 29 mars 1330.

Omnibus personis ecclesiasticis Arelatensis provinciae mandat ut collectores reddituum beneficiorum vacantium assistent, termino eorundem reservationis usque ad unum annum extenso. (Reg. 115, II, fol. 209 (413) v°, c. 2106).

« .. *archiepiscopo Arelatensi ejusque suffraganeis et dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, archidiaconis, archipresbiteris, plebanis, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis ipsorumque vices gerentibus, capitulis quoque, conventibus ceterisque personis ecclesiasticis, religiosis et secularibus, exemptis et non exemptis, Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, Grandimontensis, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum necnon Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, beate Marie Theotonicorum, Calatravensis magistris, prioribus et preceptoribus per civitatem ac diocesim et provinciam constitutis.* Attendentes dudum gravia expensarum onera quibus Ecclesia Romana gravabatur, sicut adhuc gravari dinoscitur, ejusdemque Ecclesie cupientes in hac parte necessitatibus aliqualiter providere, fructus, redditus et proventus unius anni omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura vel sine cura, etiam dignitatum, personatuum et officiorum quorum-

libet monasteriorum, prioratuum et alorum ecclesiasticorum locorum, tam regularium quam secularium que in vestris, fratres archiepiscope et suffraganei, civitatibus et diocesibus tunc vacabant et que usque ad certum tempus [vacatura sunt], qualitercumque et ubicumque, etiam si apud Sedem Apostolicam vacare contingeret, ecclesiis tamen cathedralibus et abbatiis regularibus que conventuales existunt ac beneficiis illis que ex permutationis causa infra tempus predictum vacarent expressim exceptis, reservandos diversis temporibus per diversas litteras nostras auctoritate apostolica sub certis modis, formis et conditionibus in litteris ipsis expressis et nostre Camere pro utiliori dictarum necessitatum subductione duximus applicandos, non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus contrariis monasteriorum et locorum in quibus beneficia, dignitates, personatus et officia consistunt hujusmodi, juramento, confirmatione dicte Sedis seu quacunque firmitate alia roboratis, aut si fructus, redditus et proventus primi anni ex privilegio dicte Sedis vel alias de jure seu quacunque consuetudine vel statuto alicui vel aliquibus debeantur, sive si (1) ad fabricam ecclesiarum, monasteriorum seu locorum quorumcunque per quoscunque concessi fuissent vel etiam deputati, aut si essent in usus alios convertendi, sicut in predictis litteris plenius continetur. Cumque ultimus hujusmodi reservationis et applicationis terminus, nondum predictis subductis necessitatibus quibus incessanter opprimitur, subvenire sicut decenter cum Deo possumus cupientes, (2) reservationem et applicationem predictas a fine ultime reservationis et applicationis predictarum, qui erit nonis aprilis proximo futuri, usque ad unum annum extunc continue computandum extendimus, modis, formis et conditionibus quibus aliis annis proxime preteritis reservationem et applicationem dictorum fructuum, reddituum et proventuum in eisdem civitate, diocesi ac provincia fecimus antedictas. Quocirca universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attente, vobis per apostolica scripta nichilominus districte precipiendo mandantes quatinus, hujusmodi necessitates et onera devota consideratione pensantes, et eidem Ecclesie super eis benigne compatientes affectu, collectores per alias nostras litteras super hoc deputatos et subcollectores eorum fructus, redditus et proventus hujusmodi per dictum annum petere, colligere ac percipere nostro et Ecclesie predicte nomine libere permittatis, illosque, prout in vobis fuerit integraliter assignetis et assignari per alios faciatis taliterque assistatis eisdem auxiliis, consiliis et favoribus oportunis quod de prompta obediencia commendari merito valeatis, non obstantibus omnibus supradictis. Ceterum nostre intentionis existit quod fructus, redditus et proventus beneficiorum que tempore dicte reservationis vacare contigerit, si collecti non fuerint infra illud, eo elapso, colligi valeant et levari. Datum IIII kalendas aprilis, anno quarto decimo ».

(1) Reg. : *sit.*

(2) Transcription fautive ? La phrase est incomplète.

4143 [29 mars 1330].

Raymundo de Moreriis et Geraldo de Laneis ut praedictos fructus colligant solventesque quittent. (Reg. 115, II, fol. 210 (414), c. 2107).

« *Raymundo de Moreriis, preposito, et Geraldo de Laneis, infirmario ecclesie Arelatensis.* Attendentes dudum etc... tenore presentium facultatem.

In e. m. archiepiscopo Viennensi ejusque suffraganeis.

Collectores : Zacharias de Sancto Juliano, prior secularis ecclesie Sancti Martini Viennensis, et officialis Viennensis. (Reg. 115, II, fol. 210 (414), p. c. 2107).

In e. m. archiepiscopo Ebredunensi ejusque suffraganeis, subducta ultima clausa : quodque reservatio etc.

Collectores : Hugo de Mandagoto, prepositus, et Raymundus Baboti, archidiaconus ecclesie Ebredunensis. (Reg. 115, fol. 210, p. c. 2107).

In e. m. archiepiscopo Aquensi ejusque suffraganeis, subducta dicta ultima clausa : quodque reservatio etc.

Collectores : Hugo Gaucelmi, prepositus, et Raymundus Naulonis, archidiaconus ecclesie Aquensis — Datum ut supra [IIII kalendas aprilis, anno quarto decimo] ». (Reg. 115, II, fol. 210 (414), p.c. 2107).

4144 2 avril 1330.

Symonae de Castriis indulgentiam in articulo mortis

in e. m. ac Roberto Albaroni (1) concedit (Reg. 115, II, fol. 101 (305) v°, p. c. 1548).

« In e. m. nobili mulieri Symone de Castriis, Magalonensis diocesis. Datum IIII nonas aprilis, anno quarto decimo ».

4145 Avignon, 4 avril 1330.

Regi Franciae ut Roberti regis Siciliae nuntios benigne recipiat. (Reg. 115, II, fol. 117 (321), v°, c. 1660).

« *Eidem regi* [*Francie*]. Cum venerabilis frater noster Petrus, episcopus Calinensis, et dilecti filii nobiles viri Johannes de Laudo ac Johannes de Floriaco, carissimi in Christo filii nostri Roberti regis Sicilie illustris ambassiatores et nuncii, exhibitores presencium, pro certis negociis dictum regem tangentibus ad presenciam regie serenitatis accedant, rogamus eam et attencius exhortamur ut ipsos contemplatione nostri et prefati regis obtentu benigne recipiat, et in hujusmodi negotiis favorabiliter tractet et efficaciter habeat commendatos. Datum Avinione, II nonas aprilis, anno quarto decimo ».

4146 4 avril 1330.

Regi Franciae de concordia procuranda inter Januenses. (Reg. 115, II, fol. 117 (321) v°, c. 1661).

« *Eidem* [*regi Francie*]. Recepisse pridem litteras regias meminimus te, fili carissime, super reformanda inter intrinsecos et extrinsecos Januenses dissidentes invicem concordia velle ad Dei et Ecclesie Sancte sue ac carissimi in Christo filii nostri Roberti regis Sicilie illustris totiusque christianitatis honorem et commodum intendere de quo leti fuimus admodum, continentes. Cum, autem prefati regis nuncii jam diu est ad presenciam propterea se contulerint regiam et ambaxiatores intrinsecorum predictorum se conferant in presenti, regalem excellentiam deprecamur quatinus jura regia habeat sicut et habere supponimus commendata dictosque intrinsecos, qui propter devotionem quam ad Sanctam Dei Ecclesiam ac tuam et regis predicti domos inclitas habuerunt digni sunt gracia et favore cujusvis, in offensa justicia prosequi velit favorabiliter regia celsitudo. Sane quia providencia regia postulavit a nobis ut qualiter in tractatu dicte concordie procedendum nobis videretur expediens eidem rescribere curaremus, nos, licet sciamus circumspectionem regiam directione alia non egere, ut tamen votis in hac parte regis satisfiat, in primis nobis videtur expediens quod partium intentio habeatur in scriptis, quibus habitis et diligenter examinatis, si ambe partes metas rationis excedere videantur, ostendatur ad partem cuilibet partium ejus excessus, inducaturque ut ad ea que suadebit ratio se restringat, et si una tantum excederet viis et modis congruis a talibus retrahatur; et quia quid dicti propositurí sunt extrinseci penitus ignoramus, aliud nescimus quoad presens, nec possumus consilium impertiri. Sed cum in securitate extrinsecis et intrinsecis hinc inde prestanda ne mutuo se offendant et que ordinata fuerint debeant inviolabiliter observare non parva difficultas existat, nobis expediens videretur ut ista sub magnis penis debeant corporali nichilominus prestito juramento promittere, cujus pene pars tue regali curie et alia parti applicaretur parenti se super predictis omnibus jurisdictioni regie submittendo per quam, summarie simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura judicii, tam pro parte pene ad cameram regiam pertinente quam parte alia parti applicanda sicut prefertur parenti et aliis ordinatis omnibus faciendis inviolabiliter observari procedi possit contra partem que ordinationem in aliquo violaret, ordinatione ipsa nichilominus semper in suo robore permansura; et insuper, si expediens videretur, se jurisdictioni Romane Ecclesie submitterent, que contra partem non parentem ex nunc prout ex tunc excommunicationis sententiam promulgaret aliaque adhiberentur remedia quocunque occurrerent oportuna. Datum Avinione, ut supra [II nonas aprilis, anno quarto decimo] ».

4147 5 avril 1330.

Raymundo Johannis indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 115, II, fol. 101 (305) v°, c. 1549).

« *Raymundo Johannis, alias dicto de Lascoutz, archidiacono de ultra Dordoniam in ecclesia Petra-*

(1) *Supra*, n° 4140.

goricensi. Sincere devotionis affectus — Datum nonis aprilis, anno quarto decimo ».

In e. m. magistro R. de Valle, archidiacono ecclesie Mirapiscensis.

4148 5 avril 1330.

Praefato Raymundo Johannis testandi facultatem concedit. (Reg. 115, II, fol. 101 (305) v°, c. 1550; — *Jean XXII, Lettres communes*, t. IX, n° 49105.

« *Eidem R. Johannis, alias dicto Lascoutz*. Quia presentis vite — Datum ut supra ».

In e. m. pro predicto R. de Valle (*Jean XXII, Lettres communes*, t. IX, n. 49104).

In e. m. Guillelmo Cabiroli, rectori ecclesie Sancti Porquerii, Montisalbane diocesis.

4149 Avignon, 7 avril 1330.

Episcopo Ambianensi et inquisitori regni Franciae ut Franciscum de Tuderto, haereticum, ad Curiam mittant. (Reg. 115, II, fol. 116 (320) v°, c. 1655).

«.. *episcopo Ambianensi et dilecto filio.. inquisitori heretice pravitatis in partibus regni Francie auctoritate apostolica deputato*. Scripsisse pridem vobis meminimus ut de Fransisco de Tuderto, qui heresis et scismatis vehementer suspectus criminibus vestris detinetur carceribus mancipatus, exhibere justitiam solum Deum pre occulis [habentes] curaretis. Sane quia certis causis emergentibus postmodum nobis et quibusdam ex nostris fratribus videretur expediens quod idem Franciscus ad Sedem Apostolicam mitteretur, volumus quod nisi jam ad ferendum sententiam contra eum processeritis vel existatis in promptu procedendi ad illam, prefatum Franciscum sub fida tamen custodia una cum processu et inquisitione contra ipsum habitis nobis transmittere fideliter studeatis. Et ecce quod nos carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie illustrem, per nostras litteras quas vobis mittimus cum presentibus exhortamur ut personis quas ad ducendum predictum Franciscum ad nostram presentiam deputaveritis, de securo conductu faciat provideri, quas quidem litteras presentari, sicut oportunum cognoveritis, faciatis. Datum Avinione, VII idus aprilis, anno quarto decimo ».

4150 Avignon, 7 avril 1330.

Philippo regi Franciae ut personis ad eundem Franciscum ducendum a praefatis episcopo et inquisitore deputatis de securo conductu provideat .(Reg. 115, II, fol. 116 (320) v°, c. 1656).

« *Eidem regi* [*Francie*]. Cum nos venerabili fratri nostro..episcopo Ambianensi et dilecto filio inquisitori heretice pravitatis in partibus regni tui auctoritate apostolica deputato demus per alias nostras certi tenoris litteras in mandatis ut Franciscum de Tuderto, de heresis et scismatis criminibus vehementer suspectum, quem suis detinent carceribus mancipatum, nobis nisi forsan contra eum processerint studeant destinare, regiam rogamus excellenciam attencius et hortamur quatinus personis quas ad eum adducendum deputaverint de securo conductu faciat pro divina et ejusdem Sedis reverentia fideique zelo catholice liberaliter magnificencia regia provideri. Datum Avinione, VII idus aprilis, anno quarto decimo ».

4151 9 avril 1330.

Universis personis ecclesiasticis et laycis, ut personis ab episcopo Ambianensi et inquisitori hereticae pravitatis in regno Franciae pro Francisco de Tuderto, de haeresi supecto, ad Apostolicam Sedem destinando deputatis de securo conductu usque ad duos menses provideant. (Reg. 115, II, fol. 92 (296), c. 1499).

« *Venerabilibus etc. ut supra* (1). Cum venerabilis frater — Datum V idus aprilis, anno quarto decimo ».

4152 10 avril 1330.

Petro de Artisio, in e. m. ac Fulconi de Popia, thesaurario ecclesiae Andegavensis ( ), indulget ut fructus beneficiorum suorum in absentia usque ad triennium, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, percipere possit. (Reg. 115, II, fol. 103 (307) v°, p. c. 1556).

(1) Pour l'adresse complète, voir ci-dessus, n° 3853.
(2) *Supra*, n° 4116.

« In e. m. Petro de Artisio, canonico Pictavensi. Grata tue fidelitatis — Datum IIII idus aprilis, anno quarto decimo ».

4153 10 avril 1330.

Abbati monasterii Sancti Dionisii in Francia super promotione Mathei de Omerville, ejusdem monasterii monachi. (Reg. 115, II, fol. 118 (322), c. 1662 ; — Denifle et Chatelain, *Chartularium universitatis Parisiensis*, II, p. 338, n° 902.

« *Guidoni, abbati monasterii Sancti Dionisii in Francia, Parisiensis diocesis.* Hiis que nobis super promotione Mathei de Omerville, tui monasterii monachi, nuper scripsisti nobis plenius intellectis, quia ea que in hac parte tibi, fili, alias scripsimus insinuatio plurium excellencium et sublimium personarum auribus nostris ingesserat, et contraria postmodum relatione aliorum percepimus fidedigna, nec denique prefati monachi illam noticiam vel conscienciam habeamus quam tu verisimiliter habere teneris, qui ejusdem prelatus existis, de promotione vel correctione ipsius tue conscientie inheremus, te nichilominus reddentes attentum ut in eo aliquo (*sic*). Deum aliqualiter non offendas. Datum Avinione, IIII idus aprilis, anno quarto decimo ».

4154 11 avril 1330.

Guillelmo de Sancta Mora indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 115, II, fol. 103 (307), c. 1557 ; — *Jean XXII, Lettres communes*, t. IX, n°s 49140 et 49141).

« *Guillelmo de Sancta Mora, decano ecclesie Turonensis.* Sincere devotionis affectus — Nulli ergo etc. »

« In e. m. Petro de Landa, canonico Meldensi. Datum III idus aprilis anno quarto decimo ».

4155 Avignon, 11 avril 1330.

Eidem Guillelmo de Sancta Mora ut Petro, episcopo Carcassonensi, pro liberatione bonorum quondam Petri, ejusdem episcopi praedecessoris, et pro amotione manus regiae assistet. (Reg. 115, II, fol. 118 (322), c. 1663).

« *Magistro Guillelmo de Sancta Mora, decano ecclesie Turonensis, carissimi in Christo filii nostri Philippi regis Francie illustris cancellario.* Super liberatione bonorum — Datum Avinione, III idus aprilis, anno quarto decimo ».

4156 Avignon, 13 avril 1330.

Johanni, duci Britanniae, ut procuratorem ab Aymerico de Martello pro faciendo homagio ratione loci Sancti Martini per eum debito destinatum benigne recipiat. (Reg. 115, II, fol. 118 (322), c. 1664).

« *Johanni, duci Britannie.* Cum dilecti filii — Datum Avinione, idibus aprilis, anno quarto decimo ».

4157 Avignon, 13 avril 1330.

Petro, abbati monasterii Cluniacensis, de intimatis regratiatur eumque hortatur ut ea quae scribenda occurrerint insinuare non postponat. (Reg. 115, II, fol. 118 (322), c. 1665).

« *Petro, abbati monasterii Cluniacensis, Matiscorensis diocesis.* Litteras tuas nobis — Datum ut supra ».

4158 Avignon, 13 avril 1330.

Regi Franciae negotia quae in regali curia Aymericus, vicecomes Narbonensis, expedire habet commendat. (Reg. 115, II, fol. 118 (322), c. 1666).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Cum dilectus filius — Datum ut supra [Avinione, idibus aprilis, anno quarto decimo] ».

In e. m. Guillelmo de Sancta Mora, decano ecclesie Turonensis, predicti regis Philippi cancellario.

In e. m. Johanni, electo Abrincensi.

In e. m. Roberto de Atrabato, comiti Bellimontis.

4159 Avignon, 13 avril 1330.

Petro, episcopo Aeduensi, de vino Belnae transmisso regratiatur. (Reg. 155, II, fol. 118 (322), c. 1667).

« *Petro, episcopo Eduensi.* De vino Belne nobis per te, frater, copiose transmisso gratiarum tibi exolvimus uberes actiones, solerciam insuper tuam super scripturis nobis per te missis adhibitam plurimum in Domino commendantes. Datum ut supra [Avinione, idibus aprilis, anno quarto decimo] ».

4160 Avignon, 13 avril 1330.

Episcopum Laudunensem de diligentia quam circa missionem cujusdam personae adhibuit commendat. (Reg. 115, II, fol. 118 (322), c. 1668).

« *Episcopo Laudunensi.* Diligentiam circonspectam quam — Datum ut supra ».

4161 Avignon, 13 avril 1330.

Johanni de Aquablanca, ut Conrado Spinulae de Luculo, regni Siciliae admirato, ad curiam apostolicam venturo, de securo conductu provideat. (Reg. 115, II, fol. 213 (417), c. 2132).

« *Johanni de Aquablanca, senescallo Provincie.* Cum dilectus filius — Datum Avinione, idibus aprilis, anno quarto decimo ».

4162 Avignon, 14 avril 1330.

Roberto Albaroni ejusque uxori facultatem altare portabile habendi concedit. (Reg. 115, II, fol. 103 (307) v°, c. 1560).

« *Roberto Albaroni, Montisfrini et Lercii domino, et Johanne ejus uxori.* Eximie devotionis affectus — Datum Avinione, XVIII kalendas maii, anno quarto decimo ».

4163 15 avril 1330.

Beatrici de Ungaria eligendi confessorem facultatem concedit. (Reg. 115, II, fol. 208 (412), c. 2098 *bis*).

« *Beatrici de Ungaria, moniali monasterii de Brisiaco, ordinis Cisterciensis, Viennensis diocesis.* Eximie devotionis affectus — Datum XVII kalendas maii, anno quarto decimo ».

4164 15 avril 1330.

Eidem ut ad quodcumque monasterium religiosarum ejusdem Cisterciensis ordinis infra terras Guigonis, dalphini Viennensis, consistens se transferre possit. (Reg. 115 II, fol. 208 (412) v°, c. 2099).

« *Eidem.* Sincera devotion quam — Datum ut supra ».

4165 15 avril 1330.

Faidito Guirandonis, ut Raymundum Ademari, rectorem ecclesiae Sancti Georgii, Sarlatensis diocesis, ad assignandum mille florenos auri de bonis quondam Bertrandi, episcopi Sarlatensis, apostolicae dispositioni reservatis provenientes, compellat, alias eum ad comparendum infra viginti dies citet. (Reg. 115, II, fol. 103 (307), c. 1558).

« *Faidito Guirandonis, archipresbitero ecclesie Sarlatensis* (1), *Apostolice Sedis nuntio.* Insinuatione fidedigna percepto — Datum XVII kalendas maii, anno quarto decimo ».

4166 15 avril 1330.

Eidem ut bona quondam Guillelmi Arnaldi, sacristae ecclesiae Burdegalensis ,capellani apostolici, pro Camera recipiat. (Reg. 115, fol. 103 (307), c. 1559).

« *Eidem.* Cum nos certis — Datum ut supra ».

4167 Avignon, 15 avril 1330.

Beatrici de Ungaria ut confessoris sui consiliis acquiescat nec ad Curiam veniat. (Reg. 115, II, fol. 213 (417), c. 2133).

« *Beatrici de Ungaria, moniali monasterii Vallis de Brisiaco, ordinis Cisterciensis, Viennensis diocesis.* Quia libenter quantum — Datum Avinione, XVII kalendas maii, anno quarto decimo ».

4168 16 avril 1330.

Abbati monasterii de Ardorello, decano de Burlacio et Stephano de Rocolis mandat quatinus sacristam seu the-

(1) Index : *archiepiscopo Saratensi.*

saurarium et capitulum ecclesiae Castrensis citare curent ut infra viginti dierum spatium apostolico conspectui se praesentent super facto unionis ecclesiae parrochialis Sancti Johannis de Bordellis cum capella Beatae Mariae de Platea sacristiae ecclesiae Castrensis responsuros. (Reg. 115, II, fol. 103 (307) v°, c. 1563).

« ..*Abbati monasterii de Ardorello et.. decano ecclesie de Burlacio, Castrensis diocesis, ac Stephano de Rocolis, canonico Carnotensi.* Ex parte dilectorum filiorum..consulum et universitatis civitatis Castrensis nobis exhibita petitio continebat quod bone memorie Deodatus, episcopus Catrensis, ecclesiam parrochialem Sancti Johannis de Bordellis prope civitatem predictam cum capella Beate Marie de Platea Castrensi, ab eadem parrochiali ecclesia dependente, sacristie ecclesie Castrensis, quam thesaurariam vocari voluit et decrevit in antea, auctoritate ordinaria univit. Cumque, propter unionem hujusmodi, hospitalitatem everti, helemosinas subtrahi que observari et fieri consueverunt in eisdem ecclesia et capella, cultumque ibidem divinum minui et in populo civitatis ejusdem ex hiis asserunt posse gravia scandala generari, nobis humiliter supplicaverunt ut, ad obviandum periculis et scandalis hujusmodi, exunire ab eadem sacristia seu thesauraria ecclesiam et capellam predictas easque reducere in eo statu quo erant ante unionem predictam auctoritate apostolica dignaremur. Nos autem, volentes super hiis et ea tangentibus, vocatis quorum interest ut providere de oportuno remedio in hac parte melius et salubrius possimus, informari, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios dilectos filios.. sacristam seu thesaurarium et.. capitulum ejusdem ecclesie Castrensis peremptorie citare curetis ut idem sacrista seu thesaurarius per se, dictum vero capitulum per procuratorem ydoneum, si sua putaverint interesse, infra viginti dierum spatium post citationem hujusmodi computandum apostolico conspectui se presentent, dicturi, proposituri et ostensuri causas rationabiles, si quas habent, quare.. consulum et universitatis predictorum hujusmodi petitio minime debeat exaudiri, ac voluntatem et ordinationem nostram super hiis audituri. Diem autem citationis hujusmodi et formam etc... Ceterum volumus quod prefati consules et universitas per procuratorem seu syndicum ydoneum similiter coram nobis debeant in oedem termino comparere. Datum XVI kalendas maii, anno quarto decimo ».

4169 Avignon, 17 avril 1330.

Roberto Albaroni de discrasia quae eum in peregrationis itinere invasit compatitur, eique Petrum de Capistagno, sacristam Narbonensem, ipsius physicum, qui ad partes illas prius se contulerat, commendat. (Reg. 115, II, fol. 118 (322), c. 1669).

« *Roberto Albaroni, domino Lercii, familiari nostro.* Discrasia, fili, que ceptum iter peregrinationis tue te cogit intermittere non sine compassione recepta, devotioni tue salubri suademus consilio ut divinam hujusmodi visitationem pacienter suscipiens, in Illo spiritum consolationis assumas qui suis medelam tribuit quos flagellat. Scit Ipse namque, cujus inscrutabilia existunt judicia, quid tibi pocius expedit in hac parte, cujus ordinationi humiliato acquiesce, quesumus, spiritu ut per patienciam et consolationem hujus sospitatem merearis celerius hominis utriusque. Et ecce quod nos dilecto filio Petro de Capistagno, sacriste Narbonensi, phisico nostro, qui ad eas partes se pridem contulerat, scribimus ut, pretermissis omnibus, ad presenciam tuam se conferens, diligentem tui, cum divino auxilio, curam gerat, cui tanquam probato et perito medico consulcius acquiescas. Datum Avinione, XV kalendas maii, anno quarto decimo ».

4170 Avignon, 17 avril 1330.

Praefato Petro de Capistagno ut, omnibus praetermissis, ad praesentiam ejusdem Roberti, Bitterris decumbentis, se conferens, curam illius habeat. (Reg. 115, II, fol. 118 (322) v°, c. 1670).

« *Eidem sacriste.* Compacienter accepto dilectum — Datum ut supra ».

4171 Avignon, 18 avril 1330.

Episcopo Argentinensi, de conventu faciendo cum episcopo Constantiensi ducibusque Austriae. (Reg. 115, II, fol. 165 (369) v°, c. 1937 ; — voir Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 455, n° 1299, note 2.).

« *Bertholdo, episcopo Argentinensi.* Scripsit nobis venerabilis frater noster Rudolphus, episcopus Constantiensis, quod ipse ac dilecti filii nobiles viri Albertus et Otto, duces Austrie, adverssu Ludovi-

cum de Bavaria hereticum et scismaticum suosque fautores et complices confederationem fecerant validam ne regnum Alamannie occupare valerent; quodque tecum, frater, ad tractandum vias et modos quibus premissa possint utilius et melius perfici debebant certis prefixis loco et termino convenire. Quocirca fraternitatem tuam attencius exhortamur quatinus circa predicta sic una cum eisdem episcopo ac nobilibus adhibere studeas diligenciam operosam quod proinde divinam et Apostolice Sedis gratiam uberius merearis, et ut de hiis que dilectus filius nobilis vir Henricus, comes palatinus Reni, dux Bavarie, nobis scripsit noviter notitiam habeas pleniorem, ecce quod litterarum ipsius seriem tibi cedula interclusa presentibus plenius indicabit. Datum ut supra [Avinione, XIIII kalendas maii, anno quarto decimo] ».

4172 Avignon, 19 avril 1330.

Bertholdo, episcopo Argentino, de subsidio quatuor millium florenorum auri quod obtulit regratiatur. (Reg. 115, II, fol. 165 (369) v°, c. 1938; — Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 455, n° 1300).

« *Eidem* [*Bertholdo*] *episcopo Argentino*. De summa quatuor — Datum Avinione, XIII kalendas maii, anno quarto decimo ».

4173 Avignon, 20 avril 1330.

Regi Franciae respondet quod decimam regi Angliae concedendo prejudicium ei facere non intendit eumque ad pacem cum eodem rege observandam hortatur. (Reg. 115, II, fol. 118 (322) v°, c. 1671).

« *Philippo, regi Francie illustri*. Serenitatis regie per manum magistri P. Galvani clerici tui, fili carissime, super facto decimarum quas carissimo in Christo filio nostro E., regie Anglie illustri, dicimur ad biennnium concessisse recepimus litteras hiis diebus, per quas petebat circumspectio regia ut dicto magistro P. fidem vellemus credulam adhibere. Quibus solita benignitate receptis, que dictus magister P. proposuit intelleximus diligenter. Dictus vero magister P. nobis prudenter exposuit quod inter te, fili carissime, et regem predictum Anglie nondum sic plene concordata sunt omnia, quin de guerra vel alia discordia, quod absit, possit probabiliter suspicari, quodque prefatus rex pretextu concessionis hujusmodi ad discordiam pronior vel ad rebellionem contra te paratior posset reddi; quare nobis ex parte regia supplicavit ut effectum concessionis predicte deberemus suspendere vel differre. Nos autem magnificenciam regiam volumus non latere quod licet diu ante tempus quo predicta concessio fuisse facta dicitur, rex ipse apud nos instancius pluries institisset quod sibi de decimis certorum annuorum fructuum ecclesiasticorum regni sui gratiam faceremus. Quia tamen nondum tibi homagium fecerat ex quo probabili poterat dissenssionis materia formidari, nos ejus instancie distulimus nostrum animum inclinare. Verum cum postmodum ad nostram audienciam non absque ingenti exultatione animi pervenisset quod dictum homagium fecerat rex prefatus, firmiterque credentes quod sublata foret dissensionis materia, et insuper ex nonnullorum relatibus supponentes quod ad firmandum concordiam inter vos mutuam de matrimoniis (1) aliquibus inter prolem tuam inclitam et fratrem et sororem ejusdem regis haberi debebat et jam fuerat ceptus tractatus, quedam circa concessionem predictarum decimarum fuerunt per nos et fratres nostros cum ejusdem regis nunciis decimas ipsas postulantibus concordata, que utique Romane Ecclesie jus et commodum concernere non mediocriter dinoscuntur. Ex quibus dum ipsa ad noticiam deducta fuerint regiam quod cum decenter fieri poterit, dante Domino, curabimus facere, regia providentia evidenter percipere poterit quod non ut idem rex propterea ad dissidendum tecum efficeretur promptior, sed ut ipsi provideretur Ecclesie sine cujusquam prejudicio, processum extitit ad premissa. Absit a nobis, absit, fili carissime, et utique aberit quod nos, quos tam officium pastorale quam multe cause concurrentes alie ad procurandum statum tranquillum et pacificum excellencie regie ejusque regno unde originem traximus nos astringunt, aliquid quod in contrarium premissorum posset vergere temptaremus. Profecto, si res foret integra, hoc rei evidencia comprobaret, et quamquam ut premittitur in dicto negocio sit in eodem negocio (*sic*) processum, tamen in statu in quo res est quantum decenter et sine Dei offensa poterimus intendimus circa predicta nos desideriis regiis coaptare, quamquam speremus indubie quod, Illo faciente in cujus manu regum corda consistunt, pax cunctis

(1) Reg. : *matrimonii*.

desideranda mortalibus inter vos stabilis subsequetur, presertim cum, ut ex litteris aliis regiis hiis diebus receptis evidenter percepimus, circumspectio regia nichil injustum, nichil indebitum postulet, sed sit prompta exhibere se quoad aliqua etiam liberalem ; et quia pacem illam desideranter appetimus, adhuc providenciam regiam rogamus attente ut ad ipsam animum regium debeat inclinare ; quantum affectuosius scimus (1), regi prefato Anglie ac ejus genitrici filie nostre carissime per nostras duximus suadendum litteras et eorum nuncios in eorum recessu a Curia informandos. Gratia Domini nostri Jhesu Christi cor regium dirigat in agendis. Datum Avinione, XII kalendas maii, anno quarto decimo ».

4174 Avignon, 21 avril 1330.

Eidem regi Franciae super insulae Rhodi custodia et passagii ordinatione respondet. (Reg. 115, II, fol. 119 (323), c. 1672).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Ad ea, fili carissime, que nobis misse noviter per excellentiam regiam littere super provisione gentis et necessariorum pro insule Rodi custodia et transfretatione dilecti filii generalis Hospitalis magistri serius continebant, breviter respondemus quod antequam prefatas recepissemus litteras regias cum eodem fuimus magistro sepius collocuti, et specialiter post adventum duorum fratrum qui ad eum venerant pro parte conventus insule supradicte, magister ipse nobis duxit taliter respondendum quod quamquam ad celerem passagii sui expeditionem intensis hanelaret affectibus et ad id operam daret quam poterat efficacem, tamen quia passagium ipsum nisi prius tractatu habito cum fratribus congredandis in eorum assembleya seu capitulo in augusto futuro proximo ordinato super hiis votivum nec prosperum poterat sortiri effectum, terminus quoque dicti capituli breviari non poterat propter fratrum congregandorum in eo distanciam citra capitulum, ipsum nequibat utiliter quomodolibet transfretare, ac insuper asserebat quod cum insula ipsa decenter foret usque per totum sequentem septembris mensem preter fructus etiam colligendos estate proxima munita necessariis, nullas interim insidias verebatur hostiles, quod utique fratres, qui de predicto conventu venerant, asserebant ex abundanti quoque, sicut asseruerunt, duas galeas armatas pannis et oportunis aliis, necnon duos usserios equis ad arma onustos magister ipse de mense proximo maii erat ad ipsam insulam transmissurus ; et ut de statu ipsius insule regie circumspectioni liqueret plenius, disponebat unum ex fratribus qui ad eum de ipsa insula venerant pro informatione regia illi breviter destinare, cum quo informari plenius poterit utrum premissis veritas suffragetur. Nos autem ut magister ipse suo celebrato capitulo in quo et de regimine ordinis cismarini et de ipso passagio ordinabitur, sine quo proficisci nequit, utiliter indilate proficisci debeat, adhibere non cessabimus solicitudinem oportunam. Fertur quoque quod ille qui se pro Grecorum imperatore gerit viam est universe carnis ingressus, propter quod etiam interim minus videtur de insula formidandum. Regie itaque excellencie prefatos magistrum et ordinem eorumque negocia propensius comendamus. Gracia Domini nostri Jhesu Christi cor regium ab adversis protegat et dirigat in agendis. Amen. Datum Avinione, XI kalendas maii, anno quarto decimo ».

(1) Sic.

4175 22 avril 1330.

Abbati et monasterio Cluniacensi ut duas decimas omnium eorum proventuum quae in capitulo generali pro Ecclesiae necessitatibus relevandis concessae fuerant, solvere velint. (Reg. 115, II, fol. 119 (323) v°, c. 1675).

« *Abbati et conventui monasterii Cluniacensis.* Cum sicut vestra prudentia non ignorat, dudum vos ac dilecti filii abbates, priores, decani cetereque persone vestri ordinis Cluniacensis nostras et Ecclesie Romane necessitates utique grandes et importabiles pia consideratione pensantes, et compatientes nobis et eidem Ecclesie super eis, duas decimas omnium vestrorum proventuum nobis pro dictis utilius relevandis necessitatibus in vestro generali capitulo duxeritis conce[den]das, et de ipsis decimis, quamvis jamdiu est eas deberetis solvisse, nobis nondum extiterit, de quo miramur plurimum, satisfactum, discretionem vestram attentius exhortamur quatinus taliter in instanti vestro capitulo ordinare curetis quod de predictis decimis, quibus pro negotiis incumbentibus nos et ipsa Ecclesia egere presencialiter plurimum noscimur, nobis absque ulterioris more

dispendio integraliter satisfiat, nobis que acta fuerint super hiis fideliter per exhibitorem presentium vel vestrum nuntium rescripturi. Datum ut supra [X kalendas maii, anno quarto decimo] ».

4176 22 avril 1330.

Abbati et conventui monasterii Grandissilvae, ut Bernardum Catenae, qui de ordine fratrum Minorum ad ordinem Cisterciensem se transferens habitum ejusdem ordinis a Raymundo, abbate monasterii Villaelongae Carcassonnensis diocesis, recepit, in eorum monasterium accipiant. (Reg. 115, II. fol. 119 (323) v°, c. 1674).

« .. *Abbati et conventui monasterii Grandissilve, ordinis Cisterciensis, Tholosane diocesis.* Pridem Bernardo Catene — Datum ut supra [X kalendas maii, anno quarto decimo] ».

4177 24 avril 1330.

Argentinensi episcopo in e. m. ac universis personis ecclesiasticis per Alemaniam constitutis (1) mandat ut a Michaele de Cesena complicibusque ejus se decipi minime permittat diligenciamque ad eos capiendos adhibeat. (Reg. 115, II, fol. 159 (363), p. c. 1899).

« *In e. m. Argentinensi episcopo.* Sicut vestra prudencia — Datum VIII kalendas maii, anno quarto decimo ».

4178 24 avril 1330.

Episcopo Elnensi, ut contra nonnullas personas suspectas in diocesi sua commorantes, cum inquisitore in terris Jacobi, regis Majoricarum, deputato juxta statuta canonum procedat. (Reg. 115, II, fol. 176 (380) v°, c. 1988).

« .. *episcopo Elnensi.* Cum nonnulle persone — Datum VIII kalendas maii, anno quarto decimo ».

4179 24 avril 1330.

Praefato inquisitori de eodem. (Reg. 115, II, fol. 177 (381), c. 1989).

« *Eidem inquisitori.* Cum nonnulle persone — Datum ut supra ».

(1) Cf. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 458, n° 1314.

4180 29 avril 1330.

Regi Franciae ut Roberti regis Siciliae nuntios ad suam pro Januensi pace redeuntes praesentiam commendatos habeat. (Reg. 115, II, fol. 119 (323) v°, c. 1677).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Pridem venerabili fratre nostro Petro, episcopo Calinensi, et dilectis filiis nobilibus viris Johanne de Laudo et Johanne de Floriaco, carissimi in Christo filii nostri Roberti regis Sicilie illustris nuntiis, a tue celsitudinis presencia, ad quam pro certis accesserant negociis, de beneplacito regio recedentibus et ad Sedem Apostolicam dirigentibus gressus suos, ambaxiatores et nuncii dilectorum filiorum .. intrinsecorum Januensium super tractatu concordie inter ipsos intrinsecos et extrinsecos Januenses ad eandem tuam presenciam accedentes prefatis nunciis regis Sicilie scribere curaverunt, ipsos rogando efficaciter quod, cum eorum presencia esset super dicto tractatu admodum oportuna, illuc redire quamtocius properarent. Cum autem iidem nuncii ad regie sublimitatis presenciam redeant ex hac causa, ipsos dictumque negocium regie providencie sicut alias et ut expediantur celeriter commendamus. Datum Avinione, III kalendas maii, anno quarto decimo ».

4181 Avignon, 30 avril 1330.

Barnabae, fratrum Praedicatorum generali magistro, ut nonnullas novitates statutis ordinis obvias in cedula interclusas revocet. (Reg. 115, II, fol. 119 (323) v°, c. 1678).

« *Barnabe, fratrum ordinis Predicatorum generali magistro.* Ad nostrum noviter pervenit auditum quod nonnullas novitates statutis et observantiis antiquis et salubribus tui ordinis obvias, ex quibus suboriri merito formidentur periculosa scandala, facere attemptasti. Cum itaque conventus et personas ejusdem ordinis nequaquam irritare, hiis presertim inpactatis temporibus, expediat, quin immo ipsos pocius revocare ad concordiam et unire in caritatis et pacis vinculo sit necesse, discretionem tuam in Domino exhortamur attentius tibique nichilominus sano consilio suademus quatenus circa novitates easdem, quarum seriem indicabit tibi cedula presentibus interclusa, revocando que generare scandalum vel pacem turbare possent ipsius ordinis, sic prudenter te gerere

studeas et clementer quod quibusvis sublatis turbationibus, tua gubernatio Deo ac eidem grata reddatur ordini, et circumpspectio tua debeat proinde merito commendari. Datum Avinione, II kalendas maii, anno quarto decimo ».

4182 Avignon, 30 avril 1330.

Magistro et diffinitoribus capituli fratrum ordinis Praedicatorum ut Raymundo de Duroforti, procuratori eorum ordinis, fidem adhibeant. (Reg. 115, II, fol. 120 (324), c. 1679).

« .. *magistro et diffinitoribus capituli fratrum ordinis Predicatorum.* Cum dilecto filio — Datum ut supra ».

4183 30 avril 1330.

Bernardo de Sancto Quintino ut super controversia inter homines castri de Montiliis, Carpentoratensis diocesis, et homines castri Biturritae, Avinionensis diocesis, ratione aquarum ex paludibus castri de Montiliis descendentium inita se informet et quid justum et expediens fuerit ordinet. (Reg. 115, II, fol. 208 (412) v°, c. 2100).

« *Bernardo de Sancto Quintino, jurisperito, judici temporalitatis ecclesie Avinionensis.* Pro parte dilectorum filiorum hominum et incolarum castri de Montiliis, Carpentoratensis diocesis, in comitatu Venayssini pertinente ad Romanam Ecclesiam consistentis, nobis exhibita petitio continebat quod, licet inter ipsos ac homines et incolas castri Biturrite, Avinionensis diocesis, ad Avinionensem ecclesiam pertinentis, dudum ex amicabili conventione, que jure communi fulciebatur, etiam extiterit ordinatum quod dicti homines ejusdem castri de Biturrita robinam de Aragal et aliam que vocatur Nova, ad recipiendum aquas defluentes ex paludibus predicti castri de Montiliis, et ut aque paludum ipsarum suum decursum haberent usque in flumine Sorgie, ne aquarum inundatio territoria utriusque partis destrueret, culturam impediret ac semina et segetes suffocaret ibidem, purgatas et refectas tenere deberent, tamen prelibati homines prefati castri de Biturrita premissa que in partis utriusque redundare asserunt commodum facere negligunt seu recusant. Quare nobis predicti homines et incole dicti castri de Montiliis humiliter supplicarunt ut eis providere de oportuno in hac parte remedio dignaremur. Nos autem, predictorum de Montiliis et de Biturrita castrorum ac habitatorum et incolarum ipsorum providere utilitatibus cupientes, discretioni tue, de qua fiduciam in Domino gerimus specialem, per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus ad loca paludum et robinarum hujusmodi te personaliter conferens et ea, vocatis evocandis, propriis subiciens aspectibus super premissis et ea tangentibus summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu judicii et figura informatione recepta, quod justum et expediens fuerit in hac parte ordines et decernas, faciens quod ordinaveris et decreveris ab eisdem partibus, prout ad quamlibet ipsarum pertinuerit, firmiter observari, contradictores ad hoc spiritualiter et temporaliter, appellatione postposita, cohercendo, non obstante si eis vel eorum aliquibus communiter vel divisim a Sede Apostolica sit indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum II kalendas maii, anno quarto decimo ».

4184 1er mai 1330.

Arnaldo de Verdala, ut fructus praepositurae de Cerris, ordinis sancti Benedicti, Electensis diocesis, et elemosinariae dictae ecclesiae Electensis tunc vacantium nomine Camerae Apostolicae recipiat solventesque quittet. (Reg. 115, II, fol. 107 (311) v°, c. 1582).

« *Magistro Arnaldo de Verdala, archidiacono Mirapiscensi, Apostolice Sedis nuncio.* Cum prepositura de — Datum kalendis maii, anno quarto decimo ».

4185 1er mai 1330.

Eidem ut si servitores quondam Arnaldi, episcopi Conseranensis, duas partes de bonis ejusdem episcopi dispositioni apostolicae reservatis quae detinent Camerae Apostolicae assignaverint, tertiam partem eis remittat. (Reg. 115, II, fol. 108 (312), c. 1583).

« *Eidem.* Dudum tibi petendi — Datum ut supra ».

4186 1er mai 1330.

Eidem, ut bona quae quondam Robertus de Albarupe, rector patrimonii beati Petri in Tuscia, in ecclesia de Hanolhosio, Tholosanae diocesis, habebat, Camerae Apostolicae spectantia, nepotibus ejusdem Roberti, pietatis intuitu, assignet. (Reg. 115, II, fol. 108 (312), c. 1584).

« *Eidem.* Insinuatione tua nuper — Datum ut supra ».

4187 1er mai 1330.

Guillelmo, archiepiscopo Tholosano, facultatem creandi duos tabelliones ab Arnaldo de Verdala praesentandos concedit. (Reg. 115, II, fol. 108 (312), c. 1585).

« *Guillelmo, archiepiscopo Tholosano.* Cum dilectus filius — Datum ut supra [kalendis maii, anno quarto decimo] ».

4188 Avignon, 4 mai 1330.

Eduardum, comitem Barensem, de devotione sua commendat eique nuntiat se petitiones suas super quodam hospitali et nonnullis aliis exaudisse. (Reg. 115, II, fol. 120 (324), c. 1680 ; — Sauerland, *Quellen zur lothringischen Geschichte*, p. 285, n. 615).

« *Eduardo, comiti Barensi.* Nobilitatis tue litteras — Datum Avinione, IIII nonas maii, anno quarto decimo ».

4189 Avignon, 4 mai 1330.

Philippo, regi Franciae, negotia quae Dominicus, episcopus Appamiarum, occasione quarumdam novitatum ecclesiae suae illatarum, in regali curia expedire habet, commendat. (Reg. 115, II, fol. 120 (324), c. 1682).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Cum venerabilis frater — Datum ut supra ».

4190 Avignon, 4 mai 1330.

Guigoni, dalphino Viennensi, Bertrandum archiepiscopum Viennensem commendat. (Reg. 115, II, fol. 213 (417) vo, c. 2135).

« *Guidoni* (1), *dalphino Viennensi.* Ad personam venerabilis — Datum Avinione, IIII nonas maii, anno quarto decimo ».

(1) *Corriger* : Guigoni.

4191 5 mai 1330.

Petro de Marsa in e.m. ac Guillelmo de Sancta Mora (1) indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 115, II, fol. 103 (307), p. c. 1557).

« *In e. m. nobili viro Petro de Marsa, domino de Girunda.* Sincere devotionis affectus — Datum III nonas maii, anno quarto decimo ».

4192 5 mai 1330.

Johanni episcopo Aurelianensi ut Terricum, abbatem monasterii Sancti Nicolai de Nemore, ordinis sancti Benedicti, Laudunensis diocesis, ad executionem testamenti Stephani, Sancti Ciriaci in Terminis presbyteri cardinalis, compellat, alias eum ad comparendum citet. (Reg. 115, II, fol. 104 (308), c. 1564).

« *Johanni, episcopo Aurelianensi.* Ad nostri apostolatus — Datum III nonas maii, anno quarto decimo ».

4193 Avignon, 8 mai 1330.

Regi Majoricarum, ut episcopo Elnensi et inquisitori contra suspectos de fide procedentibus assistet. (Reg. 115, II, fol. 194 (398), c. 2025).

« *..regi Majoricarum.* Ad audientiam nostri — Datum Avinione, VIII idus maii, anno quarto decimo ».

4194 10 mai 1330.

Bonifacio de Falgario in e.m. ac Guillelmo de Sancta Mora (2) indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 115, II, fol. 103 (307), p. c. 1557).

« *In e. m. Bonifacio de Falgario, priori prioratus de Patricianis, Convenarum diocesis.* Sincere devotionis affectus — Datum VI idus maii, anno quarto decimo ».

4195 12 mai 1330.

Eustachiae, relictae Rambaldi de Chalma, in e.m. (3)

(1) Cf. *supra*, n. 4154, c. 1557.
(2) Cf. *supra*, n. 4154.
(3) *Idem.*

indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 115, II, fol. 103 (307), p. c. 1557).

« *In e. m. nobili mulieri Eustachie, relicte quondam Rambaldi de Chalma, Vapincensis diocesis.* Sincere devotionis affectus — Datum IIII idus maii, anno quarto decimo ».

4196 Avignon, 12 mai 1330.

Reginae Franciae cujusdam litterae Sanciae Siciliae reginae tenorem in cedula mittit interclusa. (Reg. 115, II, fol. 120 (324), c. 1683).

« *Johanne, regine Francie illustri.* Quia tenemus indubie devotionem regiam quibusque divine virtutis laudem et gloriam attollentibus jugiter delectari, ecce ad hujusmodi regie devotionis ac consolationis augmentum, que Dei misericordia ineffabili potentia circa filiam nostram in Christo carissimam Sanciam, reginam Sicilie illustrem, operari miraculose dignata est hiis diebus, cedula interclusa presentibus tenorem littere per eandem reginam nobis directe noviter continens seriosius indicabit. Datum Avinione, IIII idibus maii, anno quarto decimo ».

4197 Avignon, 13 mai 1330.

Regi Franciae ut duellum per curiam regiam inter B. comitem Convenarum et R. de Ponte indicatum abolere velit. (Reg. 115, II, fol. 120 (324), c. 1685).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Habet, fili carissime, vox communis, cui profecto fidedignorum assertio consonat et concordat, quod sic Rex regum regalium te virtutum gloriosis titulis insignivit quod deformata reformare noveris et corrigenda corrigere ac dirigere indirecta, quodque veritatem diligens in judiciis, ipsam investigare niteris, falsitatem ab eis prorsus desiderans exulare. Sane, fili carissime, cum probationem que contingit per duella fieri falsam fore magistra frequentius rerum experientia doceat, hocque pagina juris utriusque testetur, excellentiam regiam rogamus attentius et hortamur quatinus, ob Dei reverenciam et honorem tueque salutis obtentum et glorie perennis augmentum, cum viris in utroque jure, divino videlicet et humano, simul vel divisim expertis, quid super hoc saluti anime tue expediat deliberes sedule, quodque per ipsorum deliberationem reperis ordines inviolabiliter observare. Si enim, fili, in causa pecuniaria falsam admitti probationem nullatenus patereris, quomodo hoc in criminalibus, in quibus majus periculum vertitur, et propterea est in illis certior et clarior adhibenda probatio, patieris ? Profecto, fili carissime, indubie speramus et credimus quod, si circa ista intenderis, divinam in presenti promereberis abundantius gratiam ac uberiorem gloriam in futuro. Ad hoc, fili carissime, cum inter duos viros nobiles regni tui, multis virtutibus congruentibus personis militaribus insignitos, videlicet dilectum filium B., comitem Convenarum, et R. de Ponte, dominum Ribayriaci, duellum sit per curiam regiam judicatum, clemenciam regiam affectu ampliori quo possumus deprecamur ut consideranter attendens quod per talia, ut premissum est, veritas non probatur, necnon et attente considerans fidem quam progenitores ipsorum et ipsi etiam tuis servaverunt predecessoribus, tibique ac tuis successoribus tam ipsi quam eorum successores sunt et erunt, dante Domino, servare parati, necnon et in consideratione deducto quod duo tales viri, sic utiles, sic honorabiles regno tuo possent, quod absit, in dicto duello perire, quod utique non absque grandi jactura cujusque ipsorum generis, ymo verius totius regni tui fieret, illud abhorrens spectaculum, judicium premissum dignetur regia pietas abolere pacemque inter ipsos reformare stabilem, quod procul dubio erit facile hoc pacto. Gratia Domini nostri Jhesu Christi cor regium dirigat et protegat ab adversis. Amen. Datum Avinione, III idus maii, anno quarto decimo ».

4198 Avignon, 13 mai 1330.

Reginae Franciae ut eundem regem ad praemissa inducat. (Reg. 115, II, fol. 120 (324) v°, c. 1686).

« *Johanne, regine Francie.* Est de tua — Datum Avinione, III idus maii, anno quarto decimo ».

4199 Avignon, 13 mai 1330.

Johannae reginae Franciae, ut magistro Hugoni de Engolisma, archidiacono Cantuariensi, pro certis negotiis

ad regalem Franciae curiam destinato, fidem adhibeat eique assistat. (Reg. 115, II, fol. 120 (324), c. 1684).

« *Eidem regine* (1) *Francie.* Cum dilectum filium — Datum Avinione, III idus maii, anno quarto decimo ».

In e. m. Carlo, comiti Alenconii.

In e. m. Roberto, comiti Bellimontis.

In e. m. Guillelmo de Sancta Maura, decano ecclesiae Turonensis, cancellario Francie.

In e. m. Ludovico, duci Borbonesii.

In e. m. Petro, archiepiscopo Senonensi.

In e. m. Andreae, electo Atrebatensi.

In e. m. episcopo Parisiensi.

In e. m. Petro, abbati monasterii Cluniacensis.

In e. m. G., archiepiscopo Bituricensi.

In e. m. G., archiepiscopo Auxitano.

In e. m. Alberto, episcopo Laudunensi.

I. e. m. Talayrando, episcopo Autissiodorensi.

In e. m. Petro, episcopo Silvanectensi.

In e. m. Johanni, episcopo Belvacensi.

In e. m. Johanni, episcopo Carnotensi.

In e. m. Johanni, electo Abrincensi. (Reg. 115, II, fol. 120 (324), p. c. 1684).

4200 Avignon, 14 mai 1330.

Regi Franciae super liberatione bonorum Petri, quondam episcopi Carcassonensis, scribit. (Reg. 115, II, fol. 120 (324) v°, c. 1687).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Iteratas pridem regie celsitudini preces ut venerabilem fratrem nostrum Petrum, episcopum Carcassonensem, liberationem et expeditionem bonorum bone memorie Petri, episcopi Carcassonensis, predecessoris sui, occupatorum, sicut fertur, per gentes regias prosequentem, ejusque procuratores habere vellet favorabiliter commendatos regia providencia meminimus direxisse. Sane quia nondum, ut accepimus, suum consecute fuerunt effectum, eo affectuosius quo sepius preces multiplicamus easdem. Datum Avinione, II idus maii, anno decimo quarto ».

4201 Avignon, 14 mai 1330.

Guillelmo de Sancta Maura eumdem Petrum ejusque procuratores in praemissis iterum commendat. (Reg. 115, II, fol, 120 (324) v°, c. 1688).

« *Guillelmo de Sancta Maura, decano ecclesie Turonensis, carissimi in Christo filii nostri Philippi regis Francie illustris cancellario.* Ut super amovendis — Datum ut supra ».

In e. m. Petro, archiepiscopo Senonensi.

4202 15 mai 1330.

Stephano de Diosido, judici majori comitatus Venayssini, ut in causa appellationis per Franciscum Raymundi factae in prejudicium curiae castri de Thoro procedat. (Reg. 115, II, fol. 209 (413), c. 2104).

« *Stephano de Diosido, archidiacono Caturcensi, judici majori comitatus Venayssini.* Significavit nobis dilectus filius nobilis vir Geraldus Amici, dominus castri de Thoro in comitatu Venaissini consistentis, quod licet a particularibus curiis ad generalem dicti comitatus curiam immediate consueverit ab antiquis temporibus in casibus emergentibus appellari, tamen Franciscus Raymundi, civis Avinionensis, et quidam alii sui complices, dudum in curia predicti castri de Thoro coram officialibus predicti nobilis ad judicium super certis excessibus criminaliter evocati, respondere ac parere justitie recusantes, et asserentes sibi gravamina per curiam de Thoro predictam inferri, non ad generalem prelibati comitatus curiam, ut debebant, sed ad Sedem Apostolicam appellarunt. In qua quidem appellationis causa coram dilecto filio magistro Carolo de Cremona, juris civilis professore, judice causarum criminalium que per appellationem ad dictam Sedem de terris Ecclesie deferuntur, ex commissione sibi facta super hoc per nostras certi tenoris litteras procedente, oblato per eosdem Franciscum et complices in predicte appellationis causa libello ad aliquos actus, citra tamen contestationem litis, litigatum extitit processum. Sane tam (1) ex processu cause hujusmodi, si coram eodem magistro Carolo agitaretur ulterius, tam eidem nobili quam dicte generali curie generatur, sicut ex parte predicti nobilis asseritur, prejudicium manifeste, nobis humiliter supplicavit ut dignaremur super hoc de oportuno remedio providere. Nos autem unicuique suam justiciam observari cupientes illesam, discretioni

(1) Index : *regi.*

(1) *Sic. Corriger* tam *en* cum ?

tue per apostolica scripta mandamus quatinus, si premissis veritas suffragetur, in causa seu negocio appellationis hujusmodi non obstantibus processibus coram dicto magistro Carolo super premissis, dummodo lis coram ipso contestata non fuerit, habitis, aut litteris quibusvis a nobis in contrarium emanatis, procedere mediante justitia non postponas. Datum idibus maii, anno quarto decimo ».

4203 15 mai 1330.

Archiepiscopo Tholosano, ut Bernardum Cathenae, monachum monasterii Grandissilvae, ordinis Cisterciensis, Tholosanae diocesis, qui ab ordine fratrum Minorum ad ordinem Cisterciensem se transferens, a R. abbate monasterii de Bonavalle, dicti Cisterciensis ordinis, Carcassonensis diocesis, habitum monachalem recepit, ab injuriis defendat. (Reg. 115, II, fol. 107 (311), c. 1577).

« .. *archiepiscopo* (1) *Tholosano*. Exponente nobis dudum — Datum idibus maii, anno quarto decimo ».

4204 14-17 mai 1330.

Aymerico, vicecomiti Narbonensi, de infirmitate consolatur eique plenam indulgentiam mittit. (Reg. 115, II, fol. 120 (324) v°, c. 1689).

« *Aymerico, vicecomiti Narbonensi*. Non absque compassione te, fili, corporali percepimus infirmitate gravari, et ecce quod, pro consolatione tua saluteque anime, litteras nostras super impendenda tibi plena indulgentia, quam concedere consuevimus, devotioni tue cum presentibus destinamus, tuam providentiam in Domino attencius exhortantes quatinus consideranter attendens quod misericors Dominus quos diligit flagellando interdum visitat ut castigati efficiantur sue gratie aptiores, eidem pro visitatione tua gratias referre sicque te spiritualiter et temporaliter juxta sue voluntatis beneplacitum disponente non omittas, ut dicere merito valeas quod ejus visitatio tuum spiritum visitavit. [Datum] (2) ».

(1) *Index* : Petro.

(2) Nous avons attribué arbitrairement à cet acte, dont la date est incomplète, une date limitée par celle des deux actes entre lesquels il est transcrit (c. 1688 et 1690, n°s 4201 et 4205).

4205 Avignon, 17 mai 1330.

Regi Franciae negotia quae magister Arnaldus de Codico, juris peritus, in curia regia agere habet iterum commendat. (Reg. 115, II, fol. 121 (325), c. 1690).

« *Philippo, regi Francie illustri*. Dilectum filium magistrum — Datum Avinione, XVI kalendas junii, anno quarto decimo ».

4206 17 mai 1330.

Guillelmo de Narbona indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 115, II, fol. 109 (313) v°, c. 1591).

« *Nobili viro Guillelmo de Narbona, domino de Monteacuto, Tholosane diocesis*. Integritas sincere devotionis — Datum XVI kalendas junii, anno quarto decimo ».

4207 Avignon, 18 mai 1330.

Ademaro episcopo Metensi, in e.m. ac episcopo Lingonensi, administratori ecclesiae Basiliensis in spiritualibus et temporalibus auctoritate apostolica deputato, ut ligam cum aliis episcopis et fidelibus contra Ludovicum de Bavaria faciat. (Reg. 115, II, fol. 168 (372) v°, p. c. 1952 ; — Sauerland, *Quellen zur lothringischen Geschichte*, p. 286, n. 616).

« *In. e. m. Ademaro episcopo Metensi*. [Qualiter hostis ille Dei et Ecclesie Sancte sue fideique catholice sevissimus persecutor Ludovicus de Bavaria, hereticus et scismaticus manifestus, ad persequendum Ecclesiam ipsam ejusque devotos et fideles partium Alamannie ipsosque a suis fidelitate ac devotione subvertendum, excogitatis malitiis et exquisitis fraudibus, una cum suis sequacibus et complicibus suis parare moliatur insidias ad eorum bona exaurienda, sicut devoravit res et substancias illorum qui sibi adheserunt in Italia nichilominus aspirando, tue fraternitatis providencia non ignorat, cumque variis ex premissis emergentibus periculis sit a fidelibus onus, ne suum dampnandum conceptum possit in partum producere, obviandum, nos, considerantes attente quod virtus unita fortior existere noscitur se ipsa dispersa, expediens plurimum arbitramur quod tu, frater, cum venerabilibus fratribus nostris .. Metensi, .. Argentinensi et .. Constantiensi epis-

copis ac aliis partium ipsarum fidelibus de quibus expedire tu et ipsi episcopi, quibus inde consimiles dirigimus litteras, videritis, unire ac facere ligam et confederationem solidam ad resistendum hosti predicto fortius et virilius procuretis, super quo tua circumspectio diligentiam adhibere, quesumus, studeat, sublata cunctatione qualibet, operosam. Datum Avinione, XV kalendas junii, anno quarto decimo] ».

In e m. Bertholdo, episcopo Argentino.

4208 19 mai 1330.

Petro, abbati monasterii Cluniacensis, ut magistro Hugoni de Engolisma, archidiacono Cantuariensi, speciali papae nuntio fidem adhibeat eique assistat. (Reg. 115, II, fol. 121 (325), c. 1691).

« *Petro, abbati monasterii Cluniacensis.* Prudencie tue nuper — Datum XIIII kalendas junii, anno quarto decimo ».

4209 19 mai 1330.

Regi Franciae Robertum Albaroni commendat. (Reg. 115, II, fol. 121 (325), c. 1692).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Cum dilectus filius nobilis vir Robertus Albaroni, dominus castri de Lercio, familiaris noster, ratione quarundam novitatum que sibi in eodem castro, quod ab ecclesia Avinionensi tenet in feudum, inferuntur, quedam habeat in curia regia expedire, regalem excellenciam rogamus attente quatinus ipsum super premissis velit regalis sublimitas, honestate previa, habere propensius commendatum. Datum ut supra [XIIII kalendas junii, anno quarto decimo] ».

In e. m. mutatis mutandis Guillelmo de Sancta Mora, decano ecclesie Turonensis, dicti regis cancellario.

4210 Avignon, 23 mai 1330.

Eidem regi negotia Petri de Ferrariis, militis, iterum commendat. (Reg. 115, II, fol. 121 (325), c. 1693).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Dilectum filium nobilem — Datum Avinione, X kalendas junii, anno quarto decimo ».

4211 25 mai 1330.

Terminum suspensionis cessationis a divinis quem canonici Remenses ratione cujusdam quaestionis inter ipsos et Remensem archiepiscopum indixerant, usque ad instans festum beatae Mariae prorogat. (Reg. 115, II, fol. 108 (312) v°, c. 1588).

« *..decano et capitulo Remensibus.* Questiones et lites inter vos, ex parte una, et venerabilem fratrem nostrum Guillelemum, archiepiscopum Remensem, ex altera, super nonnullis articulis jurisdictionem, immunitatem et privilegia ecclesie Remensis tangentibus suscitatas, tam per celeris exhibitionem justitie quam per eque provisionis remedium, circumscisis superfluitatibus que per amfractus consueverant induci litium, ad supplicationem ejusdem archiepiscopi et procuratorum vestrorum apud Sedem Apostolicam presentium decidere intendentes, et providere volentes nichilominus quod in ecclesia Remensi predicta divinus cultus non diminueretur propter hoc, quem cupimus ad laudem divini nominis adaugeri, dudum cessationem a divinis, quam vos, ex certis causis quas canonicas asserebatis et justas, in eadem ecclesia ratione injuriarum quas ab eodem archiepiscopo inferri vobis dicebatis indebite, memorato archiepiscopo proponente contrarium, indixistis, auctoritate apostolica duximus per nostras certi tenoris litteras usque ad certos terminos diversis temporibus sicut in eisdem plenius continetur litteris, suspendendam. Sane quia ultimus dicte suspensionis terminus est in octabis instantis festi Penthecostes terminandus, nondum decisis omnino predictis questionibus et litibus, nos, qui circa decisionem ipsam jam solerter laboravimus et laborare intendimus ut vobis et eidem archiepiscopo pacis et quietis preparemus commoda, nolentes quod in tam solemni ecclesia cessetur hiis temporibus a divinis, ab eisdem octabis usque ad octabas instantis festi Assumptionis beate Marie virginis inclusive suspensionem cessationis hujusmodi auctoritate predicta tenore presentium prorogamus, auctoritate decernentes eadem cessationem predictam usque ad hujusmodi prorogatum terminum non servandam, sed, tam in predicta quam aliis ecclesiis civitatis Remensis, in quibus occasione hujusmodi cessatum extitit, fore celebranda divina officia diurna pariter et nocturna, sicut celebrabantur antequam indicta fuisset cessatio prelibata. Non tamen intendimus per prorogationem hujusmodi juribus vestris et ejusdem

archiepiscopi super questionibus et litibus antedictis seu privilegiis, libertatibus, immunitatibus et exemptionibus vestris in aliquo derogari, sed ea in sua permanere volumus firmitate, quam quidem cessationem hujusmodi termino prorogationis elapso nisi, medio tempore, dicte questiones et lites judicio vel concordia fuerint terminate, resumere valeatis, illam vim eandemque vigorem per omnia et in omnibus habituram quam habebat et habere poterat ante suspensionem predictam. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, juxta prorogationem nostram hujusmodi, divina officia in eadem Remensi ecclesia per totum tempus prorogationis hujusmodi, nisi aliud preter cessationem predictam obviaret, canonicum (*sic*) celebretis, et idem in aliis civitatis ejusdem ecclesiis, in quibus cessatio hujusmodi extitit observata, fieri volumus et mandamus. Datum VIII kalendas junii, anno quarto decimo ».

4212 28 mai 1330.

Bernardo, nato Guillelmi Bernardi de Narcesio, facultatem percipiendi fructus beneficiorum in absentia, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, usque ad triennium concedit. (Reg. 115, II, fol. 107 (311) v°, c. 1581).

« *Bernardo, nato quondam Guillelmi Bernardi de Narcesio, canonico Carnotensi* .. Ex (1) tue devotionis — etc. ut in forma (2) ».

4213 28 mai 1330.

Judicibus, ut eidem Bernardo dictos fructus ministrari faciant. (Reg. 115, II, fol. 107 (311) v°, p. c. 1581).

« *Judicibus.* Mandamus quatinus vos — Datum V kalendas junii, anno quarto decimo ».

4214 5 juin 1330.

Petro Danrocha et Bertrando Barge, ut de excessibus archidiaconi de Sancto Paulo in ecclesia Avinionensi aliorumque monasterii Sancti Pauli de Manseolo, ordinis sancti Augustini, Avinionensis diocesis, administratorum veritatem inquirant totumque referant. (Reg. 115, II, fol. 209 (413) v°, c. 2105).

(1) Reg : *et.*
(2) La date est donnée par l'acte suivant.

« *Petro Danrocha, preposito de Haento, Lemovicensis diocesis, episcopatus Avinionensis in spiritualibus et temporalibus vicario generali auctoritate apostolica deputato, ac Betrando Barge, elemosinario Avinionensis ecclesiarum.* Ad nostri apostolatus — Datum nonis junii, anno quarto decimo ».

4215 Avignon, 10 juin 1330.

Senescallo Provinciae mandat ut subsidium gentis cujusdam armigerae ad Pedemontis terras mittere non differat. (Reg. 115, II, fol. 213 (417) v°, c. 2136).

« *Johanni de Aquablanca, militi, senescallo Provincie.* De tue prudentia — Datum Avinione, IIII idus junii, anno quarto decimo ».

4216 11 juin 1330.

Falconi, episcopo Tholonensi, testandi facultatem concedit. (Reg. 115, II, fol. 209 (413), c. 2102).

« *Falconi, episcopo Tholonensi.* Quoniam humane fragilitatis — Datum III idus junii, anno quarto decimo ».

4217 11 juin 1330.

Eidem indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 115, II, fol. 209 (413), c. 2103).

« *Eidem.* Ingentis devotionis affectus — Datum ut supra ».

4218 11 juin 1330.

Senescallo Provinciae, ut mercatoribus societatis Bardorum de Florencia frumentum captum per quosdam de castro Monachi restitui faciat. (Reg. 115, II, fol. 213 (417) v°, c. 2137).

« *Eidem* [*Johanni de Aquablanca, senescallo Provincie*]. Exposuerunt nobis dilecti filii mercatores societatis Bardorum de Florencia quod, cum ipsi pridem de mense maii proximo preterito non modicam quantitatem frumenti de partibus regni Castelle in quadam cocha transvehi apud Massiliam per

mare facerent et conduci, dictaque cocha cum frumento predicto per mare Beccoli comitatus Provincie, cujus senescallus existis, transiret, Pelatus et quidam alii de castro Monachi, Niciensis diocesis, contra conventiones et pacta de non offendendo in terra vel mari nec dampnificando devotos et fideles carissimi in Christo filii nostri Roberti, regis Sicilie illustris, in personis aut rebus eorum habita, sicut accepimus, temere venientes, predictam cocham ceperunt hostiliter et una cum frumento predicto ad dictum castrum Monachi adduxerunt, dictum frumentum prelibatis mercatoribus restituere quamvis requisiti pluries extiterint denegando. Quocirca nobilitatem tuam rogamus et hortamur attentius quatinus dictos mercatores habens super hiis et aliis, prout honestas suaserit, favorabiliter commendatos, ut eisdem frumentum restituatur predictum, nec propter hoc pacta infringi valeant supradicta, operosam adhibere solicitudinem viis et modis, quibus expedire videris, non postponas. Datum III idus junii, anno quarto decimo ».

4219 13 juin 1330.

Arnaldo de Verdala, archidiacono Mirapiscensi, ut Nicoluciae, natae quondam Richi Corboli (1), mercatoris de Perusio, de fructibus ecclesiarum de Bellopodio et de Graychens, Mirapiscensis ac Sancti Papuli diocesum, pro summa eidem Richo a Camera Apostolica debita satisfaciat. (Reg. 115, II, fol. 104 (308) v°, c. 1566).

« *Eidem archidiacono* [*Arnaldo de Verdala*]. Pridem (2) volentes Richo — Datum idibus junii, anno quarto decimo ».

4220 13 juin 1330.

Arnaldo de Verdala ut bona Bartholomei, episcopi Electensis, Apostolicae Sedi reservata, si eum mori contigerit, recipiat. (Reg. 115, II, fol. 108 (312) v°, c. 1586).

« *Magistro Arnaldo de Verdala.* Volentes de bonis — Datum idibus junii, anno quarto decimo ».

4221 [15 juin 1330].

Petro Marini, quod fructus beneficiorum suorum quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, in absentia usque ad triennium recipere possit. (Reg. 115, II, fol. 107 (311), c. 1578).

« *Petro Marini, canonico Xanctonensi.* Exposcunt devotionis tue — .. etc. ut in forma » (1).

4222 15 juin 1330.

Mirapiscensi et Avinionensi praepositis, ac Petro Beraldi, executoribus super eodem, ut praefato Petro dictos fructus ministrari faciant (Reg. 115, II, fol. 107 (311) v°, c. 1579).

« *Judicibus* : .. *Mirapiscensis et* .. *Avinionensis prepositis, ac Petro Beraldi, canonico Caturcensis ecclesiarum.* Exposcunt etc ... Datum XVII kalendas julii, anno quarto decimo ».

4223 [15 juin 1330 ?].

Eidem Petro Marini testandi facultatem concedit. (Reg. 115, II, fol. 107 (311) v°, c. 1580).

« *Eidem Petro Marini.* Quoniam humane fragilitatis — Datum (2). »

4224 Avignon, 17 juin [1330].

Bernardo, episcopo Lodovensi, de missione libri *Speculi Sanctoralis* tertiam partem continentis regratiatur petitionesque suas exaudisse nuntiat. (Reg. 115, II, fol. 121 (325), c. 1694).

« *Bernardo, episcopo Lodovensi.* Librum *Speculi Sanctoralis* — Datum Avinione, XV kalendas julii ».

4225 19 juin 1330.

Guillelmo La Chapella et Galhardo Juliani, ut priori et conventui monasterii Beatae Mariae de Templo, Caturcensis diocesis, necessaria assignent. (Reg. 115, II, fol. 105 (309) v°, c. 1571).

(1) Index : *Carboli.*
(2) Reg. : *Vridem.*

(1) La date est donnée par l'acte suivant.
(2) Sans date, peut-être est-ce la même que celle des deux actes précédents.

« *Guillelmo La Chapella, preposito de Navis, Tutellensis, et Galhardo Juliani, canonico Caturcensis ecclesiarum, fructuum beneficiorum ecclesiasticorum apud Sedem Apostolicam vacantium per nos dudum sub certa forma reservatorum in Caturcensi, Ruthenensi et Vabrensi civitatibus et diocesibus collectoribus auctoritate apostolica deputatis.* Cum dilectos filios — Datum XIII kalendas julii, anno quarto decimo ».

4226 19 juin 1330.

Gasberto, archiepiscopo Arelatensi, ut Roberto de Via, nato Petri de Via, militis, domino Villaemuri, Montisalbanensis diocesis, apud Sedem Apostolicam existentis, sacramentum confirmationis et tonsuram conferre clericalem possit. (Reg. 115, II, fol. 209 (413), c. 2101).

« *Gasberto, archiepiscopo Arelatensi, camerario nostro.* Ut dilecto filio — Datum XIII kalendas julii, anno quarto decimo ».

4227 19 juin 1330.

Raymundo de Barre indulgentiam in articulo mortis in e.m. ac episcopo Tholonensi ( ) concedit. (Reg. 115, II, fol. 209 (413), p. c. 2103).

« *In e. m. Raymundo de Barre, militi, Mimatensis diocesis.* Ingentis devotionis affectus — Datum XIII kalendas julii, anno quarto decimo ».

4228 Avignon, 21 juin 1330.

Petro de Ungula de discrasia quae eum a Curia recedentem gravavit compatitur eumque ad patientiam hortatur. (Reg. 115, II, fol. 121 (325), c. 1695).

« *Petro de Ungula, priori domus Sancti Egidii, ordinis Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani.* Audivimus proculdubio displicenter — Datum Avinione, XI kalendas julii, anno quarto decimo ».

4229 Avignon, 21 juin 1330.

Miloni, domino de Noeriis, ut Petro Troncelli (2), cambellano regio, fidem adhibeat. (Reg. 115, II, fol. 121 (325), c. 1696).

« *Miloni, domino de Noeriis.* Cum dilecto filio — Datum ut supra.

In e. m. magistro Guillelmo de Sancta Maura, decano ecclesie Turonensis, Philippi regis Francie cancellario.

In e. m. Martino de Essartis, magistro Camere Compotorum dicti regis.

In e. m. Egidio de Salvacuria ».

4230 22 juin 1330.

Bernardo Cathenae, nunc monacho monasterii Grandissilvae, et antea ordinis fratrum Minorum, quod locum et vocem in capitulo habere possit. (Reg. 115, II, fol. 106 (310), c. 1574).

« *Bernardo Cathene, monacho monasterii Grandissilve, ordinis Cisterciensis, Tholosane diocesis.* Solet plerumque pia — Datum X kalendas julii, anno quarto decimo ».

4231 Avignon, 23 juin 1330.

Regi Franciae conceditur decima biennalis. (Reg. 115, II, fol. 121 (325) v°, c. 1698).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Benigne recepimus litteras regias nobis per dilectum filium ... oblatas et diligenter intelleximus que earum series nunciabat. Sane [cum] super contentis in eis litteris diebus preteritis excusationes judicio nostro et fratrum nostrorum quibus hoc aperuimus probabiles quoad presens ... (*sic*) rescripsissemus celsitudini regie, non irrationabiliter fuimus admirati quod sic festine preces istas, fili carissime, duxeris iterandas. Novit enim regia celsitudo quod decima temporis preteriti dudum tibi concessa nondum integre est collecta, cum ultimus terminus fuerit in festo Ascensionis Domini proxime jam elapso. Sane quia forsan pondus illius actus laudabilis, scilicet reformationis monete, urget te ad sic festine subsidium hujusmodi postulandum, nos, qui tibi circa talia onera compatimur non indigne, volentes tibi manum porrigere adjutricem, attendentes nichilominus laudabile propositum regium circa

(1) *Supra*, n° 4217.
(2) Index : *Torcelli*.

continuationem monete hujusmodi, necnon et ecclesias et personas ecclesiasticas in suis juribus et justis libertatibus deffendendas adeo graciose et favorabiliter sicut (1) unquam fuerunt defense temporibus retroactis, quodque circa confirmationem privilegiorum ecclesiarum a tuis predecessoribus concessorum et amotionem quantum ad prelatos et personas ecclesiasticas illius oneris que reva vulgariter dicitur intendis, sicut continent eedem littere, taliter providere quod et nos et ipsi poterimus contentari, tenentes indubie quod verbum tuum non facies irritum, sic id plenius quam obtuleris benivolentia regia adimplebit, quamquam necessitates Ecclesie Romane, sicut circumspectionem regiam latere non credimus, sint graves adeo quod prius illis videretur quam aliis succurendum, sperantes tamen quod et sicut ipsa tuis compatitur compacieris et suis, eisque predecessorum tuorum vestigiis inherendo adhibebis remedia oportuna juxta morem et modum tibi concessum, aliam biennalem decimam solvendam in certis terminis de fratrum nostrorum consilio duximus concedendam. Circa facta vero ejusdem Ecclesie imposuimus militi prefato aliqua cujus relatibus fidem adhibeat, quesumus, excellentia regia et ad exauditionis gratiam introducat. Gratia Domini cor regium dirigat et ab omni adversitate protegat et defendat. Datum ut supra [Avinione, VIIII kalendas julii, anno quarto decimo] ».

4232 Avignon, 23 juin 1330.

Radulpho de Augo, ut Petro Troucelli, Philippi regis Franciae cambellano, fidem adhibeat. (Reg. 115, II, fol. 121 (325), c. 1697).

« *Radulpho de Augo, constabulario Francie.* Cum dilecto filio — Datum Avinione, VIIII kalendas julii, anno quarto decimo ».

In e. m. Roberto Bertranni, domino de Briquebec, marescallo Francie.

In e. m. Matheo de Tria, marescallo Francie.

In e. m. Johanni, electo Abrincensi.

In e. m. Carolo, comiti Alenconii.

4233 23 juin 1330.

Senescallo Provinciae mandat iterato ut subsidium gentis armigerae ad Pedemontis partes mandare non differat. (Reg. 115, II, fol. 213 (417) v°, c. 2138).

« *Eidem senescallo.* Quod juxta ordinationem — Datum VIIII kalendas julii, anno quarto decimo ».

4234 Avignon, 26 juin 1330.

Petrum abbatem monasterii Cluniacensis de diligentia in scribendo commendat et ad continuandum hortatur. (Reg. 115, II, fol. 121 (325) v°, c. 1699.

« *Petro, abbati monasterii Cluniacensis.* Diligentiam tuam in — Datum Avinione, VI kalendas julii, anno quarto decimo ».

4235 27 juin 1330.

Stephano de Diosido, judici majori comitatus Venayssini, ut illos qui terram Venayssini hostiliter invaserant et propter excessus ibidem commissos excommunicationis sententiam incurrerunt, absolvere possit. (Reg. 115, II, fol. 210 (414) v°, c. 2110).

« *Magistro Stephano de Diosido, archidiacono Caturcensi, judici majori comitatus Venayssini.* Clamosa multorum dudum insinuatione percepto quod nonnulli, tam nobiles quam ignobiles, clerici et layci Diensis, Vasionensis, Vapincensis, Tricastrinensis et aliarum diocesum vicinarum, Deum et Romanam matrem suam Ecclesiam offendere, proximum ledere pacemque turbare dampnandis ausibus non verentes, olim hominum armatorum usque ad numerum quinque milium vel circa multitudine congregata, terram comitatus Venayssini ad nos et eandem Romanam Ecclesiam spectantis hostiliter subintrarunt et ad castra de Valriaco, Richarenchiarum, de Monteacuto et de Grisone, ac quedam alia dicti comitatus loca que ad nos et dictam Ecclesiam pertinent gressus suos propere dirigentes, illaque more hostili et predonico expugnantes, nonnullas domos in castris et locis predictis seu eorum pertinenciis consistentes, in quibus erant fena, palee, blada, ligna et alia bona diversa hominum et habitatorum castrorum et locorum predictorum, et quedam molendina etiam ignis incendio concremarant, ac tam hominum et habitatorum predictorum quam aliorum qui cum

(1) Sicut *bis in reg.*

bonis et rebus suis illuc venerant animalia, merces, res et bona ibidem reperta rapuerant violenter, nonnulla ex ipsis consumendo nichilominus seu nequiter asportando, et alios excessus ibidem commiserant horribiles et enormes ; et ultra hoc, quod hujusmodi non contenti facinoribus, ecclesiam dicti castri Richarenchiarum, dicte Tricastrinensis diocesis, fractis violenter januis, subintrantes, sanctorum reliquias, vasa sacra, vestes sacerdotales, ornamenta et paramenta ibidem divino cultui deputa dampnatis rapuerant ausibus et sacrilegiis manibus asportarant : nos, excessus hujusmodi in divine magestatis offensam, Sedis Apostolice contumeliam ac hominum predictorum et aliorum multorum grave dispendium et jacturam commissos nolentes, sicut etiam nec debemus, relinquere occulis conniventibus incorrectos, tibi et dilecto filio Guigoni Borrelli, clerico Gratianopolitane diocesis, dedisse per nostras certi tenoris litteras meminimus in mandatis ut super predictis et ea tangentibus vos simpliciter, summarie et de plano informare curantes, de bonis raptis et asportatis hujusmodi si extabant, alioquin de valore seu extimatione illorum ac dampnis datis eis a quibus rapta seu ablata bona predicta et dampna illata fuerant, restitutionem et emendam per invasores, aggressores, asportatores et depredatores predictos fieri et prestari, sicut rationi et equitati congrueret, faceretis, contradictores et rebelles quoslibet, spiritualiter et temporaliter, appellatione postposita, compescendo, sicut in eisdem litteris plenius continetur. Sane, cum sicut nuper propositum extitit coram nobis, in negocio hujusmodi, sicut ex tenore litterarum predictarum poteras, solus procedens adversus nonnullos invasores, asportatores, depredatores et sacrilegos hujusmodi excommunicationis sententiam canonice duxeris proferendam, ipsique seu eorum nonnulli ad cor redeuntes et de premissis, prout ad eos contingunt, volentes satisfacere, ut tenentur, petant humiliter ab eadem excommunicationis sententia sibi de absolutionis beneficio provideri, discretioni tue, de qua fiduciam in Domino gerimus specialem, omnibus et singulis, tam clericis quam laycis, qui ligati dicta sententia, satisfactione prout quemlibet ipsorum contingere cognoveris eis quorum interest de predictis impensa, petierint ab eadem humiliter se absolvi, hujusmodi absolutionis beneficium juxta formam Ecclesie, ac ab eis et eorum singulis specialiter juramento recepto quod talia vel similia non committent de cetero, impendendi plenam concedimus auctoritate presentium facultatem. Datum V kalendas julii, anno quarto decimo ».

4236 28 juin 1330.

Omnibus officialibus comitatuum Provinciae, Forcalquerii et Pedimontis, ut Ciolo Scacierio ad Curiam venturo de securo conductu provideant. (Reg. 115, II, fol. 92 (296) v°, c. 1503).

« *Dilectis filiis nobilibus viris senescallis ceterisque omnibus et singulis officialibus in comitatibus Provincie et Forcalquerii ac terris Pedimontis constitutis vel eorum loca tenentibus.* Cum dilectus filius — Datum IIII kalendas julii, anno quarto decimo ».

4237 28 juin, 4 juillet ou 12 juillet 1330 (1).

Ilerio de Parma quod fructus beneficiorum suorum usque ad triennium, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, in absentia percipere possit. (Reg. 115, II, fol. 108 (312) v°, c. 1587).

« *Ilerio de Parma, canonico Remensi.* Sincere devotionis affectus — Datum IIII (*sic*) julii, anno quarto decimo ».

Judicibus, super eodem :

« *Judicibus* : Mandamus quatinus vos — Datum ut supra ».

4238 28 juin 1330.

Bertrando, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni, episcopo Tricastrino, ut Aymonem, comitem Sabaudiae, et Guigonem, dalphinum Viennensem, ad pacem vel saltem ad indicendas invicem treugas inducant. (Reg. 115, II, fol. 208 (412), c. 2097).

« *Bertrando, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni, episcopo Tricastrino.* Etsi pacem velut flumen, cum simus pacifici regis vicarii, desideramus in universos Ecclesie filios abundare, inter sublimes tamen personas eo uberius cultum ejus dilatari appetimus, dissidiorum vepribus extirpatis, quo illarum concordia majora commoda et dissensio parturire periculosiora discrimina consuevit. Sane

(1) La date de l'acte ne peut être précisée davantage.

ad nostri apostolatus auditum perduxit nuper infausti rumoris assertio quod hostis pacis caritatis emulus cunctorumque malorum incentor adeo periculose dilectos filios nobiles viros Aymonem, comitem Sabaudie, et Guigonem, dalfinum Viennensem, dissidentes invicem studuit commovere quod ad invasiones hostiles et bellicosos congressus hinc inde, non sine magnis periculis et gravibus scandalis, se disponunt. Nos autem personarum et rerum dispendiis animarumque amarius deplorandis periculis, et aliis malis innumeris que tam ipsis quam eorum subditis ex hujusmodi provenire possent commotionibus, ac variis commodis que ex eorum sequerentur concordia consideranter attentis, ad obviandum periculis ipsis et procurandam inter ipsos viam pacis et concordie efficacem adhibere paterne solicitudinis operam affectantes, fraternitati vestre, de qua fiduciam in Domino gerimus specialem, per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus vos vel alter vestrum ad eorundem nobilium presenciam, cessante cunctatione qualibet, conferentes, ac eisdem premissa et alia que vobis ministrabit Dominus ostendentes, eos ad pacem et concordiam vel saltem ad indicendas invicem treugas que pacis habent ymaginem, usque ad certi temporis spacium, infra quod tractari possit commode concordia hujusmodi, duraturas viis et modis ac formis quibus expedire videritis efficaciter inducatis. Nos enim vobis et cuilibet vestrum in solidum tractandi super hiis treugasque predictas, si eas indici contigerit, spiritualibus et temporalibus penis et sententiis, de quibus vobis videbitur vallandi et etiam roborandi, ac omnia alia faciendi, gerendi et exercendi que circa premissa vel ea quomodolibet tangentia necessaria fuerint, vel eciam oportuna, plenam concedimus auctoritate presencium facultatem. Datum IIII kalendas julii, anno quarto decimo ».

4239 28 juin 1330.

Eisdem, ut contra infringentes dictas treugas excommunicationis vel interdicti sententias proferant. (Reg. 115, II, fol. 208 (412), c. 2098).

« *Eisdem.* Etsi pacem etc. ut supra usque affectantes, vobis de quorum — Datum IIII kalendas julii, anno quarto decimo ».

4240 29 juin 1330.

Ademaro de Pictavia indulgentiam in articulo mortis in e. m. ac Guillelmo de Narbona (1) concedit. (Reg. 115, II, fol. 109 (313) v°, p. c. 1591).

« *In e. m. nobili vivo Ademaro de Pictavia.* Integritas sincere devotionis — Datum III kalendas julii, anno quarto decimo ».

4241 29 juin 1330.

Regi Franciae de peregrinatione nuntiata et de desiderio ipsum videndi gratias agit. (Reg. 115, II, fol. 121 (325) v°, c. 1700).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Leta manu litteras recepimus regias peregrinationis ejusdem nuncias, spem nobis tribuentes regie visionis optate. Profecto, fili carissime, exultat cor nostrum in Domino dum consideramus cor regium ad Dei et sanctorum ejus reverentiam inflammatum, teque, fili carissime, gratiarum actione prosequimur quia nos tue consolatione presencie non vis remanere frustratos, sperantes in Domino quod Ille qui nullum bonum novit irremuneratum (*sic*) pro hiis et gratiam in presenti cumulatius conferet et ampliorem gloriam in futuro, quod ut dignetur efficere cernui supplicamus. Gratia Dei ad conceptum te, fili carissime, perducat terminum et reducat ad propria cum utriusque hominis sospitate. Datum III kalendas iulii, anno quarto decimo ».

4242 Avignon, 30 juin 1330.

Episcopo Parisiensi et inquisitori Franciae processum quem contra Conradum, ordinis Minorum professorem, haereticum, fecerunt, remittit eisque mandat ut justitiae debitum faciant. (Reg. 115, II, fol. 121 (325) v°, c. 1701).

« .. *episcopo Parisiensi et.. inquisitori heretice pravitatis in partibus Francie auctoritate apostolica deputato.* Processum contra Conradum, ordinis fratrum Minorum professorem, super nonnullis hereticalibus erroribus quibus fore suspectus et respersus asseritur, per vos prudenter habitum et nobis transmissum videri et examinari per

(1) Supra n° 4206.

dilectos filios nostros Jacobum, tituli Sancte Prisce, et Petrum, tituli Sancti Stephani in Celio monte presbiteros cardinales, fecimus diligenter, quem quidem processum vobis una cum motivis et opinionibus ipsorum cardinalium interclusis presentibus remittentes, discretioni vestre mandamus quatinus premissis intellectis diligencius ac consideratis et attentis que attendenda et consideranda, juxta datam a Deo vobis prudenciam, noveritis, circa ea justitie in hac parte debitum exequi prout expedire videritis studeatis. Datum Avinione, II kalendas julii, anno quarto decimo ».

4243 Avignon, 30 juin 1330.

Geraldo de Capmulo, ut praefatos episcopum et inquisitorem ad commissa complenda sollicitet. (Reg. 115, II, fol 121 (325) v°, c. 1702).

« *Geraldo de Capmulo, cantori ecclesie Parisiensis.* Ecce venerabili fratri — Datum ut supra ».

4244 [1er juillet 1330] (1).

Johannae, uxori Roberti, domini Lercii, indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 115, II, fol. 109 (213), c. 1590).

« *Nobili mulieri Johanne, uxori nobilis viri Roberti, domini Lercii.* Devotionis et fidei — etc. ut in forma » (1).

4245 1er juillet 1330.

Petro de Penna, familiari suo, eamdem indulgentiam concedit. (Reg. 115. II, fol. 109 (213) v°, p. c. 1590).

« In e. m. Petro de Penna, familiari suo — Datum kalendis julii, anno quarto decimo ».

4246 4 juillet 1330.

Guillelmo de Orto, ut bona quondam Guillelmi de Camareto, prioris prioratus Salsiniarum, Cluniacensis ordinis, Claromontensis diocesis, dispositioni apostolicae reservata recipiat. (Reg. 115, II, fol. 105 (309) v°, c. 1573).

« *Magistro Guillelmo de Orto, abbati ecclesie Claromontis* (sic), *Apostolice Sedis nuntio.* Cum certis causis — Datum IIII nonas julii, anno quarto decimo ».

4247 7 juillet 1330.

Armando, archiepiscopo Aquensi, quod tabellionatus officium duobus clericis conferre possit. (Reg. 115, II, fol. 94 (298), c. 1513).

« *Armando, archiepiscopo Aquensi.* Devotionis tue merita — Datum nonis julii, anno quarto decimo ».

4248 7 juillet 1330.

Petro Arquerii, ut bona quondam Philippi, abbatis monasterii Fiscanensis, ordinis sancti Benedicti, Rothomagensis diocesis, apostolicae dispositioni reservata, a detentoribus exigat. (Reg. 115, II, fol. 106 (310), c. 1575).

« *Petro Arquerii, decano Rothomagensi, Apostolice Sedis nuncio.* Dudum tibi petendi — Datum nonis julii, anno quarto decimo ».

4249 10 juillet 1330.

Arnaldo de Verdala et Bernardo de Pereto, ut bona quondam Petri, Carcassonensis episcopi, dispositioni apostolicae reservata, cum manus regia in eis dudum ab officialibus Philippi, regis Franciae, apposita amoveatur, recipiant. (Reg. 115, II, fol. 104 (308), c. 1565).

« *Arnaldo de Verdala, archidiacono Mirapiscensi, et Bernardo de Pereto, canonico Agatensi.* Volentes dudum de — Datum VI idus julii, anno quarto decimo ».

4250 Avignon, 10 juillet 1330.

Regem Franciae de filii ejus obitu consolatur. (Reg. 115, II, fol. 122 (326), c. 1703).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Sapiens vanitatem mundani considerans gaudii dixit quod

(1) La date est vraisemblablement donnée par l'acte suivant, n° 4245.

extrema gaudii luctus occupat, in cujus signum mundum istum unusquisque cum planctu et fletu ingreditur et egredietur cum dolore. In quo verbo nos instruere voluit ne quempiam extollat materia cujusvis mundani gaudii, nec deprimat si superveniat vis doloris. Hoc pro tanto, fili carissime, dicimus quia licet Creator omnium Deus materiam gaudii hiis diebus excellentie regie ymmo universo fidelium cetui in novi datione filii ministrarit, ipsum tamen, ne forsan ipsius intellectum mutaret malicia aut fictio ejus deciperet animam, ad se transferre placuit et decrevit. Profecto, fili carissime, si attente translationem istam consideres, infantem istum de morte ad vitam transisse reperies, de valle ista miserie et angustie ad perenne gaudium, cui nullus potest misceri defectus vel tristitia, feliciter pervenisse, ex quo si vere eum diligis, debes congaudere gaudenti pocius quam dolere, unde potest alibi dicere illud quod Dominus discipulis dixit : « Si, inquit, diligeretis me, gauderetis utique quia vado ad Patrem », et ipse potest tibi dicere : « Si diligere tis me, gauderetis utique quia ad Patrem et dominum communem omnium veni ». Magnificentiam itaque regiam hortamur in Domino et rogamus attente ut casus iste cor non deprimat regium, sed divino beneplacito te coaptans, ei, cui de fructu ventris tui ad suum servicium consorciumque beatorum spirituum evocare placuit, gratiarum uberes referas actiones, quod si feceris, probabiliter credimus et speramus quod semen tibi sua multiplicabit clemencia, et quod obtines conservabit. Sic enim ipsum fecisse Abraam legimus, qui pro eo quod in nece filii sui Ysaac divino se beneplacito conformavit, et illum sibi servavit et sibi seni et ad prolem inhabili semen mirabiliter ampliavit, quod tibi apto ad prolem et disposito dignetur concedere in humilitatis spiritu ejus misericordiam imploramus. Datum Avinione, VI idus julii, anno quarto decimo ».

4251 Avignon, 10 juillet 1330.

Reginae Franciae super eodem. (Reg. 115, II, fol. 122 (326), c. 1704).

« *Regine Francie illustri.* Miseriam humane conditionis — Datum ut supra ».

4252 Avignon, 13 juillet.

Regi Franciae, super pace inter comiten Sabaudiae et delphinum Viennensem reformanda. (Reg. 115, II, fol. 122 (326), c. 1705).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Audivimus, fili carissime, quod circa pacem inter inclitos principes dilectos filios comitem Sabaudie et dalphinum Viennensem reformandam te preparas, parenti tuo desiderio contra non parentem tui favoris in manu forti presidium impensurus. Profecto, fili carissime, qui Dei zelus et proximi cor ad hoc regium moverit nescimus in dubium revocare. Sane, cum nos apostolus instruat ut omnia honeste et secundum ordinem faciamus, attendat providencia regia, quesumus, utrum honestatem deceat regiam presertim extra sue ditionis terminos sic repente, sic subito arma sumere seque bellorum periculis hoc precipue inordinato tempore immiscere. Rursus, fili carissime, in rationis examine discute si ordo requirat justicie ut negociorum non examinata justicia quod (*sic*) recusantem viam pacis propterea hostiliter persequaris. Gratia Domini nostri Jesu Christi cor regium in agendis dirigat et protegat ab adversis. Amen. Datum Avinione, III idus julii, anno quarto decimo ».

4253 Avignon, 13 juillet 1330.

Regi Franciae ut Petrum de Via et Arnaldum de Trianno qui ad vocationem regalem accedere nequeunt, excusatos habere velit. (Reg. 115, II, fol. 122 (326) v°, c. 1706).

« *Eidem.* Cum dilectorum filiorum nobilium virorum Petri de Via, Villemuri, et Arnaldi de Triarno, Montismirabilis dominorum, nepotum nostrorum, personalibus obsequiis commode nequeamus [privari], excellentiam [regiam] affectuose rogamus quatinus, si ex hoc ad vocationem regalem accedere presentialiter nequeant, eos habere velit benignitas regia graciosius excusatos, Datum ut supra [Avinione, III idus julii, anno quarto decimo] ».

4254 13 juillet 1330.

Comiti Sabaudiae ut ad pacem cum delphino Viennensi reformandam regis Franciae et archiepiscopi

Viennensis qui ad eum propter hoc destinatur, monitis acquiescere velit. (Reg. 115, II, fol. 213 (417) v°, c. 2139).

« *Aymoni, comiti Sabaudie.* Quanta ex concordia inter te et dilectum filium nobilem virum Guigonem, delphinum Viennensem, inter quos hostis humani generis adeo gravis dissensionis suscitavit materiam quod inter vos non juribus sed viribus, non per justicie semitas que inter discordes media esse debet, sed congressibus bellicis exhortam decreveritis questionem dirimere, posset utilitas provenire, ipsa dispendiorum que jam ex perniciosa inter domum tuam et suam discordia emerserunt consideratio evidentius manifestat. Sopiret enim pacis lenitas mala que guerrarum calamitas introduxit et comoda multa ex pacis reformatione succrescerent, incommodis (1) precisis imposterum que dissensionis iniquitas germinavit. Sane quia ad hanc procurandam pacis Actor videtur carissimum in Christo filium nostrum.. regem Francie illustrem velut suum angelum specialiter destinasse, qui pretermissis suis negociis arduis ad hanc procurandum intendit, nobilitatem tuam exhortandam duximus et rogandam quatinus, pro tanta gratia mittenti gratias referentes, missi beneplacitis tuum conformare debeas animum ejusque salutaribus monitis cum reverencia obedire, presertim cum, sicut tua prudentia non ignorat, rex prefatus in hiis non querat que sua sunt, sed ut divinum impleatur beneplacitum vosque de tantis periculis liberet intente prosequitur et venatur. Per hoc enim et divinam gratiam et regis ipsius misericordiam (2) et Ecclesie Sancte Dei, qui hoc gratum habebimus admodum, poteris habundancius promereri. Quod si, quod absit, tam salutaribus exhortationibus duxeris resistendum, Dominum offendes exercituum, iram provocabis contra te regiam nostrumque desiderium molestabis, et quia vox viva efficacius imprimi voce mortua consuevit, ecce quod venerabilem fratrem nostrum B., archiepiscopum Viennensem, quem novimus pacis hujusmodi zelatorem fervidum, ad tuam et ipsius presenciam destinamus, cujus salutaribus monitis et persuasionibus in hac parte te et prefatum dalfinum acquiescere cupimus et promptis consensibus adherere, ut, actore Illo qui potest [omnia], quarumlibet discordiarum vepribus radicitus amputatis inter te et ipsum predicti regis mediante prudencia pacis federa reformentur. Datum III idus julii, anno quarto decimo ».

In e. m. dalfino Viennensi.

(1) Reg. : incommoda.
(2) Reg. : nram.

4255 14 juillet 1330.

Guillelmum de Concossio de duobus millibus florenorum auri, quos a quondam Jacobo, archiepiscopo Aquensi, Apostolicae Sedi in ultima dispositione legatos Camerae assignaverat, quittat. (Reg. 115, II, fol. 86 (290) v°, c. 1464 ; — *Jean XXII, Lettres communes*, IX, n° 50262).

« *Guillelmo de Concossio, canonico Aquensi.* Cum tu duo — Datum II idus julii, anno quarto decimo ».

4256 Avignon, 14 juillet 1330.

Margaritae, comitissae Flandriae, de duobus pannis scarleti a Johanne Legrant, capellano ejus, praesentatis regratiatur eique petitiones suas exaudisse respondet. (Reg. 115, II, fol. 122 (326) v°, c. 1707 ; — Fayen, *Lettres de Jean XXII*, II, n° 2808).

« *Margarite, comitisse Flandrensi.* De duobus pannis scarleti nobis a tua nobilitate transmissis et per dilectum filium Johannem Legrant, tuum capellanum et nuntium, presentatis eidem nobilitati gratiarum referimus uberes actiones. Ceterum prefatum nuncium super hiis que pro parte tua exponere voluit benigne audivimus, et petitiones per ipsum oblatas ad exauditionis effectum, quantum cum Deo potuimus admittendas favorabiliter duximus, sicut idem nuncius tue prudentie poterit explicare plenius viva voce. Datum Avinione, II idus julii, pontificatus nostri anno quarto decimo ».

4257 Avignon, 14 juillet 1330.

Ludovico, comiti Flandrensi, de exauditione petitionum suarum ab eodem Johanne praesentatarum. (Reg. 115, II, fol. 122 (326) v°, c. 1708 ; — Fayen, *Lettres de Jean XXII*, II, n. 2809).

« *Ludovico, comiti Flandrensi.* Nobilitatis tue litteras — Datum ut supra ».

4258 15 juillet 1330.

Johannae, domini Lercii uxori, indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 115, II, fol. 139 (343) v°, c. 1799).

« *Nobili mulieri Johanne, dilecti filii nobilis viri Roberti Montisfrini et Lercii domino* (sic) *uxori* .. Devotionis et fidei — Datum idibus julii, anno quarto decimo ».

4259 23 juillet 1330.

Petro Arquerii, decano Rothomagensi, Apostolicae Sedis nuncio, ut fructus quorumdam beneficiorum ecclesiasticorum in provincia Rothomagensi apostolicae dispositioni reservatorum exigat. (Reg. 115, II, fol. 105 (309) v°, c. 1570).

« *Eidem nuncio* [*Petro Arquerii*]. Ex tenore litterarum — Datum ut supra [X kalendas augusti, anno quarto decimo] ».

4260 25 juillet 1330.

Guillelmo Thomae in e. m. ac Johannae, Roberti Montisfrini et Lercii domini mulieri (1), indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 115, II, fol. 139 (343) v°, p. c. 1799).

« *In. e. m. sicut ultima, Guillelmo Thome, rectori ecclesie de Belloloco, Nemausensis diocesis.* Devotionis et fidei — Datum VIII kalendas augusti, anno quarto decimo ».

4261 Avignon, 27 juillet 1330.

Johanni Aldeguerii, quod quasdam domos suas Guillelmo de Riali, civi Avinionensi, conductas, sub libratae servitute non includantur. (Reg. 115, II, fol. 210 (414) v°, c. 2109).

« *Johanni Aldeguerii, civi Avinionensi.* Exhibite nobis tue petitionis series continebat quod cum pro eo quod dilectus filius nobilis vir Guillelmus de Riali, civis Avinionensis, familiaris noster, quasdam domos tuas, sitas in civitate Avinionensi, cum hospitiis dilectorum filiorum nobilis viri Jacobi Bremundi, Petri Ortolani et Guillelmi Alberti, civium Avinionensium, ex diversis partibus confrontatas, per te dudum sub certis modis et pactis conductas, dilecto filio Raymundo de Carayguas, canonico ecclesie Sancti Stephani de Thescone Montisalbanensis, familiari nostro, ad inhabitandum concessit, dictusque Raymundus eas aliquibus inhabitavit temporibus, verearis te posse in domibus ipsis que de librata cujusquam nequaquam existebant antea, sicut asseris, molestari, nobis humiliter supplicasti ut providere tibi de oportuno remedio dignaremur. Nos itaque, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tibi quod domus predicte sub servitute liberate nostre vel alicujus alterius propter premissa nullatenus includantur, sed sint quo ad hoc in eisdem statu et libertate quibus erant tempore quo eas dicto Guillelmo, ut premittitur, conduxisti, dictusque R. ipsas ad inhabitandum recepit, tibi auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo, etc... Datum VI kalendas augusti, anno quarto decimo ».

(1) Cf. n° 4258.

4262 28 juillet 1330.

Guichardo de Pictavia indulgentiam in articulo mortis in e. m. ac Guillelmo de Narbona (1) concedit. (Reg. 115, II, fol. 109 (313) v°, p. c. 1591).

« In. e. m. nobili viro Guichardo de Pictavia. Dat. V kalendas augusti, anno quarto decimo ».

4263 28 juillet 1330.

Bertrandae de Manso, moniali, indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 115, fol. 109 (313) v°, p. c. 1591).

« Item alia (2) pro Bertranda de Manso, moniali Sancte Clare Caturcensis.

In e. m. Amelio, episcopo Castrensi ».

4264 30 juillet 1330.

Constantiensi et Argentinensi episcopis, ut Rodolphum dominum castri de Offenstein (3), Argentinensis diocesis,

(1) *Supra*, n° 4206.
(2) Cf. n° 4206, c. 1591.
(3) Index : *Raduffus de Offestein.*

qui a quondam Ottone de Offenstein, fratre suo, ad recipiendum subdiaconatus ordinem coactus est, ad ejusdem ordinis observationem non teneri declarent. (Reg. 115, II, fol. 158 (362), c. 1893).

« .. *Constanciensi et .. Argentinensi episcopis.* Ad nostram nuper — Datum III kalendas augusti, anno quarto decimo ».

4265 2 août 1330.

Bernardo Danrocha, ut de bonis quondam Geraldi, episcopi Lemovicensis, quamdam pecuniae summan legatam Aymerico de Martella, militi, solvere faciat. (Reg. 115, II, fol. 105 (309) v°, c. 1572).

« *Bernardo Danrocha, canonico Lemovicensi.* Cum de legato — Datum IIII nonas augusti, anno quarto decimo ».

4266 Avignon, 2 août 1330.

Johanni, episcopo Lingonensi, ut Petrum de Ungula, priorem Tholosanum et Sancti Egidii Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani ad partes Alamanniae per Lingonensem diocesim iturum, usque ad castrum dictum Than, Basiliensis diocesis, conduci faciat. (Reg. 115, II, fol. 170 (374) v°, c. 1964).

« *Johanni, episcopo Lingonensi.* Cum dilectus filius — Datum Avinione, IIII nonas augusti, anno quarto decimo ».

4267 3 août 1330.

Judicibus, ut Petrum de Capitestagno, sacristam ecclesiae Narbonensis, ab injuriis quae ei ratione sacristiae ac canonicatus et praebendae quos in eadem ecclesia obtinet inferuntur, defendent. (Reg. 115, II, fol. 106 (310), c. 1576).

« *Judicibus.* Quia nonnulli sic — Datum III nonas augusti, anno quarto decimo ».

4268 Avignon, 3 août 1330.

Guillelmo de Pictavia, ut ad Curiam veniat. (Reg. 115, II, fol. 122 (326) v°, c. 1710).

« *Guillelmo de Pictavia, priori prioratus Sancti Saturnini, Uticensis diocesis.* Cum pro quibusdam — Datum Avinione, III nonas augusti, anno quarto decimo ».

4269 Avignon, 6 août 1330.

Regi Franciae respondet quod contra Symonum de Sancta Cruce, decanum ecclesiae Matisconensis, ad praesens procedere decenter non potest. (Reg. 115, II, fol. 122 (326) v°, c. 1711).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Que dilectus filius nobilis vir Arnaldus Duesa, vicecomes Caramanni, nepos noster, ex parte regia de gestis seu excessibus Symoni de Sancta Cruce, decani ecclesie Matisconensis, nobis retulit, et que dilectus filius nobilis vir Ludovicus de Charlo, miles, subsequenter etiam pro parte referre et exhibere curavit regia, intelleximus diligenter. Sane, fili carissime, quia nullus se obtulit qui premissa contra eundem decanum per viam accusationis nobis alias prosequatur, et nonnulli eum excusare nitantur multipliciter de eisdem, nos decenter procedere non possumus contra ipsum, sed, ubi prosecutor aderit super illis, non omittemus exequi quod justicia suadebit. Gratia Domini cor regium in agendis dirigat et protegat ab adversis. Datum Avinione, VIII idus augusti, anno quarto decimo ».

4270 Avignon, 20 août 1330.

Abbatem Cisterciensem ejusque coabbates in generali capitulo congregandos ad bona procuranda et observanda hortatur, eisque Petri de Corbaria antipapae conversionem nuntiat ac Durandum de Firmitate, ordinis procuratorem in Romana curia, commendat. (Reg. 115, II, fol. 122 (326) v°, c. 1712).

« *Abbati Cisterciensi ejusque coabbatibus in generali capitulo celebrando in proximo Cistercii congregandis.* Ordinem vestrum paterne caritatis affectu et prerogativa dilectionis precipue prosequentes, intensis affectamus desideriis ut ad Dei laudem et gloriam animarumque salutem et ipsius exaltationem ordinis in eo totius honestatis ac religionis splendor eluceat, et illa per que fulgor obnubilari seu obscurari posset hujusmodi prorsus exulent ab eodem. Eapropter universitatem vestram exhortamur attencius in Domino et rogamus quatinus circa premissa juxta datam a Deo vobis prudenciam procuranda et inviolabiliter observanda, in instanti

congregatione vestri generalis capituli studiosam operam et operosum studium impendatis. Sane quia scimus quod Ecclesie scisma hiis diebus preteritis ab illo qui unitatem servare nequivit in celo suisque membris periculose nimium procuratum vestros animos multipliciter conturbavit, vobis ad gaudium nunciamus quod Petrus de Corbario (*sic*), quem filii Belial in antipapam sumpserant, jam non est diu illuminatus ab Illo qui omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat quique non mortem peccatoris desiderat sed ut convertatur et vivat, statum suum periculosum considerans, nobis suas direxit litteras, per quas errores suos cum dolore recitans a nobis humiliter veniam postulabat, paratum se offerens errores predictos omnino desere juxta nostre arbitrium voluntatis. Subsequenter vero idem Petrus, premissa non differens exequi, ad nostram veniendo presenciam, jam cum gente nostra est ingressus Provinciam, cujus personalem adventum infra triduum expectamus. Quare predictis exhortationibus et precibus nostris adiicimus ut, quanta sit hec gratia per hec impensa sacrosancte Dei Ecclesie sponse Christi deducentes in pie considerationis examen, super tam inenarrabili dono illi sancte Trinitati, ineffabili Christo vero Deo et vero homini ejusque genitrici et apostolorum principibus Petro et Paulo totique celesti curie, quam ad donum procurandum hujusmodi supponimus sedulam adhibuisse diligenciam, gratias agere in predicto vestro capitulo, et si non condignas vobis, tamen possibiles et ordinare quod per totum agantur ordinem studeatis, Illi cujus perfecta sunt opera obnoxius supplicantes ut qui jam cepit scisma tollere, quod cepit perficiat, alios ad conversionem disponendo scismaticos vel eis potenciam officiendi Sancte Dei Ecclesie subtrahendo, quod Ipse dignetur facere cui cum voluerit subest posse, ac nobis quibus, licet immeritis, curam commisit Ecclesie, sic concedat ad sui laudem et beneplacitum animarumque salutem regere infirmitatem nostram sue virtutis potencia fulciendo, quod una cum credito nobis grege dominico, post vite presentis decursum, perfrui sue visionis beatitudine mereamur. Ceterum dilectum filium Durandum de Firmitate procuratorem vestrum in Romana curia, quem virum circumspectum reputamus et providum honorisque ordinis vestri zelatorem fervidum, vestre benivolencie propensius commendamus. Datum Avinione, XIII kalendas septembris, anno quarto decimo ».

4271 23 août 1330.

Cum prioratus secularis ecclesiae de Livernono (1), diocesis Caturcensis, ad collationem praepositi et conventus monasterii Montissalvi, ordinis sancti Augustini, Sancti Flori diocesis, spectans, per obitum Bernardi de Liverone (*sic*) prioris ejusdem ecclesiae vacans et diu antea dispositioni apostolicae reservatus, a Gualhardo de Cardalhaco auctoritate concessionis sibi factae acceptatus esset, eandem acceptationem confirmat. (Reg. 115, II, fol. 109 (313), c. 1589 ; — *Jean XXII, Lettres communes*, IX, n° 50625).

« *Gualhardo de Cardalhaco* (2), *priori prioratus de Livernono, Caturcensis diocesis, capellano nostro.* Tue merita probitatis — Datum X kalendas septembris, anno quarto decimo ».

4272 24 août 1330.

Raymundo de Buxia testandi facultatem concedit. (Reg. 115, II, fol. 109 (313) v°, c. 1593).

« *Raymundo de Buxia, canonico Conchensi, scriptori nostro.* Quia presentis vite — videris expedire (3) ».

« In e. m. Bertrando de Claromonte, canonico Petragoricensi. Datum VIIII kalendas septembris, anno quarto decimo ».

4273 30 août 1330.

Ricavo de Gorda, ad Flandriae et Brabantiae partes pro emendis pannis destinato, ut a sociis societatis Bardorum de Florentia in dictis partibus commorantibus III millia florenorum auri mutuo recipere possit. (Reg. 115, II, fol. 210 (414), c. 2108 ; — Fayen, *op. cit.*, II, n. 2835).

« *Ricavo de Gorda, civi et mercatori Avinionensi.* Cum te pro — Datum III kalendas septembris, anno quarto decimo ».

4274 1er septembre 1330.

Nobili mulieri Gechae, uxori Grunicii de Bocha, et Ciolo Scachierii indulgentiam in articulo mortis in e. m.

(1) Index : *Lusmono.*
(2) Index : *Gaglardo de Cardalhyaco.*
( ) La date est donnée par l'In e. m.

699022

ac Guillelmo de Narbona (1) concedit. (Reg. 115, II, fol. 109 (313) v°, p. c. 1591).

« In eundem modum nobili mulieri Geche uxori Grunicii de Bocha.

In e. m. Ciolo Scachierii, familiari nostro, et Mathie ejus uxori, verbis competenter mutatis. Datum kalendis septembris, anno quarto decimo ».

4275 Avignon, 1er septembre 1330.

Regi Franciae quod petitionem suam super quoddam negotium exaudire non potest. (Reg. 115, II, fol. 123 (327), c. 1713).

« *Philippo, regi Francie illustri.* Ad nostram nuper veniens presentiam dilectus filius Petrus Chavardi, decanus ecclesie de Aquasparsa, Eduensis diocesis, regie celsitudinis nuncius, nobis litteras regias presentavit, quos quidem nuncium et litteras benigne recepimus et que nuncius ipse sub data sibi per easdem litteras credencia curavit nobis explicare verbotenus pleno collegimus intellectu. Et quia per ea te, fili carissime, ad Dei ac nostra et Sancte Romane Ecclesie, matris tue, peragenda obsequia et prosequenda beneplacita zelum sincere devotionis evidenter percepimus concepisse, inde regali magnificentie gratiarum referimus uberes actiones. Verum cum negotium de quo fecit nobis mentionem prelibatus nuncius non posset commode fieri absque diversarum communitatum tractatibus et consensu, nos earum sine expressione dignitatis et nominis explorari fecimus voluntates, quas quia cum nostra non invenimus concurrentes, nostrum et tuum nequitur adimpleri desiderium in hac parte. Ad nos siquidem recursum excellencia regia quociens oportunum viderit habeat confidenter, nam voluntatem regiam pro opere recipimus in premissis. Datum Avinione, kalendis septembris, anno quarto decimo ».

(1) *Supra*, n° 4206.

4276 2 septembre 1330.

Amelio, episcopo Castrensi, testandi facultatem concedit. (Reg. 115, II, fol. 109 (313) v°, c. 1592).

« *Amelio, episcopo Castrensi.* Quia presentis vite — Datum IIII nonas septembris, anno quarto decimo ».

4277 3 septembre 1330.

Marquesiae, uxori Guillelmi de Baucio, indulgentiam in articulo mortis in e. m. ac Guillelmo de Narbona (1) concedit. (Reg. 115, II, fol. 109 (313) v°, p. c. 1591).

« In e. m. Marquesie, nobilis viri Guillelmi de Baucio, domini de Camareto, uxori. Datum III nonas septembris, anno quarto decimo ».

(1) *Supra*, n° 4206.

Imp. F. BOISSEAU, Rue du Taur, 34 - TOULOUSE (France)
Dépôt légal, 3e trimestre 1965

BQX
803
.A6
Johannes XXII
65469
FEB 17 1969
4/20/72
APR 19 1972
2/2/72
13.IV.73
MAY 6 1973

Johannes XXII - Lettres secrètes et curiales.

v. 3

PONTIFICAL INSTITUTE
OF MEDIAEVAL STUDIES
59 QUEEN'S PARK
TORONTO 5, CANADA

28644